ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ
ΠΕΡΙ ΑΠΟΧΗΣ ΕΜΨΥΧΩΝ
Βιϐλία τέσσαρα.

Τὸ αὐτοῦ,
ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ.
Τὸ αὐτοῦ,
ΑΦΟΡΜΑΙ ΠΡΟΣ ΤΑ ΝΟΗΤΑ.
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΟΔΥΣΣΕΙΑ ΤΩΝ ΝΥΜΦΩΝ ΑΝΤΡΟΥ.

PORPHYRII
PHILOSOPHI PYTHAGORICI
De abstinentia ab animalibus necandis Libri quatuor.

Ex nova versione: Cui subjiciuntur notæ breviusculæ.

Ejusdem liber *De vita Pythagoræ: & Sententiæ ad intelligibilia ducentes: De antro Nympharum quod in Odyssea describitur.*

LUCAS HOLSTENIUS HAMBURGENS.
Latine vertit:
Dissertationem de Vita & Scriptis Porphyrii, *& ad vitam Pythagoræ observationes adjecit.*

CANTABRIGIÆ:
Ex celeberrimæ Academiæ Typographeo.
Impensis Guil. Morden *Bibliopolæ.*
Anno Dom. 1655.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΕΡΙ ἈΠΟΧΗΣ ἘΜΨΥΧΩΝ.

Βιϐλίον α'.

PORPHYRII PHILOSOPHI

De abstinentia ab esu animalium

Lib. I.


ARGUMENTUM.

Primus liber dividitur in tres partes: quarum prima continet præfationem ad Firmum Castricium, qui à Pythagoricis institutis, ad carnium esum defecerat. §. 1, 2, &c. *Secunda complectitur rationes, quibus Peripatetici & Stoici,* §. 4, &c. *quibus Epicurei,* §. 7, &c. *quibus Claudius Neapolitanus,* §. 13, &c. *docent animantia posse jure occidi. Tertia pars nonnulla continet, quæ præmittit Porphyrius ad rei proposita pleniorem tum intellectionem tum enucleationem.* §. 27, &c. *Primum est, se non omnibus, sed iis solùm qui vitam cupiunt agere Intellectualem hoc abstinentiæ onus imponere.* §. 27, &c. *Eam verò plurimùm promovet, ab iis quæ sensum commovent & à corporeis rebus animi abalienatio:* §. 30, &c. *Inter quas etiam cibi locum habent.* §. 33, &c. *Cùm enim varia sunt, in nostros sensus incurrentia, quæ animam turbant,* § 33. *ab eorum omnium contagione, quantum fieri potest, cavendum est.* §. 35, &c. *Nec iis nos immiscere convenit, exemplo Philosophorum,* &c. §. 36. *Et cùm cibi non parùm habeant hac in re momenti,* §. 38. *etiam eorum ratio habenda est. Quòd enim dicant nonnulli, posse se sensibilibus misceri, tamen iis non perturbari, lubricum est;* §. 39, &c. *Et à quo multi decepti fœdis libidinibus implicati sunt.* §. 42, 43. *Iis igitur omnibus, quæ mentem commovere solent, prospiciendum*

 est;

est, §. 43, &c. *Et in cibis etiam moderatio observanda.* §. 44, &c. *Quod ulterius probat exemplo Epicureorum.* §. 49, &c. *Hoc autem cùm non magnum sit, nec nimis molestum* (§. 55.) *haudquaquam recusandum est: præsertim cùm licet omnia tentemus, & sustineamus, bene nobiscum actum esse censere oportet, si tandem ullo modo Deo frui concedatur.* §. 56. *ad finem.*

§. 1. Ων περὶ ἡμᾶς ἡκόντων, ὦ Φίρμε, πυνθανόμενος, ὡς τῆς ἀσάρκου καταγνοὺς τροφῆς, ἐπὶ τὴν ἔνσαρκον ἀναδεδράμηκας πάλιν βορὰν, κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἠπίστουν, τῆς γε σῆς σωφροσύνης στοχαζόμενος καὶ τῆς εὐλαβείας, ἣν περὶ τοὺς ταῦτα ὑποδείξαντας, παλαιούς τε ὁμοῦ καὶ θεοφόβους ἄνδρας * πεποιήμεθα. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἐπὶ τοῖς προτέροις μηνύοντες, τὴν ἀγγελίαν ἐβεβαίουν, τὸ μὲν ἐπιπλήττειν σοι, ὅτι, κατὰ τὴν παροιμίαν, φυγῇ κακοῦ τὸ ἄμεινον εὑρέντι, ὅτε κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, τὸν μὲν πρότερον ἀποδυράμενος βίον, εἰς δὲ τὸν βελτίω ἀποστρέψαντι, ἀγροῖκόν τ᾽ εἶναι ἐδόκει, καὶ πόρρω τῆς κατὰ τὸν λογισμὸν πειθοῦς εὑρισκομένης. τὸ δ᾽ αὖ διὰ τοῦ λόγου τὸν ἔλεγχον τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαλύπτειν, ἀφ᾽ οἵων τε εἰς οἷα καταβέβηκας μηνύειν, τῆς τε πρὸς ἀλλήλους φιλίας ἀντάξιον, καὶ τῶν πρὸς ἀλήθειαν τὸν αὐτῶν βίον ξυνταξαμένων εἶναι ἐδικαίουν.

§. 1. Um ex iis, qui ad nos ventitare solent, audiveram, Firme, te victûs nostri sine carne rationem improbâsse, & ad eam comedendam iterum recidisse; primò quidem fidem illis non habui, dum ad sobrietatem, cautámque tuam pietatem respicerem, quam, ad eorum normam, qui hæc instituta primi cōmonstrârunt, virorum antiquorum sanè, simul & Deos reveritorum efformaveramus. Postquam verò alii post primos, ejusdem rei indicium facientes, rumorem istum confirmaverant, te quidem increpare (qui neque, juxta adagium, malum fugiens melius aliquid inveneras, nec, secundùm Empedoclem, vitâ priore defletâ, ad præstantiorem te convertisses) subrusticum sanè videretur, & longè distare ab ea suadendi via, quæ animis nostris ratione solùm ducendis nata est. Dissertatione tamen nostrâ peccata tua apertè redarguere, & ostendere * à quibus ad qualia descenderis, cùm eâ amicitiâ, quæ nobis ad invicem intercedit, dignum esse censui, tum iis etiam utile, qui vitam suam ad veritatis leges componunt.

§. 2. Καὶ γάρ μοι κατ᾽ ἐμαυ-

§ 2. Mihi etenim apud memetipsum

ipſum reputanti, quænam tibi inſtituti immutandi cauſa ſubeſſe potuit, neutiquam affirmarem eam eſſe, ut ſanitatem ſcilicet aut robur parares, quod vulgus & Idiotæ forſan dicerent: Contrà enim, tum ad ſanitatem tuendam, tum ad Philoſophiæ labores moderatè perferendos, victum illum ſine carne tute ipſe, cùm apud nos verſatus es, fatebaris conducere: & expertus jam, ſatìs poſſis percipere, quòd cùm hæc diceres, vera dixeris. Aut igitur deceptus, aut quòd exiſtimes nihil, quod ad ſapientiam ſpectat, intereſſe, utrùm hoc vel illo modo vivas, aut ob aliam aliquam cauſam quam ignoro, quæ metum ſui injecit majorem, quàm nè reus fias impietatis priora inſtituta tranſgrediendo, ad vetera ſcelera relabi viſus es. Non enim ob intemperantiam, aut voracis ingluviei cupiditatem dixerim te patrios ejus Philoſophiæ, quam ſemel æmulatus es, ritus contempſiſſe: aut indolem tuam deteriorem eſſe, quàm plebeiorum quorundam: qui cùm leges, iis tamen contrarias, quibus antea vixerant, ſemel acceperint, etiam membratim diſſecari tolerant *potiùs quàm eas violent*, & à quibuſdam animalibus, quibus tamen priùs ſeſe ingurgitaverant, abſtineant magìs quàm à carnibus humanis.

τὸν λογιζομένῳ τὴν τῆς μεταθέσεως αἰτίαν, ὑγιείας μὲν καὶ ῥώμης, ὡς ἂν ὁ πολὺς καὶ ἰδιώτης φαίη ὄχλος, οὐκ ἂν μεταβαλέσθαι φήσαιμι· τοὐναντίον γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν, καὶ πρὸς σύμμετρον ὑπομονὴν τῶν πρὸς φιλοσοφίαν πόνων, τὴν ἄσαρκον δίαιταν, αὐτὸς συνὼν ἡμῖν, ὡμολόγεις συμβάλλεσθαι· τοῦτο πείρᾳ γινώσκειν πάρεστιν, ὡς ταῦτα λέγων ἠλήθευες. ἢ δι' ἀπάτην οὖν, ἢ τὸ μηδὲν διαφέρειν ἡγεῖσθαι πρὸς φρόνησιν, τὸ οὕτως ἢ ἐκείνως διαιτᾶσθαι, ἢ δι' ἄλλην ἴσως αἰτίαν, ἣν ἀγνοῶ, τὸν φόβον τῆς ἐν τῷ παραβαίνειν ἀσεβείας ἐπαρτῶσαν μείζονα, ἐπὶ τὰ πρόσθεν ἀναδραμεῖν σὺ παρανομήματα ἐφαίνετο. οὐ γὰρ δὴ δι' ἀκρασίαν καὶ φόβον [πόθον.] τῆς ὀψοφάγου λαιμαργίας, καταφρονῆσαι τῶν πατρίων, ἧς ἐζήλωκας φιλοσοφίας, νόμων, φήσαιμι ἄν σε· οὐδ' ἐλάττω τὴν φύσιν τῶν παρ' ἡμῖν τισιν ἰδιωτῶν εἶναι· οἱ νόμους ἐναντίους, οἷς ἔζων πρότερον, καταδεξάμενοι, τομάς τε μορίων ὑπομένουσι, καί τινων ζώων, ὧν πρόσθεν ἐνεφοροῦντο, ἀπόσχοιντο ἂν μᾶλλον ἢ κρεῶν ἀνθρωπείων.

§ 3. Poſtquam verò ex iis quidam, qui ad nos venerint, ſermones etiam tuos commemorârant, quibus adverſus eos, qui carnibus abſtinent, uſus es, non miſereri solùm ſed & indignari libuit: quòd frigidis quibuſdam & rancidis argutiis confiſi, tum vos ipſos decipi paſſi eſtis, tum etiã dogma antiquum & Diis gratũ

§ 3. Ἐπεὶ δέ τινες τῶν ἀφικομένων καὶ λόγων ἀπεμνημόνευον, οὓς κατὰ τῶν ἀπεχομένων ἐποίεις, οὐ σχετλιάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ νεμεσᾶν παρῆν, εἰ ψυχροῖς καὶ ἄγαν ἑώλοις σοφισματίοις πεισθέντες, αὐτούς τε ἀπατᾶν καὶ παλαιὸν δόγμα καὶ θεοῖς φίλον ἀνατρέπειν ὑπεμείνατε. ὅθεν

μοι ἐδόκει μὴ μόνον τὸ οἰκεῖον ὑποδεικνύναι ὡς ἔχει, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐναντίων, πολλῷ ἰσχυρότερα τῶν ὑφ' ὑμῶν λεγομένων ὄντα καὶ πλήθει καὶ δυνάμει καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς, συναγαγεῖν τε καὶ λῦσαι· οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐμβριθεστέρων δοκούντων εἶναι, οὐχ ὅτι τῶν ἑώλων καὶ ἐπιπολαίων σοφισμάτων, τὸ ἀληθὲς ἡττημένον δεικνύντα ἀντειρήκασιν. [lego ἀντειρηκόσιν·] ἴσως γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῇ ἀποχῇ τῶν ἐμψύχων οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων οἵ τ' ἐκ τοῦ περιπάτου καὶ τῆς στοᾶς καὶ τοῦ Ἐπικούρου τὸ πλεῖστον τῆς ἀντιλογίας πρὸς τὴν Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἀποτεινόμενοι φιλοσοφίαν, ἧς ζηλωτὴς εἶναι ἐσπούδακας· τῶν τε φιλολόγων συχνοί, καὶ Κλώδιός τις Νεαπολίτης, πρὸς τοὺς ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν βιβλίον κατεβάλετο. ὧν τὰς πραγματικὰς καὶ κοινὰς πρὸς τὸ δόγμα ζητήσεις παραθήσομαι· τὰς ἰδίως πρὸς τὰς τοῦ Ἐμπεδοκλέους φερομένας κατασκευὰς παραιτησάμενος.

evertere sustinuistis. Unde mihi visũ fuit non solùm commonstrare, quo modo nostrum sese habeat institutum, sed & ea, quæ ab adversariis nostris dicuntur, multò quidem validiora iis, quæ à vobis afferuntur, cùm viribus, & numero, tum etiam alio omni apparatu, colligere simul & solvere: quinetiam ostendere contradicentibus, veritatem non victam fuisse ab iis rationibus, quæ etiã graves & momentosæ videbantur, nedũ à frivolis, & superficie tenus solùm pertingentibus vaframentis. Nescis enim fortasse, quòd abstinentiæ ab animalibus comedendis non pauci quidam, sed & ii omnes ex Philosophis qui Peripatetici, & Stoici, quique Epicurei denominantur, maximè adversantur, verbosis orationibus in Pythagoræ & Empedoclis philosophiam, quam tu pridem studiosè sectatus es, invecti: nec non Philologorum quamplurimi: inter quos & Clodius Neapolitanus adversus eos, qui carnibus abstinent, librum construxit. Quorum adversus nostram sententiam disquisitiones, quas de industria contra hoc dogma elaborârunt, quæque communibus nituntur argumentis, in medium proferam: eas interim, quæ peculiariter contra Empedoclis probationes afferuntur, dicere supersedebo.

Ex Heraclide Pontico Peripateticorum & Stoicorum rationes.

§ 4. Εὐθὺς τοίνυν φασὶν οἱ ἀντιλέγοντες τὴν δικαιοσύνην συγχεῖσθαι, καὶ τὰ ἀκίνητα κινεῖσθαι, ἐὰν τὸ δίκαιον μὴ πρὸς τὸ λογικὸν μόνον τείνωμεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἄλογον· οὐ μόνον τοὺς ἀνθρώπους καὶ τοὺς θεοὺς πρὸς ἡμᾶς ἡγούμενοι, οἰκείως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα θηρία, τὰ μη-

§ 4. Primùm igitur affirmant adversarii justitiam confundi, & non movenda moveri, si jus non solùm ad ea quæ rationem participant, sed etiam ad illa, quæ carent ratione, extendamus: existimantes scilicet non homines solùm, & Deos ad nos pertinere, sed & familiariter erga bestias nosmetipsos præbentes,

tis, quæ nulla in re nobis conjunctæ sunt: nec eas partim ad operas, partim in cibos adhibentes, alienas à nobis esse, & nostræ communionis honore, ut & civitatis jure indignas censeamus. Qui enim hasce, uti homines, tractat, parcens scilicet nec lædens, justitiæ id attemperans quod ferre non poterit, tum ejus vim labefactat, tum etiam alienæ utilitati consulens, suam destruit. Necessarium enim erit, ut vel non parcendo bestiis, injustè agamus; vel non utendo, in eas angustias, ut vivere nequeamus, redigamur: & feram quodammodo vitam agamus, eos usus, qui ex iis percipi possunt, omittendo.

ἃ δὴ ἡμῖν προσήκοντα, ἔχοντες. καὶ ἔτι τοῖς μὲν, πρὸς ἔργον χρώμενοι, τοῖς δὲ, πρὸς ἐδωδήν, ἔκφυλα καὶ ἄτιμα τῆς κοινωνίας καθάπερ πολιτείας νομίζοντες. ὁ γὰρ καθάπερ ἀνθρώποις, καὶ τούτοις χρώμενος, φειδόμενος δὲ καὶ μὴ βλάπτων, προσάπτων τῇ δικαιοσύνῃ, ὃ μὴ δύναται φέρειν, καὶ τὸ δυνατὸν αὐτῆς ἀπόλλυσι, καὶ διαφθείρει τῷ ἀλλοτρίῳ τὸ οἰκεῖον. γίνεται γὰρ ἢ τὸ ἀδικεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν, ἀφειδοῦσιν αὐτῶν, ἢ μὴ χρωμένοις, τὸ ζῆν ἀδύνατον καὶ ἄπορον· καὶ τρόπον τινὰ θηρίων βίον βιωσόμεθα, τὰς ἀπὸ τῶν θηρίων προϊέμενοι χρείας.

§ 5. Nec memoro interim Nomadum, & Troglodytarum innumerabiles myriadas, qui carnes in cibum adhibent, nec quoquam alio in eam rem uti noverint: quippe nobis, qui mansuetè & humanè vivere videmur, quodnam opus in terra relinquitur conficiendum? quod in mari? Quæ illustris ars, quodnam victûs ornamentum superesset? Si erga animalia, quasi essent ejusdem generis & ordinis, innoxiè simus affecti, & reverentiâ quâdam cum illis agamus. Nullam enim viam, nullum medicamentum, nullum remedium dicere possumus, quo paupertatem, quæ vitam nostram exscinderet, propulsaremus, si justitiam hanc coleremus, nec antiquam illam legem, eósque solùm fines servaremus, quos Jupiter (ut vult Hesiodus) rerum naturas dirimens, unicuique generi animalium privatim assignavit.

§ 5. Ἀφίημι γὰρ Νομάδων καὶ Τρωγλοδυτῶν ἀνεξαρέτως ἀριθμῶν μυριάδας· οἷς τροφὴ σάρκας, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τοῖς ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως ζῆν δοκοῦσι, ποῖον ἔργον ἀπολείπεται γῆς, ποῖον ἐν θαλάττῃ, τίς ἐναργὴς τέχνη, τίς κόσμος διαίτης, ἂν ὡς πρὸς ὁμόφυλα, τὰ ζῷα διακείμεθα, ἀβλαβῶς καὶ μετ' εὐλαβείας αὐτοῖς προσφερόμεθα. εἰπεῖν γὰρ ἔργον οὐδὲν, οὐδὲ φάρμακον, οὐδὲ ἴαμα τῆς τὸν βίον ἀναιρούσης ἀπορίας, εἰ τὴν δικαιοσύνην ἔχοιμεν, ἂν μὴ τὸν ἀρχαῖον νόμον καὶ ὅρον φυλάττωμεν. ὡς καθ' Ἡσίοδον ὁ Ζεὺς τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον.

Quippe feræ, pisces, avium genus altivolantium,

Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς

Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτοῖς.
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην πρὸς ἀλλήλους.

§ 6. Οἷς δὲ οὐκ ἔστι τὸ δικαιοπραγεῖν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα γίνεται τὸ ἀδικεῖν. ὡς ὅ γε τοῦτον προσιέμενοι τὸν λόγον, οὔτε εὐρεῖαν ἄλλην, οὔτε λεπτὴν τῇ δικαιοσύνῃ παρεισελθεῖν ὁδὸν ἀπολελοίπασιν. ὃ γὰρ ἤδη εἰρήκαμεν, τὴν φύσιν, αὐτάρκη μὲν οὐκ οὖσαν, ἀλλ' ἐνδεῆ πολλῶν, εἰργομένην δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων βοηθείας, ἄρδην ἀναιρεῖν, καὶ καταλλείειν εἰς τὸν ἄπορον καὶ ἀνόργανον καὶ ἀκτήμονα τῶν ἀναγκαίων βίον. φασὶ δὲ οὐκ εὐτυχῶς διαβιῶναι τοὺς προτέρους γενομένους· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ζώων ἵστασθαι τὴν δεισιδαιμονίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ φυτὰ βιάζεσθαι. τί γὰρ μᾶλλον ὁ βοῦν ἀποσφάττων καὶ πρόβατον ἀδικεῖ, τοῦ κόπτοντος ἐλάτην ἢ δρῦν; εἴ γε καὶ τούτοις ἔμφυτος ψυχὴ κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν. τὰ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου τὰ κυριώτατα ταῦτα.

Mutua se vertunt in pabula, jure carentes:
Justitia at nobis, quæ res est optima, cessit.

§ 6. Quæ verò non possunt erga nos jus tenere, iis non possumus injuriam facere. Adeò ut quicunq; hunc sermonem rejiciunt, neque latam neq; angustam, quâ subingrediatur, justitiæ reliquerunt semitam. Quod enim jam diximus, naturam nostram, non sibi ipsi sufficientem, multarum verò rerum indigam, prohibitam autem, quò minùs eo quod ab animalibus suppeditari potest, utatur auxilio, funditùs interire necesse erit, & in inopem, sine instrumentis, & sine necessariis concludi vitam. Quinetiam, primi homines, uti fertur, non tam feliciter vixerint; non enim in animantibus sistebatur hæc superstitio, sed ad plantas etiam propellebatur. Quomodo enim injuriam magis facit, qui bovem aut ovem jugulat, quàm qui abietem aut quercum excudit? Si & plantas etiam anima subeat, uti volunt animatum transmigrationis assertores. Hæc præcipua sunt ex iis quæ à Stoicis & Peripateticis afferuntur.

Ex Hermacho Epicureorum rationes.

§ 7. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἐπικούρου, ὥσπερ γενεαλογίαν μακρὰν διεξιόντες, φασὶν, ὡς οἱ παλαιοὶ νομοθέται, ἀπιδόντες εἰς τὴν τοῦ βίου κοινωνίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους πράξεις, ἀνόσιον ἐπεφήμισαν τὴν ἀνθρώπου σφαγὴν, καὶ ἀτιμίας οὐ τὰς τυχούσας προσῆψαν. τάχα μὲν καὶ φυσικῆς τινος οἰκειώσεως ὑπαρχούσης τοῖς ἀνθρώποις

§ 7. Epicurei autem longam legum humanarum quasi genealogiam percurrentes, veteres aiunt Legislatores, ad illam vitæ communionem quam homines inter se exercent, eásq; quas invicem peragunt actiones respicientes, impiam judicatam iri hominis cædem proclamâsse, eique ignominias haud vulgares affixisse. Fortasse naturali quâdam cognatione hominibus erga homines magis conciliatis,

liatis,

liatis, propter figuræ scilicet & animæ similitudinem, ità ut non tam promptè in illius animalis exitium ruatur, ac in eorum alicujus, quæ nobis utenda conceduntur: Maximam tamen causam, cur humana cædes gravatè ferretur & impietatis titulo inscriberetur, illam fuisse, quòd existimarent eam obesse universæ vitæ nostræ constitutioni. Qui enim ex hoc principio hujusce decreti utilitatem assequi, & animo comprehendere possent, nullâ aliâ ratione illis opus esset quâ ab hoc facinore coercerentur. Qui verò utilitatem non satis possent percipere, mulctæ tamen irrogandæ magnitudinem veriti, abstinerent à se mutuò temerè occidendo. Quorum utrumq; etiam hodie videtur contingere. Nam qui decreti priùs dicti commoditatem perspiciunt, facilè ei obtemperant: qui verò eam capere non possunt, legi tamen comminationes scilicet veriti *obsequuntur*; quas eorum gratiâ, qui ejus utilitatem æstimare nequeunt, pauci forsan statuerunt, majore tamen parte tandem assentiente.

§ 8. Nihil enim ab initio eorum, quæ vel scribuntur, vel non scripta, manent adhuc, & per manus hominum transferuntur, per vim in legem abiit, sed eorum consensu qui usuri erant. Non enim corporis robore, aut potentiâ quâ populum sibi subigerent, sed animi prudentiâ excelluerunt, quicunque hujusmodi leges in vulgus introduxerunt: quâ effectum est, ut aliqui eam utilitatem tandem reputarent, quàm priùs vel (etsi senserant) non perpenderant, vel (quod sæpiùs evenit) ignoràrant; ut alii verò magnitudine pœnarum deterrerentur.

πρὸς ἀνθρώπους, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς μορφῆς καὶ τῆς ψυχῆς, εἰς τὸ μὴ προχείρως φθείρειν τὸ τοιοῦτον ζῶον, ὥσπερ ἕτερόν τι τῶν συγκεχωρημένων. οὐ μὴν ἀλλὰ τήν γε πλείστην αἰτίαν τοῦ δυσχερανθῆναι τοῦτο, καὶ ἀνόσιον ἐπιφημισθῆναι, τὸ μὴ συμφέρειν εἰς τὴν ὅλην τοῦ βίου σύστασιν ὑπολαβεῖν. ἀπὸ γὰρ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς οἱ μὲν παρακολουθήσαντες τῷ συμφέροντι τοῦ διορίσματος, οὐδὲν προσεδεήθησαν ἄλλης αἰτίας, τῆς ἀνειργούσης αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πράξεως ταύτης. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι λαβεῖν αἴσθησιν ἱκανὴν τούτου, τὸ μέγεθος τῆς ζημίας δεδιότες, ἀπείχοντο τοῦ κτείνειν προχείρως ἀλλήλους. ὧν ἑκάτερον φαίνεται καὶ νῦν ἔτι συμβαῖνον. καὶ γὰρ οἱ μὲν θεωροῦντες τὸ συμφέρον τῆς προειρημένης διατάξεως, ἑτοίμως ἐπ' αὐτῆς μένουσιν· οἱ δὲ μὴ δεκτικοὶ τούτου, τὰς ἀπειλὰς φοβούμενοι τῶν νόμων· ἃς ἕνεκα τῶν ἀσυλλογίστων τοῦ χρησίμου διά- εισών τινες, παραδεξαμένων αὐτὰς τῶν πλειόνων.

§ 8. Οὐδὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς βιαίως κατέστη νόμιμον, οὔτε μετὰ γραφῆς, οὔτε ἄνευ γραφῆς τῶν διαμενόντων νῦν καὶ διαδίδοσθαι πεφυκότων· ἀλλὰ συγχωρησάντων αὐτῷ καὶ τῶν χρωμένων. φρονήσει γὰρ ψυχῆς, οὐ ῥώμῃ σώματος καὶ δυναστευτικῇ δουλώσει τῶν ὄχλων διήνεγκαν οἱ τὰ τοιαῦτα τοῖς πολλοῖς εἰσηγούμενοι· καὶ τοὺς μὲν εἰς ἐπιλογισμὸν τοῦ χρησίμου καταστήσαντες ἀλόγως αὐτοῦ πρότερον αἰσθανομένους καὶ πολλάκις ἐπιλανθανομένους, τοὺς δὲ τῷ μεγέθει τῶν ἐπιτιμίων κα-

ταπλή-

παραλλάξαντες. οὐ γὰρ ἦν ἑτέρῳ χρῆσθαι φαρμάκῳ πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος ἀμαθίαν, ἢ τῷ φόβῳ τῆς ἀφωρισμένης ὑπὸ τοῦ νόμου ζημίας. αὕτη γὰρ κατέχει μόνη καὶ νῦν τοὺς τυχόντας τῶν ἀνθρώπων, καὶ κωλύει τὸ μήτε κοινῇ, μήτε ἰδίᾳ τὸ ἀλυσιτελὲς πράττειν. εἰ δὲ πάντες ἐδύναντο βλέπειν ὁμοίως καὶ μνημονεύειν τὸ συμφέρον, οὐδὲν ἂν προσεδέοντο νόμων· ἀλλ' αὐθαιρέτως τὰ μὲν εὐλαβοῦντο τῶν ἀπειρημένων, τὰ δὲ ἔπραττον τῶν προστεταγμένων. ἱκανὴ γὰρ ἡ τοῦ χρησίμου καὶ βλαβεροῦ θεωρία, τῶν μὲν φυγὴν παρασκευάσαι, τῶν δὲ αἵρεσιν. ἡ δὲ τῆς ζημίας ἀνάτασις, πρὸς τοὺς μὴ προορωμένους τὸ λυσιτελοῦν. ἀναγκάζει γὰρ δεσπόζειν ἐπικρεμαμένη ταῖς ἀγούσαις ἐπὶ τὰς ἀσυμφόρους πράξεις ὁρμαῖς, καὶ βιᾳ συναναγκάζει τὸ δέον ποιεῖν.

§ 9. Ἐπεὶ καὶ τὸν ἀκούσιον φόνον οὐκ ἔξω πάσης ζημίας κατέστησαν οἱ νομοθέται· * ὅπως μηδεμίαν ἐνδῶσι πρόφασιν τοῖς ἑκουσίοις τὰ τῶν ἀκουσίως δρώντων ἔργα μιμεῖσθαι προαιρουμένοις· ἀλλ' ὅπως μὴ ἀφύλακτον ᾖ, μηδὲ ἠμελημένον τὸ τοιοῦτο, ὥστε πολλὰ πρὸς ἀλήθειαν ἀκούσια συμβαίνειν. οὐ γὰρ συνέφερεν οὐδὲ τοῦτο, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας δι' ἃς καὶ τὸ καθ' ἑκούσιον τρόπον φθείρειν ἀλλήλους. ὥστε τῶν ἀκουσίων τῶν μὲν, παρὰ τὴν ἀστάθμητον αἰτίαν καὶ ἀφύλακτον γιγνομένων ἀνθρωπίνῃ φύσει, τῶν δὲ, παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν καὶ [τὴν] ἀνεπίσκεπτον τῆς διαφορᾶς, βουληθέντες κωλύειν τὴν βλάπτουσαν αὐτοὺς [τοὺς] πλησίον ῥᾳθυμίαν, οὐκ ἄδειαν

Nullo utique alio remedio ſanari poterat antè memoratæ utilitatis ignorantia, quàm mulctæ metu à lege conſtitutæ. Hic enim ſolus etiamnum plebem in officio retinet, prohibétq; quò minùs aliquid agant, ſive publicè, ſive privatim, quod in rem omnium non cedat. Si verò omnes poſſent ex æquo perſpicere & in mente revocare quod proſit, nil opus eſſet legibus: ſed delectu ſuo prohibita devitarent, & quæ imperantur, ipſi exequerentur. Contemplari enim quid utile, quid noxium ſit, ſatis eſt incitamenti, ut hoc fugiamus, illud verò amplectamur. Pœnæ autem comminatio eos ſpectat, qui ad legis utilitatem non proſpiciunt. Iis enim ſemper imminet, & cogit, ut illis cupiditatibus quæ ad inutiles actiones eos raperent, dominari conentur, & bene agendi neceſſitatem affert.

§ 9. Præſertim cùm Legiſlatores etiam involuntariam cædem extra omnem pœnæ metum non poſuerint. Non hoc ſcilicet fine, nè iis ullam darent excuſationis anſam, qui ſponte imitari eligunt eorum facta, qui involuntariè deliquerunt: ſed nè hac in re non ſatis caveatur, aut curetur, ſicq; nimis multæ, verè involuntariæ cædes contingerent. Neque enim hoc expediebat, idq; propter eaſdem cauſas, ob quas non licuit ſponte & voluntate noſtrâ nos invicem trucidare. Cùm igitur earum rerum, quæ involuntariæ ſunt, aliæ proveniant à cauſa incerta, & ab humana natura inobſervabili, aliæ autem negligentiæ noſtræ, inſciæ futuri diſcriminis, originem ſuam debeant, volentes Legiſlatores ſocordiam illam, quæ vicinos lædat,

lædat, cohibere, etiam actionem involuntariam non omnino pœnæ insontem statuerunt, sed mulctarum terrore maximam ejusmodi delictorum partem abstulerunt. Quinetiam existimo cædes illas, quibus lege condonatur, expiari tamen per lustrationes solennes, nullâ aliâ causâ ab iis introductas, qui hæc primùm bene instituerunt, quàm quòd cuperent homines quàm maximè à cæde voluntaria removere. Vulgus enim ubique indigebat aliquo, quod eos impediret, nè temerè facerent quod non expedit. Unde qui primi hoc animadverterunt, non solùm pœnas constituerunt, sed & alium timorem, cujus non facilè dari potest ratio, intentârunt; clamantes non puros esse, qui quovis modo hominem interfecerint, nisi purgationibus uterentur. Animæ enim rudis inscitia variis modis, tanquam sub Pædagogi disciplina, exculta, ad eam, quâ nunc gaudet, mansuetudinem accessit; adinventis primùm ab iis, qui multitudinem rexêrunt, delinimentis quibusdam ad ferinos cupiditatum impetus cicurandos: Inter quæ est & illud, Nè se mutuò occiderent indiscriminatim.

§ 10. Verisimile autem est eos, qui primi statuerunt quæ oporteat nos facere, & quæ minùs, nullo modo prohibuisse, nè reliqua animalia interficeremus. Utilitas enim ex his oriunda ex contrariis factis percipitur. Non enim salvi esse possent homines, nisi vitæ familiaritate conjuncti, ipsi se contra animalium vim tutari conarentur. Aliqui autem, eo tempore acceptissimi, commemorantes, quòd à cæde temperarent ipsi, quoniam ad salutem omnium conduceret,

κατέστησαν ζημίας, οὐδὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν, ἀλλὰ τῷ φόβῳ τὴν ἐπιμέλειαν ἀφεῖλον τὸ πολὺ τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας. οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τοὺς συγκεχωρημένους ὑπὸ τοῦ νόμου φόνους, τὰς ἀφοσιώσεις λαμβάνειν τὰς εἰθισμένας διὰ τῶν καθαρμῶν, παρ' οὐδεμίαν ἑτέραν αἰτίαν, παρὰ τῶν πρῶτον καλῶς ταῦτα εἰσηγησαμένων, ἢ παρὰ τὸ, τῆς ἑκουσίου πράξεως ὅτι πλεῖστον βούλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἀφιστάναι. πανταχόθεν γὰρ ἐδέοντο τοῦ κωλύσοντος ἑτοίμως πράττειν τὸ μὴ συμφέρον οἱ τυχόντες. ὅθεν οὐ μόνον ζημίας ἔταξαν οἱ πρῶτοι τοῦτο συνιδόντες, ἀλλὰ καὶ ἕτερον φόβον ἄλογον ἐπήρτησαν, οὐ καθαροὺς ἀποφημίσαντες εἶναι τοὺς ὁπωσοῦν ἄνθρωπον ἀνελόντας, μὴ χρησαμένους καθαρμοῖς. τὸ γὰρ ἀνόητον τῆς ψυχῆς ποικίλως παιδαγωγηθὲν, ἦλθεν εἰς τὴν καθεστῶσαν ἡμερότητα, προσμηχανωμένων ἐπὶ [τὰς] τῆς ἀλόγου φορᾶς ἐπιθυμίας πιθανουργημάτων ἐξ ἀρχῆς τῶν τὰ πλήθη διακοσμησάντων· ὧν ἐστι καὶ τὸ μὴ κτείνειν ἀλλήλους ἀκρίτως.

§ 10. Τῶν δὲ λοιπῶν ζώων εἰκότως οὐδὲν διεκώλυσαν φθείρειν οἱ πρῶτοι διορίσαντες ἅτε δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς καὶ ἃ μή. τὸ γὰρ συμφέρον ἐπὶ τούτων ἐκ τῆς ἐναντίας ἀπετελεῖτο πράξεως. οὐ γὰρ δυνατὸν ἦν σώζεσθαι μὴ πειρωμένους ἀμύνεσθαι τοῦτο [αὐτὰ] συντρεφομένους μετ' ἀλλήλων. διαμνημονεύοντες δέ τινες τῶν τότε χαριεστάτων, ὡς αὐτοί τε ἀπέσχοντο τοῦ κτείνειν διὰ τὸ χρήσιμον πρὸς τὴν σωτηρίαν.

τηρίαν, τοῖς τε λοιποῖς ἐνεποίουν μνήμην τοῦ ἀποβαίνοντος ἐν ταῖς μετ᾽ ἀλλήλων συντροφαῖς, ὅπως ἀπεχόμενοι τοῦ συγγενοῦς, διαφυλάττωσι τὴν κοινωνίαν, ἣ συνήργει πρὸς τὴν ἰδίαν ἑκάστου σωτηρίαν. οὐ μόνον δὲ χρήσιμον ἦν τὸ μὴ χωρίζεσθαι, μηδὲ λυμαντικὸν ποιεῖν μηδὲν τῶν ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον συνειλεγμένων, πρὸς τὸ τῶν ἀλλοφύλων * ἐξέρεισμα ζώων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους, τοὺς ἐπὶ βλάβῃ παραγιγνομένους. μέχρι μὲν οὖν τινος, διὰ ταύτην ἀπείχοντο τοῦ συγγενοῦς, ὅσον ἐβάδιζεν εἰς τὴν αὐτὴν κοινωνίαν τῶν ἀναγκαίων, καὶ χρείας τινὰς παρείχετο πρὸς ἑκάτερον τῶν εἰρημένων. ἐλθόντος δὲ ἐπὶ πλέον τοῦ χρόνου καὶ τῆς δι᾽ ἀλλήλων φύσεως μακρὰν προηκούσης, ἐξεωσμένων δὲ τῶν ἀλλοφύλων ζώων καὶ τῆς * παρασπάσεως, ἐπιλογισμὸν ἔλαβόν τινες τοῦ συμφέροντος ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλων τροφαῖς, οὐ μόνον ἄλογον μνήμην.

§ 11. Ὅθεν ἐπεχείρησαν βεβαιοτέρως ἀνεῖρξαι τοὺς προχείρως φθείροντας ἀλλήλους, καὶ τὴν βοήθειαν ἀσθενεστέραν κατασκευάζοντας διὰ τὴν τοῦ παρεληλυθότος λήθην. πειρώμενοι δὴ τοῦτο δρᾶν, τὰς ἔτι μενούσας καὶ νῦν κατὰ πόλεις τε καὶ ἔθνη νομοθεσίας εἰσήνεγκαν· ἐπακολουθήσαντος τοῦ πλήθους αὐτοῖς ἑκουσίως, παρὰ τὸ μᾶλλον ἤδη τοῦ συμφέροντος ἐν τῇ μετ᾽ ἀλλήλων ἀθροισθήσει λαμβάνειν αἴσθησιν, ὁμοίως γὰρ εἰς τὴν ἀφοβίαν συνήργει, τό, τε λυ-

etiam & reliquis in memoriam revocârunt, quid in mutuo eorum convictu accidisset: ut eos scilicet suaderent à cognatis abstinere, & communionem eam inter se tueri, quæ ad propriam privati cujusque salutem multùm afferret. Non solùm verò utile erat *non à se invicem separari, nec quicquam facere quod in eorum, qui in eundem locum collecti essent, perniciem cederet, ad animalia alterius generis * ejicienda; sed & adversus homines valuit, si qui lædendi animo ad eos accederent. Aliquatenus igitur ob hanc causam ab hominibus utpote cognatæ sibi naturæ abstinebant, quantum nimirum profecit, ut rerum necessariarum fieret communio, quantúmque adversus alterutram ex supradictis incommodis aliquâ ratione eos defenderet. Procedente verò tempore, & ex se mutuò propagatâ sobole longè pertingente, expulsis autem animalibus alterius ab homine generis, & eorum etiam * fœtibus, seriò rationem inibant aliqui de utilitate eâ quam ex mutuo convictu capiebant, nec eam solùm sine omni animadversione memorabant.

§ 11. Unde eos firmiùs coercere cônati sunt, qui temerè alios occiderent, quiq; propter præteritorum oblivionem priora contra cædes præsidia labefactârant. Hoc verò aggressi facere, ea instituta invexerunt, quæ adhuc manent, quæq; hodie inter urbes & gentes vigent: obsequente tum suâ sponte multitudine, quia jam magis quàm antea convictûs mutui commoditatem persentiscerent. Æquè enim ad securitatem conferebat, tum ut omne perniciosum sine discrimine tolleretur,

leretur, tum ut id salvum esset, quod noxiis amoliendis inservierit. Unde verisimile est, ex iis quæ diximus unum vetitum, alterum autem non prohibitum fuisse. Nec illud licet regerere, quòd aliqua animalia, quæ non sunt humanæ naturæ perniciosa, nec aliquo alio modo vitam nostram infestam reddunt, tamen nobis concessêre leges trucidandi veniam. Nullũ enim propè dixerim ex iis est animalibus quæ à lege nobis permittuntur interfici, quod, si absque modo copiæ incrementum capere sineremus, in humani generis detrimentum non cederet: Intra verò numerum, quo hodie continetur, comprehensum, nonnullis vitæ nostræ usibus inservit. Ovis enim, & bos, & omne ejusmodi animal, si non ultra mensuram justam augeantur, conditionis nostræ necessitati multùm prosunt. Sin verò in quantamlibet multitudinem exundarent, & eam quæ hodie obtinet, longè superarent, vitam nostram pessundarent: quibusdam ex iis ad *vim* se vertentibus, utpote quæ à natura sunt ad hoc satis comparata: aliis solùm victum nobis ex terra provenientem vastantibus. Quamobrem vel hac de causa non prohibitum fuisse censendum est hæc animalia interficere, ut ità numerus qui nostris usibus satis sit relinquatur, quiq; facilè regi & debellari possit. Non enim, sicut in leonibus, lupis, vel quibuscunque feris animalibus, sive plura sint sive pauciora, nullum omnino potes numerum sumere, qui admissus vitæ nostræ necessitatem relevaret, ità etiam res se habet in bobus, equis,

μαντικῶν τῶν ἠθελημένων ἀφειλῆς, καὶ τὸ χρήσιμον περὶ τὴν τούτου φθορὰν διατηρούμενον. ὅθεν εἰκότως τὸ μὲν, ἀπηγορεύθη, τὸ δὲ, οὐκ ἐκωλύθη τῶν εἰρημένων. οὐκ ἄν τι λέγοιεν ὡς οὐκ ἔστιν ὡς ἕνεκα τῶν ζῴων οὐ φθαρτικῶν τῆς ἀνθρωπίνης ὄντα φύσεως, οὐδὲ καθ' ἕτερον οὐδένα τρόπον λυμαινόμενα τοῦ βίου, συγκεχώρηκεν ὁ νόμος ἀναιρεῖν ἡμῖν. οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἐστὶ τοιοῦτο τῶν ὑπὸ τοῦ νόμου συγκεχωρημένων, ὅπερ οὐκ ἐώμενον λαμβάνειν τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀφθονίας, βλαπτικὸν γένοιτ' ἂν ἡμῶν· ἐν δὲ τῷ νῦν πλήθει διατηρούμενον, χρείας παρέχεταί τινας εἰς τὸν βίον καὶ γὰρ πρόβατον καὶ βοῦς καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτο μετριάζον μὲν, φέρει τινὰς περὶ τὴν ἀναγκαίαν ἡμῖν διαγωγὴν ὠφελείας· εἰς πλῆσαι δὲ ἐκπεσὸν δαψιλὲς καὶ μακρὰν ὑπεροχὴν ἔχουσαν τῆς καθεστώσης, λυμαίνοιτ' ἂν τὸν βίον ἡμῶν· τὸ μὲν καὶ πρὸς ἀλκὴν τρεπόμενον, ἅτε φύσεως εὐφυοῦς εἰς τοῦτο μετέχον· τὸ δὲ μόνον τὴν ἀναβαίνουσαν ἡμῖν ἐκ τῆς γῆς τροφὴν καταναλίσκον. διὸ καὶ παρὰ τὴν αἰτίαν ταύτην οὐδὲ τὰ τοιαῦτα τῶν ζῴων ἐκωλύθη φθείρειν, ἵνα τὸ συμφέρον πρὸς τὴν χρείαν καταλείπηται πλῆθος, καὶ τὸ ῥᾳδίως κρατεῖσθαι δυνησόμενον. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ λεόντων καὶ λύκων καὶ ἁπλῶς τῶν ἀγρίων προσαγορευομένων ζῴων, ὁμοίως τε μικρῶν τε καὶ μεγάλων οὐκ ἔστιν οὐδὲν λαβεῖν πλῆθος, ὃ καταλειπόμενον ἐπικουφίζειν ἂν τὸν ἀναγκαῖον ἡμῶν βίον, οὕτω καὶ ἐπὶ βοῶν καὶ ἵππων καὶ προβάτων,

προβάτων ἔχει, καὶ ἁπλῶς τῶν ἡμέρων ὀνομαζομένων ζώων. ὅθεν τὰ μὲν, ἄρδην φθείρομεν τῶν δὲ, τὸ πλεῖον τῆς συμμετρίας ἀφαιροῦμεν.

§ 12. Δι' ἃ παραπλησίως [παραπλησίως.] ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις, καὶ τὰ περὶ τὴν ἐδωδὴν δοκεῖ θεῖναι τῶν ἐμψύχων νομιστέον ὑπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα καταλαβόντων νόμων· ἐπὶ δὲ τῶν οὐκ ἐδωδίμων αἴτιον τὸ συμφέρον καὶ ἀσύμφορον. ὥστε τοὺς λέγοντας, ὅτι πᾶν τὸ καλὸν καὶ δίκαιον κατὰ τὰς ἰδίας ὑπολήψεις ἐστὶ περὶ τῶν νενομοθετημένων, ἠλιθιότητι νὸς γέμειν εὐηθείας. οὐ γάρ ἐστιν οὕτως ἔχον τοῦτο, ἀλλ' ὃν τρόπον ἦν ἐπὶ τῶν λοιπῶν συμφερόντων, οἷον ὑγιεινῶν τε καὶ ἑτέρων μυρίων εἰδῶν· ἀλλὰ διαμαρτάνουσιν ἐν πολλοῖς τῶν τε κοινῶν ὁμοίως καὶ τῶν ἰδίων. καὶ γὰρ τὰ παραπλησίως ἐφαρμόττοντα νομοθετήματα πᾶσιν οὐ καθορῶσί τινες· ἀλλ' οἱ μὲν τῶν ἀδιαφόρων δοξάζοντες εἶναι παραλείπουσιν· οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν δόξαν ὑπὲρ αὐτῶν ἔχουσι, καὶ τὰ μὴ καθόλου συμφέροντα πανταχοῦ τινες οἴονται συμφέρειν. ὅθεν διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ἀντέχονται τῶν οὐκ ἐφαρμοττόντων. εἰ καὶ ἐπί τινων ἐξιδεῖν ἔστι τά τε πρὸς αὐτοὺς λυσιτελῆ καὶ τὰ κοινὴν ἔχοντα τῆς ὠφέλειαν· ὧν ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐδωδὰς τῶν ἐμψύχων καὶ φθορὰς ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἐθνῶν διατεταγμένα διὰ τὸ τῆς χώρας ἴδιον. οἷς οὐκ ἀναγκαῖον ἑπέσθαι ἡμῖν, διὰ τὸ μηδὲ τὸν αὐτὸν οἰκεῖν τόπον. εἰ μὲν οὖν ἠδυνάμεθα ποιήσασθαι τινα συνθήκην ὥσπερ πρὸς ἀνθρώπους, οὕτω καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ζώ-

& ovibus, & in omnibus universè, quæ cicures dicuntur, bestiis. Unde ea funditus perdimus: ab his verò proportionis excessum solùm aufe-rimus.

§ 12. Propterea congruè jam memoratis causis, etiam ea quæ ad animalium esum spectant constitui existimandum est à legibus istis, quæ has res olim complectebantur: & edendi vel non edendi causam fuisse utilitatem & incommodum. Adeò ut illi, qui bonum omne & honestum privatis hominum, de iis qui lege statuuntur, sententiis constare asserant, mihi quidem pleni videntur sublimi quâdam insaniâ. Non enim ità se res habet, sed eodem sanè modo quo * in cæteris quæ prosunt, veluti in salubribus, aliisque innumeris. Sed in multis quidem falluntur, tum publicis, tum privatis. Aliqui enim non perspiciunt ea instituta quæ omnibus ex æquo congruunt: sed nonnulli ea inter indifferentia reputantes, omittunt: alii contrariam de iis opinionem fovent: & quæ universè non sunt utilia, ubique prodesse opinantur: unde hanc ob causam iis adhærescunt, quæ non conveniunt. Etsi in quibusdam ea exquirunt, quæ & sibi commoda sunt, & communi bono inserviunt. Inter quæ censenda sunt illa de animalium esu, & cæde in maxima gentium parte constitutis, regionis tamen cujuscunque ratione habitâ. Quibus non necesse est ut nos acquiescamus, quia eundem locum non incolimus. Si igitur, uti cum hominibus, ità cum cæteris animali-

bus posset aliquo modo pactum iniri, ut neque illa nos occiderent, nec à nobis sine discrimine occiderentur, pulchrum sanè esset hucusque justitiam protendere. Ità enim extensa in utriusque partis securitatem cederet. Cùm autem nullo consilio fieri possit, ut quæ rationem non participant, sub eadem nobiscum lege coerceantur, hâc viâ utilitatis præsidium non potest ab animalibus magis quàm ab inanimatis procurari. Sed si potestate ea occidendi, quam nunc tenemus, utamur, hâc ratione solum debitâ fruemur securitate. Hæc & hujusmodi sunt quæ ab Epicureis afferuntur.

ων, ὥσπερ τοῦ μὴ κτείνειν, μήτε πρὸς ἡμῶν ἀκείνως αὐτὰ κτείνεσθαι, καλῶς εἶχε μέχρι τούτου τὸ δίκαιον ἐξάγειν· ἐπιτεταμένον γὰρ ἐγίγνετο πρὸς τὴν ἀσφάλειαν. ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀμηχάνων ἦν, κοινωνῆσαι νόμου τὰ μὴ δεχόμενα τῶν ζώων λόγον, διὰ μὲν τοῦ τοιούτου τρόπου τὸ συμφέρον οὐχ οἷόν τε κατασκευάσασθαι πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐμψύχων ἀσφάλειαν μᾶλλον ἤπερ τὴν ἀψύχων. ἐκ δὲ τοῦ τὴν ἐξουσίαν λαμβάνειν, ἣν νῦν ἔχομεν εἰς τὸ κτείνειν αὐτὰ, μόνως ἐστὶ τὴν ἐνδεχομένην ἔχειν ἀσφάλειαν. τοιαῦτα μὲν καὶ τὰ τῶν Ἐπικουρείων.

Rationes Claudii Neapolitani, qui adversùs Abstinentiam ab esu animalium librum edidit.

§ 13. Reliquũ est, ut ea proponamus, quæ plebeii & vulgaris ingenii homines afferre solent. Aiunt enim Veteres ab animalibus abstinuisse, non religione tactos, sed quia nondũ ignis usum cognoverant: ut verò eum didicère, ignem in honore maximo habuisse, & sacrum reputâsse, Vestámque eum appellâsse, cósque, qui unà habitabant *συνεστίους*: deinceps verò Animalibus usos fuisse. Homini enim naturale esse carnes comedere: præter naturam verò crudas devorare. Igne igitur reperto, id, quod naturale erat, admisisse, coctas carnes approbantes, *crudas verò rejecisse. Propterea apud Homerum dicitur, Thoës crudivori. & opprobrii loco objiciebatur, Crudum devores Priamum, & crudas carnes abscindentem comedere: utpote impiis solùm attributo illo, *Carnibus omnimodis mensas onerârunt.* —— Primùm igitur Animalia ad mensas

§ 13. Λοιπὸν δὲ ἃ ὁ πολὺς καὶ δημώδης ἄνθρωπος ἃ λέγειν εἴωθεν, παραθετέον. τοὺς γὰρ παλαιοὺς, φασὶν, τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, οὐ δι' εὐσέβειαν, διὰ δὲ τὸ μήπω εἰδέναι τὴν τοῦ πυρὸς χρῆσιν· ὡς δ' ἔμαθον, τιμιώτατον τότε καὶ ἱερώτατον νομίσαι· ἑστίαν τε προσειπεῖν, καὶ συνεστίους ἀπὸ τούτου γενέσθαι, καὶ λοιπὸν χρήσασθαι τοῖς ζώοις. εἶναι μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ τὸ σαρκοφαγεῖν· παρὰ φύσιν δὲ τὸ ὠμοφαγεῖν. πυρὸς οὖν εὑρεθέντος, ἀπολαβεῖν τὸ κατὰ φύσιν δι' ἑψήσεως προσιεμένους τὰ κρέα. δι' ἃ ὠμοφάγοι μὲν οἱ θῶες, καὶ ἐν ὀνείδει τὸ, Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον. καὶ Ὠμὰ ἀποτεμνόμενον κρέα ἔδμεναι. ὡς ἂν δὴ τοῖς ἀθέοις ἀποδιδομένης τῆς τῶν κρεῶν, πίνακας παρέθηκεν ἀείρας παντοίων. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐ προσεφέροντο τὰ

τὰ ἔμψυχα· οὐ γὰρ ἦν ὠμοφάγον ζῷον ὁ ἄνθρωπος· ὡς δὲ οὖν τοῦ πυρὸς εὑρέθη χρῆσις, πυρωμήτοις, οὐ μόνον τοῖς κρέασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὡς εἰπεῖν, τοῖς πλείστοις βρωτοῖς ἐχρῶντο. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ὠμοφάγον ὁ ἄνθρωπος δηλοῖ τινα ἔθνη ἰχθυοφάγα. τοὺς γὰρ ἰχθῦς ὀπτῶσιν οἱ μὲν, ἐπειδὰν αἱ πέτραι μάλιστα διάπυροι γίνωνται ὑπὸ τοῦ ἡλίου· οἱ δὲ, καὶ ἐν ἄμμῳ. ὅτι δὲ σαρκοφάγον αὐτὸ τοῦτο δηλοῖ, τὸ μηδὲν ἔθνος ἀπέχεσθαι ἐμψύχων· καὶ οὐ κατὰ διαστροφὴν οἱ Ἕλληνες προσεσχήκαντο· ἐπεὶ καὶ τοῖς βαρβάροις ταυτὸν ἐστὶν ἔθος.

§ 14. Ὁ δὲ κωλύων μὴ ἐσθίειν, καὶ ἄδικον ἡγούμενος, οὐδὲ κτείνειν δίκαιον ἐρεῖ, οὐδὲ ψυχὰς ἀφαιρεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν πρός γε τὰ θηρία πόλεμος ἡμῖν ἔμφυτος ἅμα καὶ δίκαιος. τὰ μὲν γὰρ, ἑκόντα ἐπιτίθεται τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ λύκοι καὶ λέοντες· τὰ δ', οὐχ ἑκόντα, ὥσπερ οἱ ὄφεις· πατηθέντες γὰρ ἐνίοτε, δάκνουσιν. καὶ τὰ μὲν, ἀνθρώποις ἐπιτίθεται· τὰ δὲ, τοὺς καρποὺς φθείρει· ὑπὲρ ὧν πάντων μέτιμεν ταῦτα, καὶ τὰ κατάρξαντα θηρία κτείνομεν, καὶ τὰ μὴ κατάρξαντα, ὡς μή τι πρὸς αὐτῶν πάθωμεν. οὐκ ἔστι γὰρ ὅστις ἰδὼν ὄφιν οὐκ ἔκτεινε δυνάμενος· ὡς μήτ' αὐτὸς δηχθείη, μήτ' ἄλλος ἁπλῶς ἄνθρωπος· οὐ γὰρ μόνον ἐστὶ μῖσος κατὰ τῶν κτεινόντων, ἀλλὰ καὶ στοργὴ πρὸς ἀνθρώπους. δικαίως δ' ὄντος τοῦ πρὸς τὰ θηρία πολέμου, πολλῶν ἀπεχόμεθα τῶν

non adhibebant. Homo enim non erat animal crudivorum. Postquam autem ignis usus adinventus esset, non solùm carnibus, sed & aliorum maximâ, penè dixeram, parte eduliorum igne paratis utebar. Quòd autem homo non sit crudivorus ostendunt gentes aliquæ, quæ piscibus vescuntur. Pisces enim torrent: aliqui lapidibus sole calefactis; alii verò in arena. Quòd verò carnivorus sit, hoc ipsum argumento est, nullam scilicet gentem ab animalibus abstinere. Neque hoc Græci pravo & perverso more admiserunt: Barbaris enim eadem est consuetudo.

§ 14. Quisquis autem vetat illa comedere, & hoc iniquum existimat, neque omnino occidere fas esse dicet, vel de vita ea tollere: Attamen nobis insitum est adversùs feras bellum gerere, idque justé. Aliæ enim ex iis sponte homines adoriuntur, ut lupi & leones; aliæ, nonnisi coactæ, ut serpentes; qui quidem conculcati fortè remordere solent. Quinetiam nonnullæ homines ipsos aggrediuntur; aliæ fruges consumunt. Quibus omnibus de causis feras persequimur, & eas quæ bellum incipiunt interficimus, ut & illas, quæ pugnam primæ non capessunt, nè scilicet ab iis mali aliquid patiamur. Nemo enim est qui visum serpentem, si modò poterat, non occiderit: ut nempe neque ipse, nec quisquam omnino alius mordeatur. Non enim solùm odio habemus homicidas feras, sed & humanum genus diligimus, *ideoque ei prospicimus & providemus.* Cùm autem justè contra feras bellum gerimus, à multis tamen abstinemus,

quæ

quæ apud homines placidè agunt. Unde Græci nec canes comedunt, nec equos nec asinos devorant; quasi ejusdem essent * generis (*& ideo eodem modo tractanda*) cicures cum agrestibus. Eodem quoque modo & in avibus se res habet. Porcus verò nulli rei utilis est nisi cibo. Phœnices autem & Judæi ab eo abstinent, quòd omnino in iis locis non nascebatur: Nam & hodie in Æthiopia hoc animal non conspici fama est. Quemadmodum igitur nemo Græcorum vel camelum vel elephantum Diis unquam obtulit, propterea quòd Græcia hæc animalia non alit, sic neque in Cypro aut Phœnicià porcus Diis immolabatur, quia non erat indigena, neq; eum Ægyptii sacrificant eadem de causa. Prorsus verò ab hoc animali abstinere, perinde se habet, ac nolle camelum comedere.

§ 15. Quâ autem ratione ab animantibus temperaret quispiam? An quòd animam nostram vel quòd corpus deterius reddant? Patet sanè neq; alterutrum in causa esse. Ea enim animalia quæ carnibus vescuntur, cùm sint cæteris solertiora, venatica sunt, & hanc exercent artem, quâ efficiunt ut victus sibi suppetat, viresq; & robur acquirant: sic leones, ità lupi. Adeò ut carnium comestio nec animam nec corpus labefactet. Idem etiam patet, tum ex athletis quorum corpora carnium esu vegetiora redduntur; tum ex medicis, qui carnium usu corpora ex ægritudine revocant. Sanam verò non fuisse Pythagoræ opinionem non leve est indicium, quòd nullus ex iis qui sapientiam professi sunt eam amplexus est,

συναναστρεφόντων. ὅθεν οἱ Ἕλληνες οὔτε κυνοφαγοῦσιν, οὔτε ἵππους ἐσθίουσιν, οὔτ' ὄνους μέν τοι ἐσθίουσιν· ὡς ταὐτοῦ γένους τοῖς ἀγρίοις τὸ ἥμερον. ὡσαύτως τε τοὺς ὄρνιθας. οὐδὲ γάρ ἐστι χρήσιμον πρὸς ἄλλό τι ὗς ἢ πρὸς βρῶσιν. Φοίνικες δὲ καὶ Ἰουδαῖοι ἀπείχοντο, ὅτι οὐδ' ὅλως ἐν τοῖς τόποις ἐφύετο· ἐπεὶ οὐδὲ νῦν ἐν Αἰθιοπίᾳ φασὶν ὁρᾶσθαι τὸ ζῷον τοῦτο. ὡς οὖν κάμηλον ἢ ἐλέφαντα Ἑλλήνων οὐδεὶς θεοῖς ἔθυσεν, παρ' ὅσον οὐδ' ἤνεγκεν ἡ Ἑλλὰς ταῦτα ζῷα, οὕτως οὐδ' ἐν Κύπρῳ ἢ Φοινίκῃ θεοῖς προσήχθη τὸ ζῷον τοῦτο, παρ' ὅσον οὐκ ἦν ἐντόπιον, οὐδὲ Αἰγύπτιοι θεοῖς θύουσιν ὗν παρὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. τὸ δ' ὅλως ἀπέχεσθαι τοῦ ζώου τινὰς, ὅμοιόν ἐστιν τῷ μὴ δὴ ἂν ἡμᾶς ἐθελῆσαι καμήλια ἐσθίειν.

§ 15. Διατί δ' ἄν τις καὶ ἀπόσχοιτο τῶν ἐμψύχων; ἆρά γε τὴν ψυχὴν χεῖρω ποιεῖ ἢ τὸ σῶμα; δῆλον δὴ ἐστιν ὡς οὐδ' ἕτερον. τὰ γὰρ σαρκοφαγοῦντα ζῷα, συνετώτερα τῶν ἄλλων, θηρευτικὰ γοῦν ἐστι, καὶ τέχνην ἔχει ταύτην, ἀφ' ἧς περιεῖναι πεποίηται τὸν βίον, ἰσχύντε καὶ ἀλκὴν κέκτηται· ὥσπερ λέοντες καὶ λύκοι. ὥσθ' ἡ κρεωφαγία οὔτε τὴν ψυχὴν, οὔτε τὸ σῶμα λυμαίνεται, δῆλον δ' ἔστι κἀκ τοὺς ἀθλητὰς τὰ σώματα κρείσσω τῇ κρεωφαγίᾳ παρέχειν, κἀκ τῶν ἰατρῶν, οἱ τὰ ἐκ τῆς ἀρρωστίας σώματα ἀναλαμβάνουσι ταῖς κρεωφαγίαις. τοῦ δὲ μὴ ὑγιῶς δοξάσαι τὸν Πυθαγόραν, σημεῖον οὐ μικρὸν τῶν γὰρ σοφῶν ἀνδρῶν οὐδεὶς ἐπείσθη,

οὔτε

ὔτε τῶν ἔναντι ὔτε τῶν ὕστερον γενομένων φυσικῶν· ἀλλ' ὐδ' ὁ σοφώτατος Σωκράτης, ὐδ' οἱ ἀπὸ Σωκράτυς.

fiue feptem illi celebres, fiue qui poftea vixerunt, Phyfici: Quinetiam neque fapientiffimus Socrates, nec qui à Socrate prodierunt.

§ 16. Φέρε δὲ καὶ πειθῶσι πάντες ἄνθρωποι τῷ δόγματι. τίνα τέλος ἡ ἐπιγονὴ τῶν ζώων ἕξει μοῖραν; ἐς μὲν γὰρ ὅσα τίκτει καὶ λαγὼς ὐδένα λανθάνει. πρόσθες δὲ καὶ τἄλλα ζῶα πάνθ' ἁπλῶς. πόθεν ἂν τούτοις ἡ νομή; καὶ τί πείσονται οἱ γεωργοί; καὶ γὰρ φθειρομένων τῶν καρπῶν πρὸς φθείροντας ὐκ ἀποκτενῦσιν [ἀποκλεύσωσιν]. ἡ γῆ τε τὸ πλῆθος ὐκ οἴσει τῶν ζώων. τά τε θνήσκοντα, ἐκ τῆς σηπεδόνος φθορὰν ἐμποιήσει· λοιμῦ τε κατασκήψαντος ὐκ ἔσται καταφυγή. θάλασσα μὲν γὰρ καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι ἰχθύων πεπλήσονται, ὁ δὲ ἀὴρ ὀρνίθων, ἡ δὲ γῆ πλήρης ἑρπετῶν παντοίων.

§ 16. Efto veró: omnes homines huic dogmati obtemperent. Quem tandem exitum habebit animantium fœtura? Quot enim fus & lepus parit, neminem latet. His adjungas cætera omnia animalia. Unde pafcua illis fuppetent? & quantum damni patientur agricolæ? Frugibus enim vaftatis, vaftantes tamen feras non occident. Terra interim ipfam animalium multitudinem non feret: & fi quæ moriantur, putredine aerem corrumpent. Pefte autem ingruente, nullus erit refugii locus. Mare enim & fluvii & paludes avibus implebuntur, aer autem pifcibus: terra deniq; omnigenis reptilibus.

§ 17. Πόσοι δὲ πρὸς θεραπείαν ἐμποδισθήσονται, ἀπεχόμενοι τῶν ζώων· τὸς γῦν τῶν ὄψεων ἀποτυφλωμένυς ὅςιν ἰδεῖν ἔχεως βρώσει τὴν ὅρασιν. Κρατερῦ τοῦ ἰατρῦ οἰκέτης ξένῳ περιπεσὼν νοσήματι, τῆς σαρκὸς ἀποςάσης λαβούσης ἐκ τῶν ὀςῶν, τοῖς μὲν φαρμάκοις ὠφέλητο ὐδέν· ἰχθὺς δὲ τρόπῳ ἔχει σκευασθέντι καὶ βρωθέντι διεσώθη, τῆς σαρκὸς συγκολληθείσης. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ζῶα θεραπεύει προσενεχθέντα, καὶ τῶν ζώων ἐν ἕκαςον μέρος. ἃ δὴ πάντα παραιρεῖται ὁ παραιτύμενος τὰ ἔμψυχα.

§ 17. Quot interim à fanandis morbis impedientur, fi ab animalibus abftineatur? Siquidem oculis captos videre eft viperæ efu vifum recuperâffe. Crateri medici famulus novo morbi genere correptus, carne fcilicet ab offibus difcedente, medicamentis nihil juvabatur. Viperâ verò pifcis in morem paratâ, & devoratâ convaluit, carne cum offibus denuò coalefcente. Multa etiam alia animalia medentur affumpta, ut & fingulæ eorum partes. Quæ omnia adimit, qui animalia rejicit.

§ 18. Εἰ δὲ, ὥς φασι, καὶ τὰ φυτὰ ψυχὴν ἔχει, ὅιος ἂν εἴη ὁ βίος, μήτε ζώων, μήτε φυτῶν ἡμῶν ἀποτεμνόντων; εἰ γὰρ δὲ μὴ ἀσεβεῖ ὁ τὰ φυτὰ καταχόπτων, ὐδ' ὁ τὰ ζῶα.

§ 18 Sin autem (ut aiunt) Plantæ etiam animam habeant, qualis effet vita noftra, fi nec animalia jugulare, nec plantas excindere liceat? Sin verò minimè impi⁹ eft, qui plantas refecat, neq; peccat, qui animalia interficit.

§ 19. Sed

§. 19. Sed dices forsan aliquis non oportere contribules necare: siquidem & animalium animæ ejusdem sint cum nostris essentiæ. At si concedat quis animas sponte se in corpora insinuare, dicat certè id facere rejuvenescendi desiderio: eâ enim ætate omnibus voluptatibus frui conceditur. Quare igitur in hominis naturam rursus se non statim induebant? Si verò sponte suâ, & juventæ amore, & tamen omne genus animalium percurrant, ipsis esset gratissimum, si animalia occiderentur. Ità enim earum reditus citior esset in humanam naturam: corpora verò, etsi comederentur, nullum animis dolorem ingenerarent, utpote à corporibus separatis: ipsæ interim gauderent humanæ naturæ consortio. Adeò ut quantum tristentur, cùm homines deserunt, tantum lætentur, cæterorum animalium corpora relinquentes. Maturior enim ità erit ad hominem regressus, qui omnibus brutis dominatur, ut homini Deus. Causa igitur est satis idonea, cur alia animalia tollamus, quoniam iniquè homines interficiunt. Si verò animæ humanæ sint immortales, brutorum verò mortales, non injustè agimus, si bruta occidamus, quin etiam prosumus, si eorum animæ sint immortales. Necamus enim, ut in humanam naturam redeant.

§. 20. Si verò animalia arcemus, non injurii sumus, sed injuriam tentantia vindicamus. Ità ut si brutorum animæ sint immortales, si ea interficiamus, prosumus: si verò mortales, nil impium perpetramus. Sin illa propulsemus, quomodo non

§. 19. Ἀλλ' οὐ χρῆναι φήσει τις, κτείνειν τὰ ὁμόφυλα, εἴγε ὁμοούσιοι αἱ τῶν ζώων ψυχαὶ ταῖς ἡμετέραις. ἀλλ' εἰ μὲν ἑκούσας τις εἰσκρίνεσθαι τὰς ψυχὰς διδοίη, νεότητος ἕνεκα ἐρασθείσας ἄν τις φαίη εἰσκρίνεσθαι· ἐν γὰρ ταύτῃ πάντων ἀπόλαυσις. διὰ τί δ' οὐκ εἰς ἀνθρώπου πάλιν εἰσεδύοντο φύσιν; εἰ δὲ ἑκούσας μὲν, καὶ νεότητος ἐρασθείσας, διὰ δὲ παντὸς εἴδους ζώων, κεχαρισμένον ἂν εἴη αὐταῖς τὸ ἀναιρεῖσθαι. ἡ γὰρ ἐπάνοδος ταχίων ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον· τά τε σώματα ἐσθιόμενα λύπην οὐκ ἂν ἐμποιοῖ ταῖς ψυχαῖς, ὡς ἂν ἀπηλλαγμέναις αὐτῶν, ἐρῷεν δ' ἂν αὐταὶ εἶναι ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει ψυχαί. ὥσθ' ὅσον ἂν λυποῖντο ἐκλείπουσαι τὸ ἀνθρώπινον, ἐπὶ τοσούτῳ χαίρειν ἀπολείπουσαι τὰ ἄλλα σώματα. ταχίων γὰρ ἡ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπάνοδος· ὃς τῶν ἄλλων διαφέρει πάντων, ὡς ὁ θεὸς ἀνθρώπων. αἰτία τοίνυν ἱκανὴ ἀναιρεῖν τὰ ἄλλα ζῷα, ἐφ' ὅπερ ἀδικεῖ, κτείνοντα τοὺς ἀνθρώπους. εἰ δ' εἰσὶν αἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἀθάνατοι ψυχαί, αἱ δὲ τῶν ἀλόγων θνηταί, οὐκ ἀδικοῦμεν οἱ ἄνθρωποι, τὰ ἄλογα κτείνοντες, ὅσοι γὰρ ὠφελοῦμεν, εἰ γάρ εἰσιν ἀθάνατοι, κτείνοντες. εἰς ἐπάνοδον γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοῦτο δρῶμεν.

§. 20. Εἰ δ' ἀμυνόμεθα, οὐκ ἀδικοῦμεν, ἀλλ' ἀδικοῦντα μετερχόμεθα. ὥστ' εἰ μὲν ἀθάνατοι αἱ ψυχαί, κτείνοντες ὠφελοῦμεν· εἰ δὲ αἱ τῶν ἀλόγων θνηταί, κτείνοντες οὐδὲν ἀσεβὲς πράττομεν. εἰ δὲ καὶ ἀμυνούμεθα, πῶς οὐκ ἐν δί-

κὴ περιττόμενοι, ὄφιν μὲν καὶ σκορπίον, κἂν μὴ ἐπίωσιν ἡμῖν, κτείνομεν· ἵνα μὴ δ' ἄλλος περὶ αὐτὸν τι πάθῃ, τοῦ κοινοῦ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀμυνόμενοι. ἐπιχειροῦντα δὲ * τοῖς ἢ τοῖς [* ἢ τοῖς ζώοις] συνανθρωπεύουσιν, ἢ τοῖς καρποῖς, πῶς οὐκ ἂν δικαίως κτείνοιμεν;

§ 21. Εἰ δ' ἅπαξ ἀδικίαν ταύτην τις ἡγεῖται, μήτε γάλακτι χρῆσθαι, μήτ' ἐρίῳ, μήτε ᾠοῖς, μήτε μέλιτι· ὡς γὰρ ἄνθρωπον ἀδικεῖς, ἀφαιρούμενος τὴν ἐσθῆτα, οὕτως καὶ τὴν οἶν κείρας· ἐσθὴς γὰρ αὕτη τοῦ προβάτου. καὶ τὸ γάλα οὐ σοὶ γέγονεν, ἀλλὰ τοῖς ἀποκυηθεῖσι τέκνοις. ἥ τε μέλισσα ταύτην αὐτῇ τροφὴν συνελέξατο, ἣν ἀφαιρούμενος, ἡδεῖαν σαυτῷ κατεσκεύασας· καὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων λόγον σιωπῶ, ὅτι καὶ τῶν φυτῶν ἀδικοῦμεν ἁπτόμενοι. εἰ δὲ ταῦθ' ἡμῶν χάριν γέγονεν, καὶ ἡ μέλισσα ἡμῖν ἐργαζομένη τὸ μέλι ἐργάζεται, καὶ τὸ ἔριον ἐπιφύεται τῶν προβάτων ἡμῖν κόσμος καὶ ἀλέα.

§ 22. Αὐτοῖς δὲ τοῖς θεοῖς εἰς εὐσέβειαν συντελοῦντες, ζῷα θύομεν· καὶ αὐτῶν, ὁ μὲν Ἀπόλλων, λυκοκτόνος, ἡ δὲ Ἄρτεμις, θηρεκτόνος· ἐπεὶ καὶ οἱ ἡμίθεοι, καὶ οἱ ἥρωες πάντες, καὶ γένει καὶ ἀρετῇ ἡμῶν προὔχοντες, ἐδοκίμασαν τὴν τῶν ἐμψύχων προσφοράν, ὥστε καὶ θεοῖς θύειν δωδεκηίδας, καὶ ἑκατόμβας· ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἔν τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπὶ τούτῳ ὑμνεῖται, ὅτι βουφάγος ἦν.

§ 23. Τὸ δὲ λέγειν ὅτι περιφρονεῖν Πυθαγόρας ἠσφαλίζετο, τῆς ἀλληλοφαγίας ἀπειργόμενος τοὺς ἀνθρώπους, εὐηθές. εἰ μὲν

maximo jure hoc agimus? Serpentem enim & scorpionem, etsi nos non adoriantur, occidimus: in gratiam scilicet totius humani generis, nè qui fortè alius ab iis malè patiatur. At si vel animalia ea, quæ cum hominibu versantur, vel fruges nostras aggrediantur, quomodo non justè perdimus?

21. Quòd si quis hanc injuriam esse existimet, neque lacte utatur, neque lanâ, neque ovis, neque melle. Utì enim hominem injuriâ afficis, si vestem eripias, ità & ovem, si tondeas. Vellus enim est ovis vestimentum. Nec lac tibi, sed parvulis quos peperit, comparatum est. Apis etiam illum sibimet victum collegerat, quem tu auferens tibiipsi dulcetum paras: Ægyptiorum interim sententiã taceo, non sine injustitia scilicet nos plantis uti. Si verò hæcce nostrâ gratiâ comparata sint, & apis nobis famulans mel præparat, & lana ovibus innascitur, ut nobis & teporem conciliet, & ornamentum accedat.

§ 22. Quinetiam cum Diis ipsis ad pietatem conspirantes, animalia mactamus: cùm Apollo lupicida, & Diana fericida cognominetur. Deinde Semidei & Heroes omnes, cùm genere tum virtute nobis præstantiores, ità animalium mactationem comprobârunt, ut Diis fecerint Dodeceïdas & Hecatombas. Hercules autem, utì propter alia, ità etiam ob hoc celebratur, * quòd esset boum voracissimus.

§ 23. Si quis verò affirmaret Pythagoram cavisse, ut quàm longissimè homines depelleret à se invicem manducando, ineptum profectò est. Si

Si enim qui Pythagoræ temporibus vixêre se invicem comedissent, nugax esset, qui homines à cæteris animalibus devorandis abstraheret, ut à se mutuò devorandis eos abstineret: Hâc enim ratione eos magis ad hanc impietatem incitaret, cùm doceret par esse facinus sese invicem comedere, ac suillis & bovillis carnibus repleri: sin verò tunc temporis sese mutuò non comederent, quid opus erat hoc dogmate? Si verò sibi & sodalibus legem posuerit, turpe profectò est illud supponere. Demonstrat enim eos, qui cum Pythagora vixerint, se invicem devorâsse.

γὰρ οἱ κατὰ Πυθαγόραν πάντες ἄνθρωποι ἀλλήλους ἤσθιον, λῆρος ἦν ὁ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀποσπῶν τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα τῆς ἀλληλοφαγίας ἀποστήσῃ· διὰ τοῦτο γὰρ ἔμελλε μᾶλλον αὐτοὺς προτρέψεσθαι, ἀποφαίνων ὡς ἴσον ἐστὶν ἀλλήλους ἐσθίειν καὶ ὑῶν τε καὶ βοῶν σαρκὸς ἐμφορεῖσθαι. εἰ δὲ μὴ ἦσαν ἀλληλοφάγοι τότε, τί ἔδει τούτου δόγματος; εἰ δ' ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἑταίροις τὸν νόμον ἐτίθει, αἰσχρὰ ὑπόθεσις· ἀλληλοφάγους γὰρ ἀποδείκνυσι τοὺς Πυθαγόρᾳ συμβιώσαντας.

24. Porrò longè diversum ab eo, quod ille conjectaverat, eveniet. Si enim ab animalibus abstineamus, non solùm eâ quâ nunc fruimur opulentiâ & deliciis destituemur, sed & arva amittemus, à feris vastata, & tota terra à serpentibus & volatilibus occupabitur: adeò ut arare difficile fiet, & semina confestim ab avibus rapientur, & si quæ ad maturitatem pervenerint, omnia à quadrupedibus absumentur. Tantâ verò inopiâ pressos mortales acerba *invadet* necessitas in seipsos arma vertendi.

§ 24. Τοὐναντίον δὲ * συμβήσεσθαι [* συμβήσεται] ὧν οὗτος ἐστοχάζετο. εἰ γὰρ ἀποστησόμεθα τῶν ἐμψύχων, οὐ μόνον πλούτου τοῦ τοιούτου καὶ ἡδονῆς ἀπολειψόμεθα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρούρας ἀπολοῦμεν, φθειρομένας ὑπὸ τῶν θηρίων· ὑπό τε ὄφεων καταληφθήσεται πᾶσα ἡ γῆ καὶ τῶν πτηνῶν· ὥστε καὶ τοὺς ἀρότους χαλεπῶς γίνεσθαι, καὶ τὰ σπαρέντα εὐθὺς ὑπὸ τῶν ὀρνίθων ἀναλέγεσθαι, καὶ τὰ τελεωθέντα ὑπὸ τῶν τετραπόδων ἅπαντα ἀναλίσκεσθαι. τοσαύτης δὲ ἀπορίας βροτῶν γιγνομένης, ἀνάγκη πικρὰ καταλήψεται ἐπ' ἀλλήλους τραπέσθαι.

§ 4. Quò magis autem luxuriam incursaret, & divitiarum admirationem tolleret, tertium idque insigne invexit institutum, ut cibos scilicet in communi & simul caperent, unà ut cœnarent frequenter, communibus & præscriptis cibis uterentur & opsoniis, domi nè vescerentur in sumptuosis lectis & mensis, de macellariorum & coquorum manibus in tenebris tanquam voraces pecudes sese saginantes, & unà cum moribus corpora in omnem luxuriam & crapulam projecta labefactantes: quibus comites esse solent somni prolixi, balneæ calidæ, multum otium, & quasi quotidiana valetudo. Fuit hoc igitur magnum: verùm majus illud, quòd communi mensâ & frugali victu opes sacrosanctas, imò despectas, ut ait Theophrastus,

stus, & inopes effecerit. Nec enim usus ullus vel fruitio erat, nec verò omnino conspectus aut ostentatio magnifici apparatûs: ubi ad eandem mensam pauper juxta & dives convenirent. Adeò ut vulgatissimum sane illud esset, In Sparta sola Plutum cæcum conspici, ibique jacere, velut picturam, inanimem & immotum. Siquidem non licebat istis præsumptâ domi cœnâ, convivia inire jam expletis, sed accuratè cæteri observabant, quicunque non cum ipsis biberet, neque vesceretur, eúmque ut intemperantem, & ad convictum communem elanguescentem conviciis proscindebant. Convivia autem Phiditia nominabant, vel quòd amicitiam & benevolentiam conciliarent, & ità loco λ reponebant δ, vel quòd ad frugalitatem & parsimoniam assuefacerent. Cœtus autem quinûm-denûm erant, aut aliquanto his plurium aut pauciorum. Singuli convictores farinæ medimnum mensibus singulis afferebant, vini congios octonos, casei libras quinas, ficuum binas libras & dimidiam, & nummi pauxillum opsonii gratiâ conferebant.

φέρειν, καὶ ἀπλούτους ἀποφῆναι τῇ κοινότητι τῶν δείπνων καὶ τῇ περὶ τὴν δίαιταν εὐτελείᾳ. χρήσεως γὰρ οὐκ ἦν οὐδ' ἀπόλαυσις, οὐδ' * ὄψις [* ὄψις] ὅλως, ἢ ἐπίδειξις τῆς * ὅλης [* πολλῆς] παρασκευῆς, ἐπὶ τὸ αὐτὸ δεῖπνον τῷ πένητι τοῦ πλουσίου βαδίζοντος. ὥστε τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον, Ἐν μόνῃ τῇ Σπάρτῃ βλέπεσθαι τυφλὸν ὄντα τὸν Πλοῦτον, καὶ κείμενον, ὥσπερ γραφὴν, ἄψυχον καὶ ἀκίνητον· οὐδὲ γὰρ οἴκοι προδειπνήσαντας ἐξῆν βαδίζειν ἐπὶ τὰ συσσίτια συμπεπληρωμένους, ἀλλ' ἐπιμελῶς οἱ λοιποὶ φυλάττοντες τὸν μὴ πίνοντα, μηδ' ἐσθίοντα μετ' αὐτῶν, ἐλοιδόρουν, ὡς ἀκρατῆ καὶ πρὸς τὴν κοινὴν μαλθακιζόμενον δίαιταν. διὸ καὶ φιδίτια προσηγόρευον ταῦτα· Εἴτε ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπάρχοντα αἴτια, ἀντὶ τοῦ λάμβδα τὸ δέλτα λαμβάνοντες, εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ * συνεθίζοντα. [-θίζοντα.] συνῄεσαν δὲ ἀνὰ πεντεκαίδεκα καὶ * βραχεῖς [* βραχὺ] τούτων ἐλάττους ἢ πλείους. ἔφερε δὲ ἕκαστος κατὰ μῆνα τῶν συσσίτων ἀλφίτων μέδιμνον, οἴνου χόας ὀκτὼ, τυροῦ πέντε μνᾶς, σύκων ἡμιμναῖα πέντε, πρὸς δὲ τούτοις εἰς ὀψωνίαν μικρόν τι καὶ κομιδῇ νομισμάτιον.

§ 5. Meritò igitur, ità frugaliter & sobriè vescentibus illis, pueri ad convivia tanquam ad modestiæ & temperantiæ ludos accedebant, & sermones de republica audiebant, & ingenuos lusus percipiebant, assuescebántq; & ipsi jocari, & dicteria citra scurrilitatem jacere, atque aliorum sine offensa cavilla excipere. Namque

§ 5. Εἰκότως ἄρα οὕτω λιτῶς καὶ σωφρόνως δειπνούντων, καὶ οἱ παῖδες ἐφοίτων εἰς τὰ συσσίτια, ὥσπερ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι, καὶ λόγων ἠκροῶντο πολιτικῶν, καὶ * παιδείας [* παιδιὰς] ἐλευθερίας ἑώρων, αὐτοί τε παίζειν ἐθίζοντο καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενοι μὴ δυσχεραίνειν. σφόδρα γὰρ ἐδόκει καὶ

τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι, σκῶμμα δ' ἀνασχέσθαι, μὴ φέροντα δὲ, ἐξεῖν παραιτησάμενον· καὶ ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο. Τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Λακεδαιμονίων περὶ τὴν δίαιταν λιτότης, καίπερ εἰς πλῆθος νενομοθετημένη. διὸ καὶ ἀνδρειότεροι, καὶ σωφρονέστεροι, καὶ τοῦ *ὀρθοῦ μᾶλλον φροντίζοντες οἱ ἐκ ταύτης τῆς πολιτείας ἀναβαίνοντες παρὰ δέοντα τῶν ἐκ τῶν ἄλλων, διεφθαρμένων καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασι. καὶ δῆλον ὡς τοιαύτῃ πολιτείᾳ οἰκεῖον, τὸ τῆς ἀποχῆς τῆς παντελοῦς, ταῖς δὲ ἀπολελαυσμέναις, τὸ τῆς βρώσεως. μεταβάντι δὲ εἰς τὰ ἄλλα ἔθνη, ὅσα εὐνομίας τε καὶ ἡμερότητος τῆς τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἐπεστράφη, φανερὸν ἔσται, ὡς πρός τε τὴν σωτηρίαν τῶν πόλεων, καὶ τὸ συμφέρον αὐτοῖς, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλὰ γοῦν εἴς τινας τὸ τῆς ἀποχῆς προστέτακτο, εἰ δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως θύοντες τοῖς θεοῖς καὶ θεραπεύοντες ἀπομειλίσσοντο τὰς τῶν πολλῶν ἁμαρτίας. ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὁ *ἀφ' [*ἐφ'] ἑστίας λεγόμενος παῖς, ἀντὶ πάντων τῶν μυουμένων ἀπομειλίσσεται τὸ θεῖον, ἀκριβῶς δρῶν τὰ προστεταγμένα, τοῦτο κατὰ τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις οἱ ἱερεῖς δύνανται ἀντὶ πάντων θύοντες, καὶ τὸ θεῖον προσαγόμενοι διὰ τῆς εὐσεβείας εἰς τὴν σφῶν κηδεμονίαν. τοῖς τοίνυν ἱερεῦσιν, τοῖς μὲν τῶν ζώων πάντων, τοῖς δέ τινων πάντως προστέτακται ἀπέχεσθαι τῆς βορᾶς, εἴτε Ἑλληνικὸν ἔθος σκοποίης, εἴτε βάρβαρον, καὶ μέντοι παρ' ἄλλοις ἄλλων. ὥστε τοὺς πανταχοῦ παραληφθέντας φαίνεσθαι πάντων ἀπεχομέ-

videbatur inprimis Laconicum esse, dicterium sustinere posse. Si quis autem pati non potuit, deprecari licuit, & à facetiis temperabatur. Hujusmodi erat Lacedæmoniorum in victu frugalitas, etsi à lege in vulgi & multitudinis gratiam constituebatur. Quocirca qui ex hac republica prodierant, fortiores, & magis temperati esse, & utilitatẽ publicam magis curare perhibentur, quàm qui ex aliis oriuntur, utpote qui tum animis tum corporibus enervantur. Et satis patet hujusmodi reipublicæ propriam esse abstinentiam, corruptis verò esum animalium competere. Me verò ad alias gentes transeunte, quæ ad æquitatem, mansuetudinem, & pietatem respexerint, satis manifestum erit hanc abstinentiam, si non omnibus, aliquibus saltem in civitatum ipsarum salutem & commodum præcipi solere: præsertim si illarum gratiâ, ut multorum peccata expiarent sacra Diis facerent eósque colerent. Quod enim in Mysteriis puer qui ad aram, vel focum dictus est, pro omnibus initiatis ad Deum placandum facit, ea omnia quæ jubentur accuratè agens, idem etiam in omnibus gentibus & civitatibus efficere valent sacerdotes, cæterorũ gratiâ sacrificantes, & pietate suâ Deum ad eorum curam suscipiendam adducentes. Sacerdotibus igitur aliis quidem omnium, aliis autem quorundam animalium esus interditur, sive Græcorũ, sive barbarorũ mores inspicias, qui tamẽ hac in re pro diversis locis diversi sunt. Adeò ut omnes simul sumpti ab omnibus animalibus abstinuerint,

nuerint, si quis omnes pro uno sumere velit. Si illi igitur qui pro publica salute sacrorum sunt antistites, & quibus propter pietatem res divinæ sunt concreditæ, ab animalibus abstinent, quis ausit abstinentiam, tanquam civitatibus incommodam incusare?

§ 6. Chæremon itaque Stoicus Ægyptiorum sacerdotum, quos ab Ægyptiis pro philosophis etiam reputari ait, ritus explicans, narrat illos locum deligere, in quo sacris operam dare & studium ponere liceat. Adeò ut speculandi cupiditatem excitaret vel in illorum recessibus & ædibus illorum usui dicatis *aliquantulum* versari: quæ illis quidem securitatem præbebant propter Numinis reverentiam, *cujus ministri erant*, ut animalibus nonnullis sacris, sic omni his Philosophis honore habito. Solos verò & solitarios esse ait, & in solennibus solùm conventibus & publicis festis cùm aliis misceri. Alioqui, sacerdotes ab aliis vix aut nè vix quidem adiri poterant. Qui enim illos accedebant, oportuit priùs sese purgare, & a multis abstinere, pro recepto apud Ægyptios sacerdotes more. Qui omni alii occupationi & humanis negotiationibus renunciantes, per totam vitam rerum divinarum contemplationi, & curiosæ Dei voluntatis * inquisitioni sese tradiderunt: per hanc, honorem, & securitatem, & pietatis existimationem sibi consecuti, per contemplationem verò scientiam indagantes, per utraque moribus se assuefaciebant arcanis sanè, & antiquitate dignis. Semper enim Dei cognitioni & afflatui incumbere, extra omnem immodicam cupiditatem

νους, ὥστε τοὺς πάντας ὡς ἕνα ὑπολάβοι. εἰ τοίνυν οἱ τῆς σωτηρίας τῶν πόλεων προεστῶτες, καὶ τὴν εὐσέβειαν αὐτῶν τὴν περὶ τοὺς θεοὺς πεπιστευμένοι, τῶν ζώων ἀπέχονται, πῶς ἄν τις τολμήσειεν, ὡς ἀσύμφορον ταῖς πόλεσι, τὴν ἀποχὴν αἰτιᾶσθαι;

§ 6. Τὰ γοῦν κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους ἱερέας Χαιρήμων ὁ Στωϊκὸς ἀφηγούμενος, οὓς καὶ φιλοσόφους ὑπειλῆφθαί φησι παρ' Αἰγυπτίοις, * ἐξηγεῖται [* του] ὡς τόπον μὲν ἐξελέξαντο ἐμφιλοσοφῆσαι * τὰ ἱερά. πρός τε γὰρ τὴν ὅλην ὄρεξιν τῆς θεωρίας συγγενὲς ἦν παρὰ τοῖς ἐκείνων ἀφιδρύμασι διατρίβειν. παρεῖχέν τε αὐτοῖς ἀσφάλειαν μὲν ἐκ τοῦ θείου σεβασμοῦ, καθάπερ τινὰ ἱερὰ ζῶα, πάντων τιμώντων τοὺς φιλοσόφους. ἠρεμαίους δὲ εἶναι, ἅτε τῆς ἐπιμιξίας κατὰ τὰς πανηγύρεις καὶ τὰς ἑορτὰς συμπλεκομένους μόνον. τὸ δὲ λοιπὸν, σχεδὸν ἀβάτων ὄντων τοῖς ἄλλοις τῶν ἱερῶν· ἁγνεύσαντας γὰρ ἔδει προσιέναι, καὶ πολλῶν ἀποσχομένους, καὶ τοῦτο, ὥσπερ κοινὸς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν θεσμός ἐστιν. ἀπειπάμενοι δὲ πᾶσαν τὴν ἄλλην ἐργασίαν, καὶ πόρους ἀνθρωπίνους, ἀπέδοσαν ὅλον τὸν βίον τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ καὶ * θεάσει· [* θειάσει.] διὰ μὲν ταύτης τό, τε τίμιον καὶ ἀσφαλὲς καὶ εὐσεβὲς πορίζομενοι, διὰ δὲ τῆς θεωρίας, τὴν ἐπιστήμην· δι' ἀμφοῖν δὲ ἄσκησιν ἠθῶν κεκρυμμένην τινὰ καὶ ἀρχαιοπρεπῆ. τὸ γὰρ ἀεὶ συνεῖναι τῇ θείᾳ γνώσει καὶ ἐπιπνοίᾳ, πάσης μὲν ἔξω τίθησι πλεονεξίας, καταστέλλει δὲ τὰ

πάθη, διεγείρει δὲ πρὸς σύνεσιν τὸν βίον. λιτότητα δὲ ἐπετήδευσαν καὶ καταστολὴν, ἐγκράτειάν τε καὶ καρτερίαν, τό, τε ἐν πᾶσι δίκαιον καὶ ἀπλεονέκτητον. σεμνοὺς δὲ αὐτοὺς παρεῖχε καὶ τὸ δυσεπίμικτον. ὅ γε παρὰ μὲν αὐτὸν τὸν λεγόμενον ἁγνειῶν τὸν καιρὸν, οὐδὲ τοῖς συγγενεστάτοις καὶ ὁμοφύλοις ἐπεμίγνυντο σχεδὸν, οὐδὲ ἄλλον τινα θεωρούμενοι, ὅτι μὴ πρὸς τὰς ἀναγκαίας συναγνεύουσι χρείας, ἢ ἀγνευτήρια τοῖς μὴ καθαρεύουσιν ἄδυτα καὶ καὶ πρὸς ἱερουργίας ἅγια κατανεμόμενοι. τὸν δὲ ἄλλον χρόνον, ἀπολυτέρον μὲν τοῖς ὁμοίοις ἐπεμίγνυντο· τῶν δὲ ἐξωτικῶν τῆς θρησκείας οὐδενὶ συνεβίουν· ἐφαίνοντο δὲ ἀεὶ θεῶν, ἢ ἀγαλμάτων ἐγγὺς, ἤτοι φέροντες, ἢ προηγούμενοι, καὶ τάσσοντες μετὰ κόσμου τε καὶ σεμνότητος· ὧν ἕκαστον οὐ τύφος ἦν, ἀλλά τινος ἔνδειξις φυσικοῦ λόγου. τὸ δὲ σεμνὸν κἀκ τοῦ καταστήματος ἑωρᾶτο. πορεία τε γὰρ ἦν εὔτακτος, καὶ βλέμμα καθεστηκὸς ἐπετηδεύετο, ὡς ὅτε βουληθεῖεν μὴ σκαρδαμύττειν. γέλως δὲ σπάνιος, εἰ δέ που γένοιτο, μέχρι μειδιάσεως. ἀεὶ δὲ ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες. καὶ σύμβολόν γε ἦν ἑκάστῳ τῆς τάξεως ἐμφανιστικὸν, ἣν ἔλαχεν ἐν τοῖς ἱεροῖς· πλείους γὰρ ἦσαν αἱ τάξεις. δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφελής. οἴνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο, νεύρων αἰτιώμενοι βλάβας, καὶ πληρώσεις κεφαλῆς, ἐμπόδιον οἷς * εὑρέσιν· ἀφροδίσιον τε ἐρεθιστὴν αὐτὸν ὀρέξεις

hominem ponit, passiones animi compescit, & ad veram intelligentiam excitat. Victûs autem tenuitatem colebant, & in amictu frugalitatem, temperantiam etiam & tolerantiam, in omnibus itidem justitiam & æquitatem *tuebantur*. Eos autem venerandos effecit vitæ solitudo. Hi enim in ipso purificationum quas vocant tempore, nè propinquissimis quidem & ordinis sui sociis ferè permiscebantur, nec ex iis quenquã videbant, nisi qui unà secum in isto puritatis exercitio propter necessarios usus versabãtur, sed sacraria puritati operam non dantibus noquaquã adeunda, & sacrorum celebrationi destinata habitabant: reliquo verò tempore cum sui similibus liberiùs versabantur. nemini verò ab eorum cæremoniis alieno convivebant. Semper autem conspiciebantur inter Deorũ simulachra versantes, vel ea scilicet gestantes, vel iis *in pompa circumlatis* præcedentes, eáque ordine decoro & cum gravitate disponentes. In quibus omnibus non fastum indicabant, sed ea faciebant, quæ naturalem aliquam rationem continerent. Quinetiam ex habitu eorum gravitas elucebat. Incessus enim erat æquabilis, & aspectus stabilis, ità ut quandocunque vellent non connivèrent: risus autem rarus, & si fortè suboriretur, non nisi subridebant. Manus autem semper intra vestem continebant. Porrò unicuiq; symbolum aliquod erat ejus ordinis, quem in sacris sortitus esset, insigne. Multi enim erant *sacerdotum* ordines. Victus etiam illis erat tenuis & simplex. Vinum enim alii omnino non bibebant, alii parcissimè degustabant, quòd illud nervos lædere, caput gravare, rerum inventioni impedimentum, & Veneris incitamentũ esse affirmarent.

sent. A [illegible] aliis itidem cavebant, pane in puritatis exercitiis neutiquam utentes, & si his non vacarent, cum tamen minutim concisum cum hyssopo comedebant. Hyssopum enim aiebant multum de panis virtute detrahere. Oleo autem maxima ex parte abstinebant, plurimi etiam in totum, & si quando cum oleribus *misto* uterentur, pauxillum tamen, & quantum *herbarum* gustui mitigando sufficeret, adhibebant.

§ 7. Interim ciborum & potionum quæ aliunde ad Ægyptum advehebantur nè quidem quicquam gustare fas erat: quà ratione magnus aliter luxui patens locus occludebatur. ex iis verò quæ Ægyptus ipsa protulit piscibus cunctis abstinebant, & quadrupedibus quotquot solidas aut multifidas haberent ungulas, aut cornutæ non essent, & volucribus omnibus, quæ carnes devorarent: multi autem universis animalibus prorsus abstinebant, & cùm se puros redderent, omnes: tunc enim nè ovum quidem edebant. Et profectò alia etiam sine eorum tamen falsâ calumniatione recusabant, boves scilicet fœminas, & marium quotquot gemelli, aut nævo aliquo aspersi, aut maculosi, aut formâ immutati, aut jam domiti erant, (quippe qui laboribus jam consecrati videbantur) vel qui Deorum ques colebant simulachris similes essent, eorúmque adumbrationem aliquam haberent, quique altero oculo privati, aut denique qui ad humanam similitudinem accederent. Infinitæ autem hujusmodi observationes de eorum etiam arte qui * vitulos signant, eò tandem progressæ sunt, ut de iis libri conscribantur. Curiosius verò

ἐπιφέρειν. ταύτῃ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβῶς εἶχον· ἄρτους μὲν γὰρ ὅλως ἐν ταῖς ἁγνείαις παρῃτοῦντο, εἰ δέ ποτε μὴ ἁγνεύοιεν, σὺν ὑσσώπῳ κόπτοντες ἤσθιον· τὸ πολὺ γὰρ αὐτοῦ τῆς δυνάμεως καθαιρεῖν ἔφασαν τὸν ὕσσωπον· ἐλαίου δ' ἀπείχοντο μὲν ὡς τὸ πολύ, οἱ πλεῖστοι δὲ, καὶ παντελῶς, εἰ δέ που μετὰ λαχάνων χρήσαιντο, παντελῶς ὀλίγῳ, καὶ ὅσον παρηγορῆσαι τὴν αἴσθησιν.

§ 7. Τῶν μὲν οὖν ἐκτὸς Αἰγύπτου γιγνομένων βρωμάτων τε καὶ ποτῶν οὐ θέμις ἦν ἅπτεσθαι· πολὺς τις οὕτως τρυφῆς ἀπεκέκλειστο τρόπος. τῶν δὲ κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον, ἰχθύων τε ἀπείχοντο πάντων, καὶ τετραπόδων, ὅσα μώνυχα ἢ πολυσχιδῆ ἢ μὴ κερασφόρα· πτηνῶν δὲ, ὅσα σαρκοφάγα· πολλοὶ δὲ καθάπαξ τῶν ἐμψύχων· καὶ ἔν γε ταῖς ἁγνείαις ἅπαντες, ὁπότε μηδ' ᾠὸν προσίεντο. καὶ μέντοι καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἀσυκοφάντητον ἐποιοῦντο παραίτησιν· οἷον τῶν βοῶν τὰς θηλείας παρῃτοῦντο, τῶν δ' ἀρρένων ὅσα δίδυμα, ἢ κατάστικτα, ἢ ἑτερόχροα, ἢ παραλλάσσοντα τῇ μορφῇ, ἢ δεδαμασμένα (ὡς ἤδη καθωσιωμένα τοῖς πόνοις) καὶ * τιμωμένοις ἐμφερῆ, ἢ καθ' ὁτιοῦν οἷον ἀπεικασμὸν * ἐξείη, ἢ ἑτερόφθαλμα, ἢ πρὸς ἀνθρωπείαν ἐμφέρειαν νεύοντα. μυρίαι δ' ἄλλαι παρατηρήσεις, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ τέχνης τῶν καλουμένων μοσχοσφραγιστῶν, ἄχρι συντάξεων προάγοντα βιβλιακῶν. περιεργότερον δ' ἔτι περὶ

τὰ

τὰ πτηνά, ἀλλὰ τρυγόνα μὴ ἐσθίειν· ἱέρακα γάρ, ἔφασαν, πολλάκις τὸ ζῷον συλλαβόντα ἀφιέναι, μισθὸν ἀποδιδόντα μίξεως σωτηρίαν. ὡς οὖν μὴ λάθοιεν τοιούτῳ περιπεσόντες, ἅπαν αὐτῶν ἐξεκλίναντο τὸ γένος. κοιναὶ μὲν δὴ θρησκεῖαι τινες αὗται, κατὰ γένη δὲ τῶν ἱερέων διάφοροι, καὶ οἰκεῖαι καθ' ἕκαστον θεόν. αἱ δὲ ἁγνεῖαι* πάντων [* πάντως] ἐκαθάρευον· ὁ δὲ χρόνος οὗτος, ὁπότε συντελεῖν τι τῶν περὶ τὴν ἱερὰν μέλλοιεν θρησκείαν, προελάμβανον ἡμερῶν ἀριθμόν, οἱ μὲν δυοῖν [δύο] καὶ τετταράκοντα, οἱ δὲ τούτων πλείους, οἱ δὲ ἐλάσσους, οὐδέ ποτε μέντοι τῶν ἑπτὰ λειπομένας, παντὸς μὲν ἐμψύχου ἀπείχοντο, παντὸς δὲ λαχάνου τε καὶ ὀσπρίου, περὶ δὲ πάντων, ἀφροδισίων [καὶ] ὁμιλίας γυναικείας· ἄρρενος μὲν γὰρ οὐδὲ τὸν ἄλλον χρόνον μετεῖχον. τρὶς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ, ἀπό τε κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίστου, καὶ πρὸς ὕπνον· εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ὀνειρώττειν, παραχρῆμα ἀπεκάθαιρον * [*αιρεν] λουτρῷ μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν ἄλλον ἐχρῶντο βίον, οὐ μὴν οὕτωσι πλεονάζον. [άζοντι.] Κοίτη δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν * σπαδίκων τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βαΐς, ἐπέπλεκτο. ξύλινον δὲ ἡμικυλίνδριον εὖ λελεασμένον ὑπόθημα τῆς κεφαλῆς· ἤσκουν δὲ δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ ὀλιγοσιτίαν παρὰ πάντα τὸν βίον.

§ 8. Μαρτυρία δ' αὐτῶν τῆς ἐγκρατείας, ὅτι μήτε περιπάτοις ἢ ἐώραις [vel αἰώραις]

est istud quod in volucribus cavent, nè scilicet turturem comedant. Accipitrem enim aiunt istam avem sæpe corripere, eámque rursus dimittere, & quasi præmium coitûs, *quem à turture extorquet*, vitam servare. Nè igitur incauti in hujusmodi turturem inciderent, omne illud avium genus devitant. Et istæ quidem sunt communes omnibus cæremoniæ, quibus se puros reddant, variæ autem sunt & particulares res singulis sacerdotum generibus, & Deo etiam unicuique propriæ. ubique autem & semper *istiusmodi abstinentiâ à rebus* vetitis puros se reddebant: Cùm verò tempus instaret, quando sacrum aliquem cultum *& solemnem* celebraturi erant, aliquot dies in se præparandis insumebant, nonnulli per quadraginta duos, alii per plures, nonnulli per pauciores, nunquam verò infra septem dies animalibus, omnibus abstinentes, ab omni etiam olere & legumine, sed præsertim à mulierum consuetudine; masculâ enim Venere nullo vitæ tempore utebantur. Ter unoquoque die se frigidâ abluebant, à lecto, ante prandium, & cùm ad dormiendum se conferebant. Et si fortè in somnis pollucrentur, statim corpus lavacro purgabant. Frigidâ quidem aliis temporibus utebantur, sed non tam crebró. Lectus illis erat, ex palmæ ramulis quos Baiis vocant contextus. Ligneus verò semicylindrus bene lævigatus pro cervicali ponebatur. Ad sitim verò & famem, & parcum victum per totam vitam exercebantur.

§ 8. Illorum autem temperantiæ indicium est quòd etsi neque ambulatione neque gestatione uterentur,

tur, sine morbis tamen vixerunt, & moderatè quidem sed firmè robusti. Multa siquidem in sacris faciendis sustinuerunt onera, & multa ministeria obiêrunt communibus hominum viribus majora. Noctem autem divisêrunt ad cœlestium observationem, & aliquando ad se puros faciendos: diem autem Deorum cultui destinârunt, quotidie ter aut quater, manè scilicet & vesperì, sole medium cœlum tenente, & ad occasum descendente eos hymnis prosequentes: reliquum tempus in speculationibus Arithmeticis & Geometricis occupati erant, semper aliquid elaborantes, & adinvenientes, & ut omnia complectar, in rerum exploratione toti versati. Noctibus etiam hybernis eidem rei dabant operam, literarum studiis invigilantes, utpote qui de rebus parandis non sunt soliciti, & ab improbo luxuriæ dominio liberati sunt. Eorum igitur labor indefessus & assiduus, tolerantiam arguit: & quòd nihil concupiscant, eorum indicat continentiam. Quinetiam pro re improbissimâ habuerunt ex Ægypto navigare, ab exterorum luxu & moribus maximè sibi caventes; & idcirco *patriam egredi* illis solis licere existimabant, qui regiis necessitatibus ad id adacti erant. Illis autẽ multus erat sermo de patriis moribus retinendis, & si qui vel in minimis leges transiliisse judicarentur, à sacerdotum collegio expellebantur. Et sanè vera philosophandi ratio inter vates, & sacrorum antistites, quiq; rerum sacrarum scribebant commentarios & diaria conficiebant, locum habuit: cætera sacerdotũ, *pastophororum, ædi-

χρώμενοι, διῆγον ἄνοσοι, καὶ πρὸς μετρίαν ἰσχὺν εὔτονοι. πολλὰ γοῦν κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰσχύος μείζω. διῄρουν δὲ, νύκτα μὲν εἰς ἐπιτήρησιν οὐρανίων, ἐνίοτε δὲ καὶ ἁγιστείας, ἡμέραν δὲ εἰς θεραπείαν τῶν θεῶν, καθ' ἣν ἢ τρεὶς ἢ τετράκις, κατὰ τὴν ἕω, καὶ τὴν ἑσπέραν, μεσουρανοῦντά τε τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς δύσιν καταφερόμενον, τούτους ὑμνοῦντες [ὕμνουν·] τὸν δὲ ἄλλον χρόνον πρὸς θεωρήμασιν ἦσαν ἀριθμητικοῖς τε καὶ γεωμετρικοῖς, ἐκπονοῦντες ἀεί τι, καὶ προσεξευρίσκοντες, συνόλως τε περὶ τὴν ἐμπειρίαν καταγιγνόμενοι. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν ταῖς χειμερίοις ἐπετήδευον νυξὶ, φιλολογίᾳ προσαγρυπνοῦντες, ἅτε μήτε πορισμοῦ ποιούμενοι φροντίδα, διά τε τοῦ κακοῦ τῆς πολυτελείας ἐλευθεριάζοντες. ὁ μὲν δὴ πόνος ὁ ἄτρυτός τε καὶ διηνεκὴς καρτερίαν ἀπομαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι, τὸ δὲ ἀνεπιθύμητον, ἐγκράτειαν. ὅτι γε ἐν τοῖς ἀσεβεστάτοις ἐτίθεντο πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου, διευλαβούμενοι ξενικὰς τρυφὰς καὶ ἐπιτηδεύματα· μόνοις γὰρ ὅσιον ἐδόκει τοῖς κατὰ τὰς βασιλικὰς χρείας ἠναγκασμένοις. πολὺς δὲ καὶ τούτοις ἦν λόγος ἐμμένειν [περὶ τοῦ ἐμμένειν] τοῖς πατρίοις· μικρὰ δ' εἰ καταγνωσθεῖεν παραβαίνοντες, ἀπηλαύνοντο. καὶ τὸ μὲν κατ' ἀλήθειαν φιλοσοφοῦν ἔν τε τοῖς προφήταις ἦν, καὶ * ἱεροστολισταῖς, καὶ ἱερογραμματεῦσιν, ἔτι δὲ * ὡρολόγοις.

τὸ δὲ λοιπὸν τῶν ἱερέων τε, καὶ * παστοφόρων καὶ νεωκόρων πλῆθος

καὶ

καὶ ὑπουργῶν τοῖς θεοῖς, καθαρεύει μὲν ὁμοίως, οὔτι γε μὴν μετ' ἀκριβείας, καὶ ἐγκρατείας τοσῆσδε. τοιαῦτα μὲν τὰ κατ' Αἰγυπτίους ὑπ' ἀνδρὸς φιλαλήθους τε καὶ ἀκριβοῦς, ἔν τε τοῖς Στωϊκοῖς πραγματικώτατα φιλοσοφήσαντος μεμαρτυρημένα.

§ 9. Ἀπὸ δὲ ταύτης ὁρμώμενοι τῆς ἀσκήσεως, καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον οἰκειώσεως, ἔγνωσαν, ὡς οὐ δι' ἀνθρώπου μόνου τὸ θεῖον διῆλθεν, οὔτε ψυχὴ ἐν μόνῳ ἀνθρώπῳ ἐπὶ γῆς κατεσκήνωσεν, ἀλλὰ σχεδὸν ἡ αὐτὴ διὰ πάντων διῆλθε τῶν ζώων. διὸ εἰς τὴν θεοποιΐαν παρέλαβον πᾶν ζῶον, καὶ ὁμοίως ποτὲ ἀνέμιξαν * θηρία [* θηρίων] καὶ ἀνθρώπων, καὶ πάλιν ὀρνέων σώματα καὶ ἀνθρώπων. εἴκασται γὰρ παρ' αὐτοῖς τις μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδής, τὸ δὲ πρόσωπον ὄρνεος, ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κεκτημένος· καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀνθρώπου, καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη τὰ μὲν ὑποκείμενα, τὰ δὲ ἐπικείμενα· δι' ὧν δηλοῦσιν ὅτι κατὰ γνώμην θεῶν καὶ ταῦτα ἀλλήλοις κοινωνεῖ, καὶ σύντροφα ἡμῖν καὶ τιθασά ἐστι τῶν θηρίων τὰ ἄγρια οὐκ ἄνευ τινὸς θείας βουλήσεως. ὅθεν καὶ ὁ λέων ὡς θεὸς θρησκεύεται, καὶ μέρος τι τῆς Αἰγύπτου, ὃ καλοῦσι νομόν, ἐπώνυμον ἔχει Λεοντοπολίτην, ἄλλο δὲ Βουσιρίτην, ἄλλο Λυκοπολίτην. τὴν γὰρ ἐπὶ πάντα δύναμιν τοῦ θεοῦ, διὰ τῶν συννόμων ζώων, ὧν * ἕκαστος τῶν θεῶν [* ἕκαστον τὸν θεὸν] παρέσχεν, ἐθρήσκευσαν. ὕδωρ καὶ πῦρ σέβοντες μάλιστα τῶν στοιχείων, ὡς

tuorum, & Diis ſubminiſtrantium turba, puritati item ſtudet, ſed non tam exactè, non tanta cum continentia. Hæc de Ægyptiis perhibentur, à viro tum veritatis amante, tum accuratæ diligentiæ, quique in Stoica philoſophia eſt exercitatiſſimus.

§ 9. *Sacerdotes autem Ægyptii* ab hoc puritatis & Dei ſibi conciliandi ſtudio progreſſi, non ſolùm homines Numen pervadere, neque animam in homine ſolo hic habitare, ſed omnia ſubire animalia ſtatuerunt. Quocirca in Deorum faciendis ſimulachris omnia animalia adhibuerunt, & nonnunquam ferarum & avium hominis corpora conjunxerunt. Apud eos enim Deus aliquis ad collum uſque formâ humanâ effingebatur, facies autem illi avis alicujus, vel leonis, vel alterius animalis aptabatur: & rurſus alius caput humanum habuit, cæteras autem partes aliorum animalium, in aliis ſcilicet inferiores, in aliis verò ſuperiores. Per quæ oſtendunt etiam ex Deorum ſententia homines & beſtias aliqua habere communia, neque ſine divina voluntate ex agreſtibus factas eſſe cicures, & unà nobiſcum educari. Unde leo tanquam Deus colitur, & pars quædam Ægypti, quam Nomon vocant, Leontopolitis cognominatur, alia Buſiritis, alia Lycopolitis. Virtutem enim Divinam ſuper omnia eminentem colebant ſub eorum animalium ſpecie, quæ illa provincia aluit, itáque ſingula Deos ſingulos exhibuerunt. Inter elementa ignem & aquam maximè venerabantur, ut

quæ

quæ nostræ salutis præcipuæ sint causæ. Hoc autem in templis ostendebant. Ubi etiamnum, cùm Serapidis sacrarium aperitur, cultus igne & aquâ absolvitur. Hymnorum enim decantator aquam libat & ignem ostendit, cùm in * via erectus patriâ Ægyptiorum voce Deum suscitat. Hæc igitur venerati, ea quæ istorum plurima participabant maximè colebant, quippe quæ de natura eorum quæ sancta essent plurimùm traherent. Post hæc verò omnia animalia, & hominem etiam in Anubi vico colebant, ubi etiam illi sacra fiunt, & sacrificia in ejus honorem super altaribus adolentur. Ità quæ ille paulò pòst comederet, hæc illi utpote homini parabantur. Ut ab homine igitur abstinendum est, ità à cæteris. Quinetiam ex egregia sapientiâ, & ex assidua sua cum rebus divinis consuetudine deprehenderunt quænam animalia præ hominibus Diis chara sunt. Sic Soli accipitrem *gratum esse voluerunt*, quia tota ejus natura ex * sanguine & spiritu constat: miseretur etiam hominem, eúmq; mortuum deflet: & oculis ejus terram leviter superinjicit, in quibus lumen * solare residere crediderunt. Deprehenderunt etiã accipitrem per plures annos vivere: mortuum verò * vim habere divinatricem, & sapientissimum esse, & futurorum scientissimum à corpore solutum, simulachra etiam * animare, & templa movere. Rudis quidem & rerum divinarum imperitus scarabæum certè abominaretur, Ægyptii autem coluerunt, ut vivam solis imaginem. Scarabæus enim omnis masculus est, & geni-

ταῦτα αἴτια τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ ταῦτα διαφαίνοντες ἐν τοῖς ἱεροῖς ὥς που ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος, ὁπηνίκα ἀνεστὼς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῇ πατρίῳ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ, ἐγείρει τὸν θεόν. ταῦτ' οὖν σέβοντες, τὰ μέτοχα καὶ μάλιστα πλειόνων τούτων ἐσέβοντο, ὡς ἐπὶ πλέον τῶν ἱερῶν μετέχοντα. μετὰ ταῦτα δὲ πάντα τὰ ζῶα, ἔτι καὶ ἄνθρωπον σέβουσιν κατὰ Ἄνουβιν κώμην, ἐν ᾗ καὶ τούτῳ θύεται, καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν τὰ ἱερεῖα καίεται. ὃ [ἃ] δὴ μετ' ὀλίγον φάγοιεν, τὰ δὴ καὶ αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκεύασαν· ὡς οὖν ἀνθρώπου ἀφεκτέον, οὕτω καὶ τῶν ἄλλων. ἔτι δ' ἐκ περιττῆς σοφίας καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον συνουσίας κατέλαβον τινὰ τῶν θεῶν προσφιλῆ τῶν ζώων τινὰ μᾶλλον * ἀνθρώπων· ὡς ἡλίῳ ἱέρακα, σύμπασαν μὲν τὴν φύσιν ἐξ αἵματος ἔχοντα καὶ πνεύματος, οἰκτείροντα δὲ καὶ ἄνθρωπον, καὶ κωκύοντα ἐπὶ νεκρῷ κειμένῳ, γῆν τε ἐπαμώμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πιστεύουσι φῶς, καὶ ζῆν μὲν ἐπὶ πλείονα ἔτη κατειληφότες, μετὰ δὲ τὸν βίον, ἰσχὺν ἔχειν μαντικὴν, καὶ εἶναι λογικώτατον ἀπολυθέντα τοῦ σώματος καὶ προγνωστικώτατον, τελεῖν τε ἀγάλματα καὶ ναοὺς κινεῖν. κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς βδελυχθείη ἄν, ἀγνοῶν τῶν ὑπάρχων τῶν θείων· Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέβοντο, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον. κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄῤῥην, καὶ ἀφιεὶς

ἀφεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ τοῖς ὀπισθίοις ἀντιπεριφέρει ποσὶν, ὡς ἥλιος οὐρανόν. καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται εἰκοσιοκτὼ, σεληνιακήν· οὕτως δὲ καὶ περὶ κριοῦ τι φιλοσοφοῦσιν, καὶ ἄλλο τι περὶ κροκοδείλου, περὶ τε γυπὸς, καὶ * ὕβεως [* ἴβεως] καὶ ὅλως καθ᾽ ἕκαστον τῶν ζώων. ὥσπερ ἐκ φρονήσεως καὶ τῆς ἄγαν θεοσοφίας ἐπὶ τὸ σέβας ἐλθεῖν καὶ τῶν ζώων· ἀμαθὴς δὲ ἄνθρωπος οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ὑπώπτευσεν, ὅπως οὐ τῇ κοινῇ φορᾷ καὶ μηδὲν γιγνωσκούσῃ παρηνέχθησαν, δηλονότι καὶ αὐτοὶ δι᾽ ἀμαθίας ὁδεύσαντες, ὑπερβάντες δὲ τὴν τῶν πολλῶν * ἀγνείαν [* ἄγνοιαν,] ᾗ προσέπταισε πᾶς ἐντυγχάνει, τὰ τοῖς πολλοῖς οὐδενὸς ἄξια αὐτοὶ εἰς σέβας κατηξίωσαν.

§ 10. Προσῆγον δὲ αὐτοῖς οὐχ ἧττον τῶν εἰρημένων, κἀκεῖνο εἰς πίστιν τοῦ σεβάσματος * καὶ [* εἰς] τὰ ζῶα· τὴν γὰρ ψυχὴν ἀπολυθεῖσαν τοῦ σώματος κατέλαβον παντὸς ζώου λογικήν τε οὖσαν, καὶ * προγνωστικὴν τοῦ μέλλοντος, καὶ χρηματιστικὴν, δραστικήν τε πάντων, ὧν καὶ ἄνθρωπος ἀπολυθείς. διὸ εἰκότως ἐτίμησαν, καὶ, ὡς οἷόν τε ἐστιν, ἀπέσχοντο αὐτῶν. πολλοῦ δὲ ὄντος λόγου δι᾽ ἣν αἰτίαν διὰ τῶν ζώων οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς θεοὺς ἐσέφθησαν, καὶ μείζονος τῆς παρούσης πραγματείας, ἀρκεῖ τὰ δεδηλωμένα περὶ αὐτῶν. ἐκεῖνο μέντοι οὐ παραπεμπτέον, ὅτι τοὺς ἀποθανόντας τῶν εὖ γεγονότων ὅταν ταριχεύωσιν, ἰδίᾳ τὴν κοιλίαν ἐξελόντες, καὶ εἰς κιβωτὸν ἐνθέντες, μετὰ τῶν ἄλ-

turam in cœno emittens, id sphæricum efficit, & pedibus aversis in orbem sed motu suæ faciei obverso gyrat, ut sol cœli respectu circumrotatur. Ità viginti octo dies expectat, periodum scilicet lunarem. Eodem modo de ariete aliquid, aliud de crocodilo, de vulture, & Ibi, & in universum de omnibus animalibus nonnulla philosophantur. Adeò ut sapientiâ, & magnâ rerum divinarum cognitione ad animalia colendâ tandem devenerint. Homo verò indoctus neque hoc suspicatus fuerit, quâ ratione scilicet isti cum vulgo imperito non abrepti fuerint, nec communi ignorantiæ semitæ institerint, sed plebis inscitiam, cui quisque primùm incidit, supergressi, ea quæ plerisque nullo sunt in pretio in cultûs partem admitterent.

§ 10. Hoc verò non minùs quàm supradicta illis fidem fecit, animalia etiam colenda esse: deprehenderant scilicet omnium animalium animas corpore solutas ratione esse præditas, & futuri præscias, & vaticinari, & ea omnia agere posse, quæ homo corpore exutus. Ideò meritò ea in honore habuerunt, & quantùm fieri potest iis abstinuerunt. Cùm verò causa propter quam Ægyptii Deos per animalia coluerint multâ eget disquisitione, & majore quàm præsentis operis ratio permittet, sufficiant quæ de illis jamjam fuerunt patefacta. Quanquam illud non est prætereundum, quòd cùm nobiles jam defunctos condiant, privatim ventrem eximunt, & in arca repo-

nunt :

nunt: deinde inter alia quæ in mortui gratiam faciunt, arcam ad solem attollentes, eum testem invocant, uno ex libitinariis pro mortuo orationem habente. Est autem oratio quam Euphantus ex Ægyptiaca linguâ interpretatus est, hujusmodi: *Sol omnibus imperans, vosque Dii universi, qui vitam hominibus largimini, me accipite, & Diis contubernalem futurum tradite. Ego enim Deos quos mihi parentes commonstrârunt, semper piè colui, quamdiu in hoc seculo vixi, quiq; corpus meum genuerunt semper honoravi: nec aliorum hominum quempiam occîdi, nec ab iis depositum eripui, nec aliud quidpiam inexpiabile malum admisi. Si verò dum vivebam, aliquid quod fas non erat vel edendo vel bibendo perpetravi, non per me peccavi sed per ista:* arcam digito ostendens in qua venter positus erat. Atque hæc locutus, in fluvium eam conjicit, reliquum autem corpus tanquam purum condit. Ità excusatione apud Deum opus habere rati sunt ea, quæ cibo & potu peccaverant, & propter hæc protervè fecerant.

λων, ὧν διαπράττονται ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ, καὶ τὴν κιβωτὸν κρατοῦντες πρὸς τὸν ἥλιον μαρτύρονται, ἑνὸς τῶν ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ ποιουμένου λόγον τῶν ταριχευτῶν. ἔστι δὲ καὶ ὁ λόγος, ὃν ἑρμήνευσεν Εὔφαντος ἐκ τῆς πατρίου διαλέκτου, τοιοῦτος. Ὦ δέσποτα ἥλιε, καὶ θεοὶ πάντες, οἱ τὴν ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις δόντες, προσδέξασθέ με, καὶ παράδοτε τοῖς ἀϊδίοις θεοῖς σύνοικον. * ἐγὼ γὰρ τοὺς θεοὺς, οὓς οἱ γονεῖς μοι παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλουν, ὅσον χρόνον ἐν τῷ ἐκείνῳ αἰῶνι τὸν βίον εἶχον, τούς τε τὸ σῶμά μου γεννήσαντας ἐτίμων ἀεί· τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὔτε ἀπέκτεινα, οὔτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνήκεστον διεπραξάμην. εἰ δέ τι ἄρα κατὰ τὸν ἐμαυτοῦ βίον ἥμαρτον, ἢ φαγὼν, ἢ πιὼν, ὧν μὴ θεμιτὸν ἦν, οὐ δι' ἐμαυτὸν ἥμαρτον, ἀλλὰ διὰ ταῦτα, δείξας τὴν κιβωτὸν, ἐν ᾗ ἡ γαστὴρ ἦν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, εἰς τὸν ποταμὸν ἀφίησι. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὡς καθαρὸν, ταριχεύει. * οὕτως ἀπολογίας δεῖν ᾠήθησαν πρὸς τὸ θεῖον ὑπὲρ ὧν ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ διὰ ταῦτα ὕβριζον*. [*σαν.]

§ 11. Ex iis autem qui nobis noti sunt, Judæi, priusquam sub Antiocho primùm maximam legum violationem passi sunt, & postea sub Romanis, quando etiam templum Hierosolymitanum captum est, & omnibus qui priùs adire non poterant pervium factum, ipsáque urbs eversa, multis animalibus semper abstinuerunt, & speciatim etiamnum porcis. Apud illos itaque tria erant philosophandi genera, quo-

§ 11. Τῶν δὲ γινωσκομένων ἡμῖν Ἰουδαῖοι, πρὶν ὑπ' Ἀντιόχου τὸ πρότερον τὰ ἀνήκεστα παθεῖν εἰς τὰ νόμιμα τὰ ἑαυτῶν, ὑπό τε Ῥωμαίων ὕστερον, ὅτε καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἑάλω, καὶ πᾶσι βατὸν γέγονεν, οἷς ἄβατον ἦν, αὐτή τε ἡ πόλις διεφθάρη, διετέλουν πολλῶν μὲν ἀπεχόμενοι ζώων, ἰδίως δὲ ἔτι καὶ νῦν τῶν χοιρείων. τῶν τε παρ' αὐτοῖς φιλοσοφιῶν τριτταὶ

ἰδέαι ἦσαν, καὶ τῆς μὲν προΐσταντο Φαρισαῖοι, τῆς δὲ Σαδδουκαῖοι, τῆς δὲ τρίτης, ἣ καὶ ἐδόκει σεμνοτάτη εἶναι, Ἐσσαῖοι. οἱ μὲν οὖν τρίτοι τοῦτο ἐπολιτεύοντο τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ἰώσηπος τῶν πραγματειῶν ἀνέγραψεν, καὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας, ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. εἰσὶ τοίνυν οἱ Ἐσσαῖοι, Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος, φιλάλληλοι δὲ, καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τοῖς πάθεσιν μὴ ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμου μὲν παρ' αὐτοῖς ὑπεροψία, τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες, ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσιν. τὸν μὲν γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλαττόμενοι. * καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνικὸν, οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα· νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν· ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μήτε ὑπεροχὴν πλούτου, τῶν δ' ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων, μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι. κηλῖδα ὑπολαμβάνουσι τοὔλαιον, κἂν ἀλειφθῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα. τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ

ποι-

rum uni præſidebant Phariſæi, alteri Sadducæi, tertio, quod & ſeveriſſimum videbatur, Eſſeni. Tertius igitur iſte ordo hujuſmodi inſtitutis vivebat (ut ſæpiùs Joſephus in ſcriptis ſuis teſtatum reliquit: in ſecundo nempe libro Judaicæ hiſtoriæ, quam ſeptem libris abſolvit, & in decimo octavo Antiquitatum, quas viginti libris compoſuit, & in ſecundo ad Græcos, quod quidem duos libellos complectitur) opus Eſſæi, inquam, Judæi natione ſunt, ſui invicem amantiſſimi, magis quàm alii. Hi voluptates tanquã malum aliquod averſantur, continentiam verò, & affectibus non ſuccumbere pro virtute ducunt. Nuptias deſpiciunt, aliorum autem liberos ſuſcipientes & adhuc teneros ad diſciplinas hauriendas pro cognatis ſuis reputant, & ſuis moribus informant: neque tamen matrimonium, vel legitimam per illud ſucceſſionem tollunt, à mulierum tamen laſcivis libidinibus cavent. Divitias contemnunt, & mira viget apud eos bonorum communitas, neque poteſt quiſquam inter eos inveniri qui plura cæteris poſſidet. Lex enim erat, utì qui iſtæ ſectæ nomen ſuum daret, facultates ſuas toti ordini communes faceret. Adeò ut inter omnes nec qui paupertate humilis ſit appareat, nec qui divitiis elatior, ſed permixtis opibus velut inter fratres unum ſit omnibus patrimonium. Probro autem ducunt *oleum, & ſi quis vel invitus unctus fuerit, corpus abſtergit. Horrere enim, & ſem-

per esse veste candidâ gloriæ sibi ducunt. Designatos autem suffragiis habent rerum communium procuratores, & singulos ad omnium usus indivisos. Non est autem una illis certa civitas, sed in unaquaque plures incolunt, & undecunque advenientibus sectariis quicquid habent æquè patet ac si proprium esset, & qui primùm tum eos viderunt, agnoscunt tamen tanquam familiares. Hinc est quòd cùm peregrinantur nihil secum ferunt quod impendant. Neque vestes aut calceos mutant, nisi aut prioribus omnino disruptis, aut longi temporis usu consumptis. Nihil mercantur, aut vendunt, sed egenti quisq; quod habet præbens, & ab eo refert quod ipsi opus est: quamvis etiam sine permutatione cunctis libera sit facultas à quibus libuerit accipiendi quod illis deest.

τίθενται, λευχειμονεῖν τε διὰ παντός. χειροτονητοὶ δὲ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταί, καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς ἁπάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι. μία δ' οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι πολλοί, καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἥκουσιν * αἱρεσιώταις [* apud Josephum αἱρεταῖς] ἀναπέπταται τὰ παρ' * ἀλλήλοισιν, καὶ οἱ πρῶτον ἰδόντες, ἴασιν ὥσπερ συνήθεις. διὸ οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι ἀποδημοῦσιν ἀναλωμάτων ἕνεκα. οὔτε δὲ ἐσθῆτα, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσιν, πρὶν διαρραγῆναι πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. οὐδ' ἀγοράζουσί τι, οὐδὲ πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρῄζοντι διδοὺς ἕκαστος τὸ παρ' ἑαυτῷ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται· χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως ἀκώλυτος ἡ μετάληψις αὐτοῖς, παρ' ὧν ἂν θέλωσιν.

§ 12. Erga Deum singularem religionem exercent. Priusquam enim oriatur Sol, nihil profani loquuntur, sed à majoribus accepta quædam vota ad eum fundunt, tanquam ut oriretur precantes, Deinde ad artes quas callent singuli se conferre à Curatoribus jubentur. Cúmque ad horam quintam sedulò fuerint operati, rursus in unum locum congregantur. Linteisq; præcincti velaminibus, ità corpus aquis frigidis abluunt. Atque post hanc sic factam purgationem in suas quisq; privatas cellas abeunt, quò neminem diversæ opinionis hominē pervenire concessum est: ipsiq; puri facti, velut in sanctum quoddam templum in cœnaculum veniunt: ibiq;

§ 12. Πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχάς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν, ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν εἶναι ἀφίενται. [apud Joseph. διαφίενται.] καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον. ζωσάμενοί τε σκεπάσμασι λινοῖς, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι. καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτέτραπται παρελθεῖν. αὐτοί τε καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίνονται, τὸ δειπνητήριον. καθισάντων δὲ μεθ' ἡσυ-

γίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς, ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ. προκατεύχεται δ' ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς, ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς· καὶ γεύσασθαί τινι πρὸ τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. ἀριστοποιησαμένοις γ' ἐπεύχεται πάλιν. ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν θεόν. ἔπειθ' ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται· * πίνουσι [* δειπνοῦσι] δ' ὑποστρέψαντες ὁμοίως, συγκαθεζομένων τῶν ξένων, εἰ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. * οὔτω [* οὐδὲ] δὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον οὐδὲ θόρυβος μιαίνει, τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις. καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. τούτου δ' αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου. τοῖς δὲ ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν οὐκ εὐθὺς ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν, ἀξινάριόν τε καὶ περίζωμα δόντες, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα. ἐπειδὰν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῷ, πρόσεισιν ἔγγιον τῇ διαίτῃ· καὶ * καθαρώτερον [* καθαρωτέρων] τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει. παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὰς συμβιώσεις οὐδέπω· μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρτερίας ἐπίδειξιν δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦθος * νεμίζεται [* δοκιμάζεται] καὶ φανεὶς ἄξιος, οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται.

cum silentio considentibus, pistor panes ordine, coquus autem unum vasculum unius generis edulio plenum singulis apponit. Sacerdos verò ante cibum purum jam & sanctum factum precatur, neque gustare quenquam fas est ante preces. Post finem prandii vota repetit: ità cùm incipiunt, & cùm desinunt, victûs datorem Deum venerantur. Tunc veluti sacris depositis vestimentis rursus ad opus usque ad vesperam se conferunt. Similitérque indè reversi cœnant, considentibus etiam hospitibus, si quos fortè intervenisse repererint. Neque verò clamor unquam, neque tumultus domum inquietat, & turbat; sed loquendi vices ordine sibi invicem permittunt, eorúmque silentium qui intus sunt aliis à foribus consistentibus tanquam mysterium aliquod tremendum videtur. Cujus quidem rei perpetua abstinentia & sobrietas causa est, quódque apud eos edendi aut potandi modus saturitatè definitur. Non statim verò in societatem adhibentur, qui istius sectæ amorem profitentur: sed *cuicunque eis adjungi cupienti*, per annum integrum foras commoranti eandem vitæ rationem præscribunt, dolabram, *& ante memoratam* præcincturam, & albam vestem illi tradentes. Quòd si per illud tempus continentiæ suæ specimen dederit, propiùs ad ejus instituti arcana admittitur, & aquarum magis ad puritatem facientium particeps redditur: neque adhuc tamen in convictum assumitur: quin per duos ulteriùs annos post hanc continentiæ suæ explorationem mores ejus probantur: & si dignus apparuerit, tum demum in consortium assumitur.

§ 13. Prius-

§ 13. Priusquam verò cibi communis particeps fiat, juramento oneratur formidabili: primò, quòd Deum religiosè colet, tum quòd justitiam erga homines tuebitur, & quòd neque propriâ sponte, nec quidem ab alio jussus quempiam lædet, quinimò iniquos omnes odio habebit, justos autem omni operâ opéque adjuvabit. Fidem datam cuicunque, imprimis verò magistratibus, illæsam servabit: cùm non sine Dei permissu quisquam ad imperium accedat. Si verò ipse aliis præsit, nullo pacto abutetur unquam suâ potentiâ, sed neque veste aut ambitioso aliquo ornatu subditis præcellet. Veritatem semper diliget, & mendacium redarguet & aversabitur. Manus autem à furto, & animam ab injustis compendiis purá servabit. Nihil suæ sectæ homines celabit, neq; profanis aliquid indicabit, etiamsi intentatâ quisquam morte vim illis afferat. Jurant insuper admittendi, nulli se de dogmatib⁹ aliquid, aliter quàm illi acceperint, tradituros. Latrociniis autem se abstinere velle, & sectæ libros simul ac Angelorum nomina custodituros. Hujusmodi sunt juramenta. Qui in flagitio aliquo deprehensi sunt, ejiciuntur, & malâ morte pereunt. Juramentis enim & ritibus impliciti, neque rapere ab aliis oblatum cibum possunt, herbis autem victitantes, & fame enecti pereunt. Quocirca plurimos miserati extremum jam agentes spiritum receperunt, pro peccatis satis pœnarum, quòd usque ad mortem fuerint cruciati, dedisse existimantes. Sarculum, *ut diximus*, iis donant, qui

§ 13. Πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὀμνύουσι φρικώδεις. πρῶτον μὲν, εὐσεβήσειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια διαφυλάξειν, καὶ μή τι κατὰ γνώμην βλάψειν τινὰ, μήτ᾽ ἐξ ἐπιτάγματος, μισήσειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀδίκους, καὶ * συναγωνίζεσθαι [* συναγωνιεῖσθαι] τοῖς δικαίοις. τὸ πιστὸν πᾶσι μὲν παρέξειν, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν· οὐ γὰρ δίχα θεοῦ περιγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν. κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδέποτε ἐξυβρίζειν εἰς τὴν ἐξουσίαν, μηδ᾽ ἐσθῆτι ἤ τινι πλείονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερλαμπρύνεσθαι. τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾶν ἀεὶ, καὶ τοὺς ψευδομένους [ἐλέγχειν καὶ] προβάλλεσθαι· χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετιστὰς, μήθ᾽ ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. πρὸς δὲ τούτοις ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδοῦναι τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς παρέλαβεν. ἀφέξεσθαι δὲ λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά, τε αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι. οἱ δ᾽ ἁλόντες καὶ οἱ ἐκβληθέντες κακῷ μόρῳ φθείρονται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένοι, οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνανται μεταλαμβάνειν, ποηφαγοῦντες δὲ, καὶ λιμῷ τὸ σῶμα διαφθειρόμενοι, ἀπόλλυνται. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις * ἀνάγκαις ἔλαβον [* ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον apud *Joseph.*] ἱκανὴν τιμωρίαν δεδωκέναι νομίζοντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τὴν μέχρι θανάτου βάσανον. τὴν δὲ σκαλίδα διδόασι τοῖς

μέλλουσιν αἱρετισταῖς. ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως οὐ θακεύουσιν, ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, περικαλύψαντές τε θοιματίῳ, ὡς μὴ ταῖς* αὐταῖς [*αὐγαῖς] ἐνυβρίζοιεν τοῦ θεοῦ. τοσαύτη μέντοι ἐστὶν αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν δίαιταν καὶ ὀλιγότης, ὡς τῇ ἑβδομάδι μὴ δεῖσθαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθασιν εἰς τοὺς ὕμνους τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν. οἱ δὲ τῆς ἀσκήσεως ταύτης τοσαύτην περιποίουνται τὴν καρτερίαν, ὡς στρεβλούμενοι, καὶ λυγιζόμενοι, καὶ καιόμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων [ἵνα] ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσι τῶν ἀσυνήθων, οὐδ᾽ ἕτερον ὑπομένειν. διέδειξαν δὲ τοῦτο, ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ. ἐπεὶ οὐδὲ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρύσαι ὑπομένουσι, μειδιῶντες δ᾽ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων, εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι· καὶ γὰρ ἔρρωται παρ᾽ αὐτοῖς ἤδη ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτῶν, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος, ῥύμῃ φυσικῇ κατασπωμένας. ἐπειδὰν δὲ * ἀναθῶσιν [* ἀνεθῶσιν] τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷα δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως ἐν αὐτοῖς πολλοί, οἳ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν, ὡς ἂν βίβλοις

nomina societati daturi sunt. Neque enim aliter ventris exonerandi gratiâ sedeant, quàm ut priùs foveâ ad pedis altitudinem effossâ, vestimentum sibi circumdacant, nè alioqui radiis Dei contumeliam facerent. Tanta est eorum in victu simplicitas & parsimonia, ut die septimo non opus habent ut ventrem levent. Illum autem diem servare solent ad hymnos Deo decantandos & quietem. Qui verò sunt in hoc vitæ instituto exercitati, ad tantam patientiam pervenerint, ut torti, & cruciati, flammis usti, & per tormenta omnigena transeuntes, scilicet ut vel Legislatori suo maledicerent, vel aliquid de non consuetis comederent, ad neutrum faciendum induci potuerunt. Hoc autem ostenderunt, in illo, quod cum Romanis gerebant, bello. Neq; enim suos tortores deprecari, aut lachrymari sustinerent: quinimo in mediis cruciatibus subridentes, & eos qui tormentis lacerabant illos irridentes, animas ità fortiter expirabant, quasi qui eas denuò essent recepturi. Opinio quippe isthæc in illis firmiter stabilita est, corpora quidem esse corruptibilia, eorúmque materiam non permanere, animas verò immortales in æternum subsistere, & de æthere subtilissimo prodeuntes corporibus implicari, illecebrâ naturali isthuc attractas. Postquam verò vinculis carceris solutæ fuerint, quasi de longa servitute liberatas, illico lætari, & in sublime ferri. Ab hac vivendi consuetudine, & ad pietatem exercitiis multos ad futurorum cognitionem devenisse æquum est ut credamus, sacris videlicet libris,

&

& variis purificationibus & Prophetarum dictis à prima ætate operam dantes, tarò quidem in suis prædictionibus aberrare. Talis est Essenorum apud Judæos ordo.

§ 14. Omnibus autem vetitum fuit carnem porcinam comedere, aut pisces qui squamis carent, quos cartilagineos vocant Græci, aut aliquod animal solidungulum. Prohibebatur etiam nè illa quæ velut supplicatura ad ædes se recipiunt trucidarent, nedum comederent. Neq; permisit Legislator parentes simul cum pullis occidere, sed parcere jussit etiam in terra hostili iis animalib⁹ quorũ operâ utimur, nec neci dare. Nec verit⁹ est ille, nè eorum animalium quæ non sacrificantur genus adauctum famem hominibus afferret: Novit enim, primò, quòd multipara brevis sunt vitæ: deinde, quòd multa pereunt, nisi hominum curam nacta sint. Quinetiam alia esse animalia quæ nimis abundantia vi adoriuntur. Cujus rei indicium est, quòd multis quidem abstinemus, lacertis nempe, & vermibus, muscis, serpentibus, & canibus, tamen non verendum est, nè præ fame, ex abstinentia ab eorum esu quæ copiâ abundant, pereamus: cùm non idem sit occidere & manducare. Multa enim etiam ex his occidimus, nullum tamen degustamus.

§ 15. Quinetiam Syros memorant olim animalibus abstinuisse, & idcirco neque Diis immolâsse: postea verò in sacrificia adhibuisse ad mala quædam averruncanda: non tamen omnino carnium esum admisisse. Procedente autem tempore, ut

ἱεραῖς, καὶ διαφόροις ἁγνείαις, καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι, σπάνιον εἴ ποτε ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχοῦσιν. Τοιοῦτο μὲν, τὸ τῶν Ἐσσαίων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τάγμα.

§ 14. Πᾶσι δὲ ἀπηγόρευτο ὗς ἐσθίειν, ἢ ἰχθύων τῶν ἀλεπιδώτων, ἃ σελάχια καλοῦσιν Ἕλληνες, ἢ τι τῶν μωνύχων ζώων. ἀπηγόρευτο δὲ καὶ μὴ τὰ ἱκετεύοντα, καὶ ἤδη προσφεύγοντα ταῖς οἰκίαις ἀναιρεῖν, οὐχ ὅτι μὴ ἐσθίειν. οὐδὲ νεοττοὺς ἐπέτρεψεν ὁ νομοθέτης τοὺς γονέας συνεξαιρεῖν, φείδεσθαι δὲ κελεύει κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν συνεργαζομένων ζώων καὶ μὴ φονεύειν. καὶ οὐκ ἐφοβήθη μὴ πληθῦνον τὸ γένος τῶν μὴ θυομένων ζώων λιμὸν ἐργάσηται τοῖς ἀνθρώποις· ᾔδει γὰρ πρῶτον μὲν, ὅτι τὰ πολύτεκνα, καὶ ὀλιγοχρόνια. ἔπειτα ὡς πολὺ τὸ ἀπολλύμενον, ὅταν μὴ τύχῃ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιμελείας. καὶ μὴν καὶ ὅτι δεῖν ἄλλα ζῶα, ἃ τῷ πληθύνοντι ἐπιθήσεται. τεκμήριον δὲ, ὅτι πολλῶν ἀπεχόμεθα, ὧν σαυρῶν, σκωλήκων, μυιῶν, ὄφεων, κυνῶν, καὶ ὅμως οὐ δέος μὴ ἐκ τῆς ἀποχῆς λιματτόντες διαφθαρῶμεν πληθυνόντων. ἔπειτα οὐ ταυτὸν τὸ ἐσθίειν τῷ φονεύειν. ἐπεὶ καὶ τούτων ἀναιροῦντες τὰ πολλὰ, οὐδενὸς ἔτι γευόμεθα.

§ 15. Καὶ μὴν καὶ τοὺς Σύρους ἱστοροῦσι τὸ παλαιὸν ἀπέχεσθαι τῶν ζώων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τοῖς θεοῖς θύειν· ὕστερον δὲ θῦσαι μὲν εἰς ἀποτροπὴν τινῶν κακῶν· αὐτοὺς δὲ, μηδὲ ὅλως προσίεσθαι τὴν σαρκοφαγίαν.

προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὥς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος, κατὰ Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίνικα, βασιλεύσαντα δὲ Κυπρείων, τὴν σαρκοφαγίαν παραδεχθῆναι ἐκ τῆς τοιαύτης παρανομίας· λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ περὶ Κύπρου, καὶ Φοινίκης ταῦτα. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἔμψυχον· ἀλλ' οὐδὲ νόμος ἦν περὶ τούτου, διὰ τῷ νόμῳ φυσικῷ κεκωλῦσθαι. ὑπὸ δέ τινας καιροὺς πρῶτον ἱερεῖον θῦσαι μυθεύονται, ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτούμενοι. εἶτα τούτου γενομένου ὁλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. ὕστερον δέ ποτε φλεγομένου τοῦ ἱερείου, πεσεῖν σάρκα εἰς γῆν, ἣν ἀνελόντα τὸν ἱερέα, καὶ κατακαιόμενον, ἀβουλήτως προσαγαγεῖν τῷ στόματι τοὺς δακτύλους, ἀκούμενον τὴν κατάκαυσιν. γευσάμενον δὲ τῆς κνίσσης ἐπιθυμῆσαι, καὶ μὴ ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ μεταδοῦναι· γνόντα δὲ τοῦτο τὸν Πυγμαλίωνα, αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα κατὰ κρημνῶν ἀφεῖναι, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἱερωσύνην παραδοῦναι· ὃς οὐ πολλοῦ χρόνου διαλείποντος, τὴν μὲν αὐτὴν θυσίαν ἔτυχε ποιούμενος, ἐσθίειν δὲ τῶν αὐτῶν κρεῶν ἔφαγεν· ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς περιέπιπτεν. ἐπὶ πλέον δὲ τοῦ πράγματος προβαίνοντος· καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ θυσίᾳ χρωμένων, καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἀπεχομένων, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἁπτομένων, οὐκ ἀποστῆναι τοῦ κολάζειν. Τὸ μέντοι τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι, ἄχρι τῶν Μενάνδρου χρόνων τοῦ κωμικοῦ διέμεινε· λέγει γὰρ,

—Παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ·

ait Neanthes Cyzicenus & Asclepiades Cyprius, circa Pygmalionis ætatem, genere quidem Phœnicis, Cypriis verò imperantis, carnium esum irrepsisse ex hujusmodi prævaricatione: quam Asclepiades in libro de Cypro & Phœniciâ conscripto recenset. Primùm sane nullum animal Diis sacrificabatur, neque super hâc re lex ulla lata erat, quia lege naturali prohibebatur. Occasione verò aliquâ animam pro anima exigente, primum sacrificium ex animatis fuisse, atque indè victimam totam igne consumptam referunt. Postea verò cùm jam arderet sacrificium, carnis particulam in terram cecidisse, quam sacrificulus sustulit, & tangendo adustus, inconsultò digitos ori admovit, ut dolorem ex ustione profectum mitigaret. Ubi verò arvinam degustâsset, illius desiderio flagravit, nec abstinere potuit, sed & uxori partem dedit. Quod cùm Pygmalion rescivisset, sacrificulum cum uxore per prærupta præcipitem egit, alteri verò sacerdotium contulit: qui non longo post intervallo idem sacrificium celebrans carnes itidem comedit, & in easdem calamitates incidit. Re autem ulterius progressâ, & hominibus eodem sacrificio utentibus, & præ cupiditate à carnes gustando non abstinentibus, à pœna cessatum est. Quanquam piscium abstinentia usq; ad Menandri comici tempora duravit: ait enim,

——*Sint tibi exemplo Syri,*

Qui

Qui siquem piscem fortè manducaverint
Illecti ingluvie, venter continuò ac pedes
Illis tumescunt: tùm saccum induti in via
Prosternunt sese, provoluti in stercore,
ut divam placent nimio contemptu sui.

§ 16 Apud Persas sanè rerum divinarum sapientes, & Numinis ministri Magi appellantur. Id enim significat magus linguâ Persicâ. Tam augustum verò & venerandum apud Persas habetur hoc hominum genus, ut Darius Hystaspis filius suo monumento inter alia hoc inscribi jusserit, se Magicorum fuisse magistrum. Dividuntur autem in tria genera, ut ait Eubulus, qui Mithræ historiam pluribus libris conscripsit. Quorum primi & doctissimi, neque edunt neq; necant animalia: sed veteri ab animalibus abstinentiæ adhærescunt. Secundi verò ordinis magi animantes, sed nullas cicures interficiunt. Neque qui tertii sunt omnes pariter attingunt. Omnibus enim primum & maximè ratum est dogma, dari animarum transmigrationem. Quod sanè ostendere videntur in Mithræ mysteriis. Nostram enim cum animalibus convenientiam subinnuentes, eorum nominibus nos indigitare solebant. Ità eorundem sacrorum participes, symmistas leones vocabant, homines scilicet; fœminas verò leænas, subministrantes autem, corvos. Et in patrum memoria idem mos obtinuit: Hi enim aquilæ & ac-

Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι διά τινα
Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσιν· εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἰς δ᾽ ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

§ 16. Παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις, οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοί, καὶ τούτου θεράποντες, Μάγοι μὲν προσαγορεύονται· τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. οὕτω δὲ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ Πέρσαις νενόμισται, ὥστε καὶ Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπου ἐπιγράψαι τῷ μνήματι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος. Διῄρηντο δὲ οὗτοι εἰς γένη τρία, ὥς φησι * Σύμβουλος, ὅσπερ τὴν τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας· ὧν οἱ πρῶτοι καὶ λογιώτατοι, οὔτ᾽ ἐσθίουσιν ἔμψυχον, οὔτε φονεύουσιν, ἐμμένουσι δὲ τῇ παλαιᾷ τῶν ζώων ἀποχῇ. οἱ δὲ δεύτεροι, χρῶνται μὲν, οὐ μέντοι τῶν ἡμέρων ζώων τι κτείνουσιν. οὐδ᾽ οἱ τρίτοι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐφάπτονται πάντων· καὶ γὰρ δόγμα πάντων ἐστὶ τῶν πρώτων, τὴν μετεμψύχωσιν εἶναι. ὃ καὶ ἐμφαίνειν ἐοίκασιν ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις· τὴν γὰρ κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῶα αἰνιττόμενοι, διὰ τῶν ζώων ἡμᾶς μηνύειν εἰώθασιν. ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας, * ὑαίνας, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας κόρακας. ἐπί τε τῶν πατέρων· ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι

προσαγορεύονται. ὅ τε τὰ * λεοντικὰ παραλαμβάνων, περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς. * ὧν τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς Πάλλας ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα, τὴν κοινήν, φησι, φορὰν οἴεσθαι, ὡς πρὸς τὴν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου ἀποτείνειν· τὴν δὲ ἀληθινὴν ὑπόληψιν καὶ ἀκριβῆ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἰνίττεσθαι, ἃς παντοδαποῖς περιέχεσθαι σώμασι λέγουσι. καὶ γὰρ Λατίνων τινὰς τῇ σφῶν διαλέκτῳ ἄπρους, * καὶ σκόρπους, λασίους τε καὶ μερόλας καλεῖν. καὶ θεοὺς δὲ τούτους δημιουργοὺς οὕτω προσηγόρευσαν. τὴν μὲν Ἄρτεμιν λύκαιναν, τὸν δὲ Ἥλιον * σαῦρον [* ταῦρον,] λέοντα, δράκοντα, ἱέρακα, τὴν δ' Ἑκάτην, ἵππον, ταῦρον, λέαιναν, κύνα. τῆς δὲ Φερσεφάττης, παρὰ τὸ φέρβειν τὴν φάτταν, φασὶν οἱ πολλοὶ τοὔνομα τῶν θεολόγων. ἱερὸν γὰρ αὐτῆς ἡ φάττα. διὸ καὶ αἱ τῆς Μαίας ἱέρειαι ταύτην αὐτῇ ἀνατιθέασι. Μαῖα δὲ ἡ αὐτὴ τῇ Φερσεφόνῃ, ὡς ἂν μαῖα καὶ τροφὸς οὖσα. χθονία γὰρ ἡ θεὸς καὶ Δημήτηρ ἡ αὐτή. καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα δὲ ταύτῃ ἀφιέρωσαν. διὸ καὶ ἀπέχονται οἱ ταύτης μύσται ὀρνίθων ἐνοικιδίων. παραγγέλλεται γὰρ καὶ Ἐλευσῖνι ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων καὶ ἰχθύων καὶ κυάμων, ῥοιᾶς τε καὶ μήλων, καὶ ἐπίσης μεμίανται * ὁ [* τὸ] λεχοῦς ἁψάμενος ὡς τὸ θνησιδίων. ὅστις δὲ φασμάτων φύσιν ἱστόρησεν, οἶδεν καθ' ὃν λόγον ἀπέχεσθαι χρὴ πάντων ὀρνίθων, καὶ μάλιστα, ὅταν σπεύδῃ τις ἐκ τῶν χθονίων ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τοὺς οὐρανίους θεοὺς ἱδρυν-

cipitres nominantur: qui autem illis sacris quorum symbolum est leo initiatus est, omnimodis animantium figuris induitur. Quorum rationem reddens * Pallas in libris quos de Mithra scripsit, vulgus ait existimare hoc ad Zodiaci circulum respicere, veram tamen opinionem & accuratã esse, quæ censet illud de animabus humanis aliquid subinnuere, quas omne genus corporibus circumdatas aiunt. Latinos enim ait aliquos suâ linguâ apros, & cappos, * * & merulas appellare. Quinetiam Deos horum opifices eodem modo nominibus designabant. Dianam scilicet lupam vocabant, Solem taurum, leonem, draconem, accipitrem, Hecaten equum, taurum, leænam, canem. Proserpinæ verò nomen, φερφάττα scilicet, secundùm plerosque Theologos dictum à φέρβειν τὴν φάτταν, ab alendis palumbis. Palumbus enim illi sacer est. Ideo Maiæ Sacerdotes palumbum ei dicârunt. Maia autem eadem est quæ Proserpina, utpote quæ obstetrix est & nutrix. Dea enim terrestris & Ceres eadem. Gallum verò huic consecrârunt. Idcirco hujus sacris initiati ab avibus domesticis abstinent. Eleusiniis enim præcipitur, ut ab avibus chortalibus, piscibus & fabis abstineatur, ut & à malis Punicis, omnibúsque cæteris, & æquè polluebat eorum caudices attingere, quàm cadavera. Quisquis verò naturam visorum novit, novit etiam quâ ratione abstinere oportet ab omnibus avibus, præsertim cùm quis properet à terrestribus liberari, & inter cœlestes Deos collocari.

At

At improbitas, quod sæpiùs diximus, potis est sibi patrocinari, & potissimùm cùm inter ignaros verba faciat. Hinc est quòd qui inter malos medium tenent, alii hanc animalium recusationem, [vel ad animalium abstinentiam adhortationem] vaniloquentiam esse, &, quod dici solet, vetularum nugas existimant, alii superstitionem, alii qui in improbitate aliquantulum sunt provectiores, parati sunt non solùm eos convitiis lacerare qui hæc monent & suggerunt, sed puritatem præstigiarum & arrogantiæ nomine calumniari. At isti peccatorum suorum pœnas à Diis & hominibus luentes, primùm tamen ipsi sibi hâc affectione satis supplicii dederunt. Nos verò unam ampliùs ex gentibus exteris, celebrem, & justam, & circa res divinas religiosam creditam commemorabimus, postea ad alia transibimus.

θέλουσιν. ἀλλ' ἡ κακία, ὅπερ πολλάκις φαμὲν, ἱκανὴ συνηγορεῖν ἑαυτῇ, καὶ μάλιστα, ὅταν ἐν οὐκ εἰδόσι ποιῆται τοὺς λόγους. διὰ γὰρ τοῦτο οἱ μέσοι τῶν κακῶν, ματαιολογίαν ἡγοῦνται τὴν τοιαύτην * παραίτησιν [* παραίνεσιν] καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, γραῶν ὕθλον, οἱ δὲ δεισιδαιμονίαν, οἱ δ' ἐπίδοσιν ἐν τῇ σφῶν πονηρίᾳ πεποιημένοι, ἕτοιμοι, οὐ μόνον βλασφημεῖν κατὰ τῶν ταῦτα παραινούντων τε καὶ ὑποδεικνύντων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἁγνὸν εἰς γοητείαν καὶ τῦφον διαβάλλειν. ἀλλ' οὗτοι μὲν δίκας καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις ὧν ἁμαρτάνουσιν ἐκτίνοντες, αὐτοὶ πρῶτον τῇ τοιαύτῃ διαθέσει ἱκανὴν τιμωρίαν δεδώκασιν. ἡμεῖς δ' ἔτι τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν ἑνὸς μνημονεύσαντες, ἐνδόξου γε, καὶ δικαίου, περί τε τὰ θεῖα πεπιστευμένου εὐσεβοῦς, ἐπ' ἄλλα μεταβησόμεθα.

§ 17. Indorum enim republicâ in multas partes distributâ, unū est apud eos Theologorum genus, quos Græci Gymnosophistas appellare solent. Horum autem duæ sunt sectæ: quarum unius antistites sunt Brachmânes, alterius Samanæi. Brachmanes verò familiæ jure in hanc rerum divinarum peritiam tanquam in sacerdotium succedunt: Samanæi verò *in hanc institutionem eliguntur*, & ex iis qui Theologiæ operam dare cupiunt eorum suppletur numerus. Horum autem instituta hoc se habent modo, uti Bardesanes Babylonius, qui parentum nostrorum temporibus fuit, quique in Indos * Damadamidis familiares qui ad Cæsarem mittebantur

§ 17. Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἔστι τι γένος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων· οὓς Γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. τούτων δὲ δύο αἱρέσεις· ὧν τῆς μὲν, Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι. ἀλλ' οἱ μὲν Βραχμᾶνες ἐκ γένους διαδέχονται, ὥσπερ ἱερατείαν, τὴν τοιαύτην θεοσοφίαν· Σαμαναῖοι δὲ λογάδες εἰσὶν, κἀκ τῶν βουληθέντων θεοσοφεῖν συμπληρούμενοι. ἔχει δὲ τὰ κατ' αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Βαρδησάνης, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονὼς, καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν * πεπεμμένοις [* πεμπομένοις] Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα, ἀνέγραψεν· πάν-

τες γὰρ Βραχμᾶνες ἑνός εἰσι γένους· ἐξ ἑνὸς γὰρ πατρὸς, καὶ μιᾶς μητρὸς πάντες κατάγονται. Σαμαναῖοι δὲ οὐκ εἰσὶ τοῦ γένους * αὐτῶν, [* αὐτοῦ,] ἀλλ' ἐκ παντὸς τοῦ τῶν Ἰνδῶν ἔθνους, ὡς ἔφαμεν, συνειλεγμένοι· οὔτε δὲ βασιλεύεται Βραχμὰν, οὔτε συντελεῖ τι τοῖς ἄλλοις. τούτων δὲ οἱ φιλόσοφοι, οἱ μὲν ἐν ὄρει οἰκοῦσιν, οἱ δὲ περὶ Γάγγην ποταμόν. σιτοῦνται δὲ οἱ μὲν ὄρειοι τήν τε ὀπώραν καὶ γάλα βόειον, βοτάναις πηγέν, οἱ δὲ περὶ τὸν Γάγγην, ἐκ τῆς ὀπώρας, ἣ πολλὴ περὶ τὸν ποταμὸν γεννᾶται· φέρει δὲ ἡ γῆ σχεδὸν καρπὸν ἀεὶ νέον, καὶ μέντοι καὶ τὴν ὄρυζαν πολλήν τε καὶ αὐτόματον· ᾗ χρῶνται ὅταν τὸ τῆς ὀπώρας ἐπιλείπῃ. τὸ δ' ἄλλου τινὸς ἅψασθαι, ἢ ὅλως θιγεῖν ἐμψύχου τροφῆς, ἴσον καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀσεβείᾳ νενόμισται. καὶ τοῦτο αὐτοῖς τὸ δόγμα, θρησκεύουσί τε τὸ θεῖον, καὶ εὐσεβοῦσι περὶ αὐτὸ, * καθορῶνται. [* καθορᾶται.] τὸν τοίνυν χρόνον τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς νυκτὸς τὸν πλεῖστον, εἰς ὕμνους τῶν θεῶν ἀπονενεμήκασι καὶ εὐχὰς, ἑκάστου ἰδίαν καλύβην ἔχοντος, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα, ἰδιάζοντος· κοινῇ γὰρ Βραχμᾶνες μένειν οὐκ ἀνέχονται, οὐδὲ πολλὰ διαλέγεσθαι· ἀλλ' ὅταν τοῦτο συμβῇ, ἀναχωρήσαντες, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας οὐ φθέγγονται. πολλάκις δὲ καὶ νηστεύουσιν. Σαμαναῖοι δὲ εἰσὶ μὲν, ὡς ἔφαμεν, λογάδες. ὅταν δὲ μέλλῃ εἰς τὸ τάγμα τις ἐγγράφεσθαι * ἄρχεσθαι, προσέρχεται τοῖς ἄρχουσι τῆς πόλεως. ὅπου δ' ἂν τύχῃ τῆς πόλεως ἢ τῆς κώμης καὶ τῶν κλη-

tur incidit, ſcripto conſignavit. Brachmanes nempe ex eadem ſtirpe omnes oriundi ſunt. Ex eodem enim patre & matre omnes deſcendunt. Samanæi autem non ſunt ejuſdem generis, ſed ex omni Indorum gente, uti diximus collecti ſunt. Brachman autem nullius cujuſpiam imperio ſubditus eſt, neque aliis vectigal quicquam pendit. Ex his autem Philoſophis alii montes incolunt, alii circa Gangem fluvium habitant, Montani autem fructibus autumnalibus & lacte herbis quibuſdam concreto veſcuntur. Qui circa Gangem ſunt iiſdem etiam fructibus vivunt, qui circa iſtum fluvium copioſè proveniunt. Terra autem fructum ſemper ferè recentem fert, quinetiam oryzam multam & ſponte naturæ ortam, quâ utuntur, cùm fructus deficiunt. Cæterùm alio aliquo cibi genere uti, vel omnino victum ex animalibus attingere, extremæ impuritati & impietati par eſſe cenſetur. Hæc autem opinio in iis perſpicitur, qui numen colunt, & pietatem exercent. Diei igitur & noctis etiam maximam partem Deorum hymnis & precibus impenderunt, unoquoque ſuum habente tuguriolum, & quantùm fieri poteſt, ſolitarium. Simul enim manere Brachmanes non ſuſtinent, neq; multùm colloqui. Sed ſi quando hoc contigerit, poſtea regreſſi per plures dies non omnino loquuntur. Sæpe etiam jejunant. Samanæi autem, ut diximus, aſcriptitii ſunt. Cùm verò in iſtum ordinem inſcribi quis cupiat, ad civitatis magiſtratus accedit. Ubicunq; verò urbem aut vicum habitaverit

bitaverit, aut opes nactus fuerit, ab his discedit & omnibus facultatibus sese abdicat. Omnibus verò corporis derasis excrementis, stolam induit, & ad Samanæos discedit, neque ad uxorem, aut liberos si fortè nactus sit, revertitur, neque illorum ullam habet rationem, nec quidem ad se omnino pertinere existimat. Liberorum verò curam suscipit rex, ut necessariis instruantur, uxoris verò, cognati. Samanæorum autem vita est hujusmodi. Extra urbem degunt, in sermonibus de Deo sese per totum diem exercentes. Domos autem habent & templa regiis sumptibus exstructa, in quibus dispensatores sunt, à Rege aliquid accipientes, sepositum in eorum cibum qui illic conveniunt. Apparatus autem ex oryza panibus, pomis, & oleribus constat. Cùm in domum ingressi sunt, sonante tintinnabulo, qui Samanæi non sunt egrediuntur, ipsi verò preces fundunt. His peractis, rursus signum dante tintinnabulo, famuli unicuique patellam dant (Duo enim ex eadem non comedunt) cósque oryzâ pascunt. Si quis varietatem cibi desideret, adjungitur olus aliquod, aut fructus aliquis autumnalis. Pasti autem sine mora ad easdem exercitationes egrediuntur. Omnes autem sine uxoribus vivunt, nec quidquam possident. Cæteri verò Indi horum & Brachmanum tantâ tenentur reverentiâ, ut Rex ipse iis accedat, eósq; petat ut Deos precentur & supplicent (si quando hostes regionem occupârint) aut consilium dent quodnam agendum est.

§ 18. Isti verò erga mortem ità

μάτων ἐξίσταται πάσης τῆς ἄλλης οὐσίας. ξυρησάμενος δὲ τοῦ σώματος τὰ περιττὰ, λαμβάνει στολὴν, ἄπεισί τε πρὸς Σαμαναίους, οὔτε πρὸς γυναῖκα οὔτε πρὸς τέκνα, εἰ τύχοι κεκτημένος, ἐπιστρεφόμενος, ἤ τινα λόγον ἔτι ποιούμενος, ἢ πρὸς αὐτὸν ὅλως νομίζων. καὶ τῶν μὲν τέκνων ὁ βασιλεὺς κήδεται, ὅπως ἔχωσι τὰ ἀναγκαῖα, τῆς δὲ γυναικὸς οἱ οἰκεῖοι. ὁ δὲ βίος τοῖς Σαμαναίοις ἐστὶ τοιοῦτος. Ἔξω τῆς πόλεως διατρίβουσι, διημερεύοντες ἐν τοῖς περὶ τοῦ θείου λόγοις. ἔχουσι δὲ οἴκους καὶ τεμένη ὑπὸ τοῦ βασιλέως οἰκοδομηθέντα, ἐν οἷς οἰκονόμοι εἰσὶν, ἀπότακτόν τι λαμβάνοντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τροφὴν τῶν συνιόντων. ἡ δὲ παρασκευὴ γίνεται ὀρύζης καὶ ἄρτων καὶ ὀπώρας καὶ λαχάνων. καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸν οἶκον * ὑποσημαίνοντι κώδωνι, [καὶ] οἱ μὴ Σαμαναῖοι ἐξίασιν, οἱ δὲ προσεύχονται. εὐξαμένων δὲ, πάλιν διακωδωνίζειν, καὶ οἱ ὑπηρέται ἑκάστῳ τρύβλιον δόντες (δύο γὰρ ἐκ ταὐτοῦ οὐκ ἐσθίουσι) τρέφοντες αὐτοὺς τῇ ὀρύζῃ· τῷ δὲ δεομένῳ ποικιλίας, προστίθεται τὸ λάχανον ἢ τῆς ὀπώρας τι. τραφέντες δὲ συντόμως ἐπὶ τὰς αὐτὰς διατριβὰς ἐξίασιν. ἀγύναιοι δ' εἰσὶ πάντες, καὶ ἀκτήμονες, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν τε καὶ τῶν Βραχμάνων σέβας ἔχουσιν οἱ ἄλλοι, ὥστε καὶ τὸν βασιλέα ἀφικνεῖσθαι παρ' αὐτοὺς, καὶ ἱκετεύειν εὔξασθαί τι καὶ λιτανεῦσαι ὑπὲρ τῶν καταλαμβανόντων τὴν χώραν, ἢ συμβουλεῦσαι τί πρακτέον.

§ 18. Αὐτοὶ δὲ οὕτως πρὸς

θάνατον

θάνατον διάκεινται, ὡς τὸν μὲν τοῦ ζῆν χρόνον, ὥσπερ ἀναγκαίαν τινὰ τῇ φύσει λειτουργίαν ἀκουσίως ὑπομένειν, σπεύδειν δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολῦσαι τῶν σωμάτων. καὶ πολλάκις, ὅταν εὖ ἔχειν * σκέψωνται. [* σκήψωνται] μηδενὸς αὐτοὺς ἐπείγοντος κακοῦ, μηδὲ ἐξελαύνοντος, ἐξίασι τοῦ βίου· προειπόντες μὲν τοῖς ἄλλοις, καί ἔστιν οὐδεὶς ὁ κωλύσων· ἀλλὰ πάντες αὐτοὺς εὐδαιμονίζοντες πρὸς τοὺς οἰκείους τῶν τεθνηκότων ἐπισκήπτουσί τινα. οὕτως βεβαίαν καὶ ἀληθεστάτην, αὐτοί τε καὶ οἱ πολλοὶ, ταῖς ψυχαῖς τὴν μετ' ἀλλήλων εἶναι δίαιταν πεπιστεύκασιν. οἱ δ' ἐπειδὰν ὑπακούσωσι τῶν ἐντεταλμένων αὐτοῖς, πυρὶ τὸ σῶμα παραδόντες, ὅπως δὴ καθαρωτάτην ἀποκρίνωσι τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, ὑμνούμενοι τελευτῶσιν· ῥᾷον γὰρ ἐκείνους εἰς τὸν θάνατον οἱ φίλτατοι ἀποπέμπουσιν, ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἕκαστοι τοὺς πολίτας εἰς μηκίστας ἀποδημίας. καὶ σφᾶς μὲν αὐτοὺς δακρύουσιν, ἐν τῷ ζῆν διαμείναντας· ἐκείνους δὲ μακαρίζουσιν, τὴν ἀθάνατον λῆξιν ἀπολαμβάνοντας· καὶ οὐδεὶς οὔτε παρὰ τούτοις, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις σοφισταῖς προσελθὼν, οἷοι βέβαιοι νῦν παρ' Ἕλλησιν, ἀπορεῖν ἔδοξε λέγων, ἐὰν ὑμᾶς πάντες μιμήσωνται, τί ἡμῖν ἔσται; οὔτε διὰ τούτους συνεχύθη τὰ τῶν ἀνθρώπων· οὔτε γὰρ ἐμιμήσαντο πάντες, οἵ τε μιμούμενοι εὐνομίας μᾶλλον, οὐ συγχύσεως τοῖς ἔθνεσι γεγόνασιν αἴτιοι. καὶ μὴν οὐδὲ ὁ νόμος τούτους ἠνάγκασεν, ἀλλὰ

affecti sunt, ut totum vitæ tempus tanquam necessarium quoddam naturæ ministerium inviti tolerent, properent verò ad animarum à corpore liberationem. Et plerunque cùm se bene habere simulent, nec malum quodpiam eos premat aut abigat, sponte tamen vitâ exeunt: aliis quidem id prædicunt, sed nemo impediet: quin potiùs omnes eos jam mortuos beatos prædicantes aliqua defunctorum familiaribus & necessariis præcipiunt. Adeò tum ipsi tum etiam vulgus certam & verissimam animabus secum invicem intercedere vitæ consuetudinem persuasum habent. Illi verò postquam audierint ea quæ sibi mandata sunt, corpus igni committunt, ut scilicet animam quam purissimè à corpore separent: tandémque decantato hymno finem faciunt. Illos enim libentiùs etiam amicorum charissimi ad mortem dimittunt, quam quivis alius cives suos ad longinquas peregrinationes. Seipsos quidem lugent, quòd adhuc in vita maneant, illos verò felices prædicant, immortalem jam sortem assecutos. Nullus autem neque ad hos, neque ad alios istos suprà memoratos accedens Sophista (quale nunc est apud Græcos hominum genus) dubitare visus est, si vos, inquiens, omnes imitarentur, quid de nobis fiet? Sanè per hos res humanæ permistæ & turbatæ adhuc non fuerunt. Neque enim omnes eorum sequuntur vestigia, quique imitantur illos, potiùs æquitatis quàm confusionis gentibus fuerunt autores. Neq; profectò lex illis necessitatē aliquam imposuit,

impoſuit, ſed quæ aliis permiſit carnium eſum, eos ſui juris reliquit, eóſque tanquam lege præſtantiores venerata eſt, non verò tanquam qui primi injuſti eſſe cœperunt, pœnas lege debitas ab iis, ſed ab aliis exegit. Iis igitur qui quærunt, quid fiet, ſi omnes hujuſmodi homines imitaremur, reſpondendum eſt illud Pythagoræ: Si omnes reges fierent, vita non ſine difficultate tranſigi poterat, neque tamen regnum declinandum eſt; Et ſi omnes virtutem colerent, nullus eſſet publicæ adminiſtrationis exitus, ſuâ ſemper probitati ſervatâ mercede. Nemo tamen profectò tantùm inſaniet, ut exiſtimet non ad omnes ſpectare ad virtutem alacriter contendere. Multa quidem alia *præter carnium eſum* lex plebi conceſſit, quæ tamen neutiquam Philoſopho, imò nec honeſtè vitam degenti civilem permiſerit: neque enim ex omni artificum genere homines ad reipublicæ gubernationem admittit, etſi nullius artis tractationem prohibeat, neque ex omni vitæ inſtituto homines, attamen eos qui illiberalibus artibus dant operam, ab imperio arcet, &, ut ſummatim dicam, quæ juſtitia aliiſque virtutibus indigent ab eorum præfectura prohibet. Enimvero lex vulgus non prohibet, nè meretricibus conſueſcat: ſed à meretricibus ipſa mercedem exigens, hominibus tamen mediæ tantùm bonitatis probroſum & turpem eum meretricibus cenſet eſſe conſuetudinem. Quinetiam in cauponis vitam agere lex non vetuit, tamen ignominioſum etiam mediocriter ſolùm bono judicatur. Tale igitur quid in hoc de victu negotio videtur

τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέψας σιτεῖσθαι κρέασι, τούτους αὐτονόμους εἴασε, καὶ ἐσέφθη ὡς αὐτοῦ κρείττονας, οὐ μὴν ὡς ἀδικίας κατάρχοντας, ὑπήγαγε τῇ παρ' αὐτοῦ δίκῃ, ἀλλὰ παρ' ἑτέρων. πρὸς μέντοι τοὺς ἐρωτῶντας, τί ἔσται, μιμουμένων πάντων τοὺς τοιούτους, ῥητέον τὸ τοῦ Πυθαγόρου· καὶ γὰρ βασιλέων πάντων γενομένων, δυσδιέξακτος ὁ βίος, φησίν, ἔσται, καὶ οὐ δήπου φευκτέον τὸ τῆς βασιλείας· καὶ σπουδαίων ἁπάντων, οὐκ ἔσται εὑρεῖν πολιτείας διέξοδον * τηρούντας τὴν ἀξίαν τῇ σπουδαιότητι, καὶ οὐ δήπου τοσοῦτον ἄν τις μανείη, ὡς μὴ πᾶσιν ἐπιβάλλειν ἡγοῦνται σπουδαίοις εἶναι προθυμουμένους. πολλὰ μέντοι καὶ ἄλλα ὁ νόμος * τῶν μὲν χυδαίων [* τῷ μὲν χυδαίῳ] συγκεχώρηκεν, οὐχ ὅτι τῷ φιλοσόφῳ, ἀλλ' οὐδὲ τῷ καλῶς πολιτευομένῳ ἐπιτρέψειεν. οὐδὲ γὰρ ἐκ πάσης τέχνης προσδέξαιτ' ἂν εἰς τὸ πολίτευμα, καίτοι οὐκ ἐκώλυσε μὲν μετιέναι τὰς τέχνας, οὐδ' ἐκ παντὸς ἐπιτηδεύματος, καὶ ὅμως τοὺς ἐκ τῶν βαναύσων ἄρχειν ἀπείργει, ὅλως τε ἐν αἷς δικαιοσύνης χρεία, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, τῆς προστασίας κωλύει. οὐκοῦν οὐδ' ἑταίραις ὁμιλεῖν ἀπηγόρευσε τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ πραττόμενος ταῖς ἑταίραις τὸ μίσθωμα, ἐπονείδιστον ἡγεῖται μετρίοις ἀνδράσιν, καὶ αἰσχρὰν τὴν πρὸς ταύτας ὁμιλίαν. τό, τ' ἐν καπηλείοις διαζῆν οὐ κεκώλυκεν ὁ νόμος, καὶ ὅμως ἐπονείδιστον τῷ μετρίῳ. τοιοῦτον οὖν τι καὶ τὸ ἐπὶ τῆς δια-

διαίτης φαίνεται. καὶ οὐχ ἥτις τοῖς πολλοῖς συγκεχώρηται, ταύτην ἄν τις καὶ τοῖς βελτίστοις συγχωρήσειεν. φιλοσόφων δὲ ἀνὴρ μάλιστ᾽ ἂν τοὺς ἱεροὺς ἑαυτῷ ὑπογράψειε νόμους, οὓς θεοί τε καὶ ἄνθρωποι ἀφώρισαν, θεοῖς ἑπόμενοι. οἱ δ᾽ ἱεροὶ πεφήνασι νόμοι κατὰ ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις, ἁγνείαν μὲν, προστάττοντες, ἐμψύχων δὲ βρῶσιν ἀπαγορεύοντες, τοῖς ἱερεῦσιν ἤδη, καὶ εἰς πλῆθός τινων κωλύοντες, ἢ δι᾽ εὐσέβειαν, ἢ διά τινας βλάβας ἐκ τῆς τροφῆς. ὥστε ἢ τοὺς ἱερέας μιμητέον, ἢ πᾶσι πειστέον τοῖς νομοθέταις· ἑκατέρως γὰρ πάντων ἀφεκτέον, * τὸν νόμιμόν τε τελείως καὶ εὐσεβῶς· εἰ γὰρ κατὰ μέρος * τινὸς [* τινὲς] δι᾽ εὐσέβειαν τινῶν ἀπέχονται, ὁ περὶ πάντα εὐσεβὴς, πάντων ἀφέξεται.

§ 19. Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων (λέγουσι δ᾽ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς τὸν Μίνω.)

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας
Τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου
Ζανὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου,
Ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν,
Οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα
δοκὸς
Στεγάνους παρέχει χαλύβῳ
πελέκει,
Καὶ ταυροδέτῳ κραθεῖ-
σ᾽ ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπαρίσσου.
Ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν, ἐξ οὗ

dicendum. Non enim qui plebi conceditur, hunc etiam optimis quibúsque oportet permittere. Philosophus autem sanctissimas sibiipsi debet leges describere, quas Dii & homines Deos consectantes definierunt. Sanctæ autem gentium & civitatum leges puritatem, ut vidimus, imperant, & animalium esum prohibent, sacerdotibus scilicet, & plebi etiam aliquorum *animalium esum* interdicentes, vel pietatis nomine, vel ob damnum aliquod ex isto cibo oriundum. Adeò ut vel sacerdotes imitari deceat, vel saltem omnibus Legislatoribus obtemperare. Sed utri vis adhæreas parti, qui quod fas est perfectè & religiosè sequitur, omnibus *animalibus* abstinere debet. Etenim si illi qui in aliquibus solùm rebus sanctitatem respiciunt ideo quibusdam animalibus abstinent, ille qui in omnibus pius est ab omnibus abstinebit.

§ 19. Parùm absuit quin Euripidis quoddam dictum in medium ponere oblitus fuissem, qui Jovis in Creta vates *animalibus* abstinere his verbis ostendit (Loquuntur autem qui in choro introducuntur ad Minöem)

Tyriæ magno Phœnice satæ
Genus Europæ, summíque Jovis,
O qui Cretæ
Centena per oppida regnas,
Sacra advenio templa relinquens,
Quas prisca domos dedit indigena
Quercus Chalybes secta bipenni,
Taurique sibi glutine jungens
De verâ tigna cupressu.
Puram vitam ducimus, ex quo

Factus

Factus magni sum mysta Jovis,
Et Noctivagi vitam Zagrei,
Et crudivoras claudens epulas,
Jacto mater tibi magna faces,
Et Curetum dici incipio
Sacratus ritè Sacerdos:
Niveósque gerens habitus, fugio
Partus hominum, quæque sepultos
Monumenta tenent, nullâque utor
Dape quæ venit ex animante.

§ 20. Puritatem enim existimabant esse viri sancti, contrario non misceri, misceri verò *contrario, hoc apud illos erat* pollui. Unde victum ex terræ fructibus, non è cadaveribus sumptum, nec ex animatis paratum naturæ adhibentes, ea quæ naturæ imperio subsunt nequaquam contaminari judicârunt. Animalia autem utpote sensu prædita cædere, & animas eis eripere, viventibus scilicet inquinamentum putabant. Et multò magis, corpus aliquod quod sentiendi vim habuit, & nunc eâ privatur, adeóque jam mortuum est, viventi & sentienti commiscere. Quapropter in omnibus sanctimonia videtur constare in rejiciendo & à multis abstinendo, & contraria deserendo, ea verò quæ conveniunt & naturæ congruunt adhibendo. Ideo res Venereæ polluunt. Fit enim fœminæ & maris congressus, & semen à *fœmina* retentum animam inquinat, propter ejus cum corpore unionem, non retentum verò polluit, quia quod immittebatur jam moritur. *Congressus* autem marium cum maribus *polluit*, quia fit velut

Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμενος,
Καὶ νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτὰς,
Τάς τ' ὠμοφάγους δαῖτας τελέσας,
Μητρί τ' ὀρείᾳ δᾷδας ἀνασχὼν,
Καὶ Κουρήτων
Βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς.
Πάλλευκα δ' ἔχων εἵματα φεύγω
Γένεσίν τε βροτῶν καὶ νεκροθήκης
Οὐ χριμπτόμενος, τήν τ' ἐμψύχων
Βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

§ 20. Ἁγνείαν γὰρ ἐπίθεντο οἱ ἱερεῖς πρὸς τοὐναντίον ἀμιξίαν, μολυσμὸν δὲ, τὴν μίξιν. ὅθεν τὴν μὲν τῶν καρπῶν τροφὴν, οὐκ ἐκ νεκρῶν ληφθεῖσαν, οὐδὲ οὖσαν ἔμψυχον τῇ φύσει προσφέροντες, τὰ ὑπὸ φύσεως διοικούμενα μὴ μιαίνεσθαι ᾤοντο. τῶν δὲ ζώων αἰσθητικῶν ὄντων, τὰς σφαγὰς καὶ ἀφαιρέσεις τῶν ψυχῶν, ὡς πρὸς τοὺς ζῶντας μιασμοὺς ἡγοῦντο. καὶ πολλῷ μᾶλλον τὸ αἰσθητικὸν γενόμενον σῶμα, ἀφῃρημένον τῆς αἰσθήσεως, καὶ νεκρὸν μιγνύειν τῇ αἰσθήσει ζῶντος. διὸ ἐν πᾶσιν ἡ ἁγνεία, ἐν ἀποθέσει μὲν καὶ ἀφέξει τῶν πολλῶν καὶ ἐναντίων, * μονώσει δὲ καὶ λήψει τῶν οἰκείων καὶ προσφυῶν. διὸ καὶ τὰ ἀφροδίσια μιαίνει· σύνοδος γὰρ θήλεος καὶ ἄρρενος, καὶ κρατηθὲν μὲν τὸ σπέρμα ψυχῆς παρέχει μίανσιν, τῇ πρὸς τὸ σῶμα ὁμιλίᾳ, μὴ κρατηθὲν δὲ, τῇ νεκρώσει τοῦ παρατεθέντος. ὁ δὲ πρὸς ἄρσενας ἀρσένων, καὶ ὅτι

eis

εἰς νεκρόν, καὶ ὅτι παρὰ φύσιν. καὶ καθάπαξ ἀφροδίσια καὶ ὀνειρώξεις, ὅτι ψυχῆς * σώματι μεμιγμένης, καὶ πρὸς τὴν ἡδονὴν κατασπωμένης. μιαίνει δὲ καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς τῇ συμπλοκῇ * καὶ τοῦ ἀλόγου θηλυνομένου τοῦ ἐντὸς ἄρρενος. καὶ γάρ πως καὶ ὁ μολυσμὸς καὶ ἡ μίανσις δηλοῖ τὴν μίξιν τὴν ἑτερογενοῦς πρὸς ἕτερον, καὶ μάλισθ' ὅταν δυσέκνιπτον γένηται. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν βαμμάτων, ἃ δὴ διὰ μίξεων συνίσταται, εἴδους ἄλλου ἄλλῳ συμπλεκομένου μιαίνειν φασίν·

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα
γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

Καὶ ἔμπαλιν τὰς μίξεις φθορὰς οἱ ζωγράφοι λέγουσιν, ἡ δὲ συνήθεια τὸ ἄμικτον καὶ καθαρόν, ἄφθαρτον, καὶ ἀκραιφνὲς ἀκήρατον. καὶ γὰρ ὕδωρ γῇ ἀναμιχθὲν ἔφθαρται, καὶ οὐκ ἔστιν ἀκραιφνές. τὸ δὲ διαρρέον καὶ διατρέχον, διακρούεται τὴν προσφερομένην γῆν, ὅταν, φησὶν ὁ Ἡσίοδος, ἀπὸ κρήνης ῥέῃ ἀεννάου καὶ ἀπορρύτου, ἥτ' ἀθόλωτος. καὶ ὑγιεινόν γε τὸ πόμα, ὅτι ἀδιάφθορον καὶ ἄμικτον. καὶ θήλεια μὴ ἀναδεξαμένη εἰς ἑαυτὴν ἀναθυμίασιν σπέρματος, ἄφθορος λέγεται. ὥστε καὶ φθορὰ καὶ μίανσις ἡ τοῦ ἐναντίου μίξις. εἰ δὴ πρὸς τὰ ζῷα ἡ νεκρῶν καὶ ἡ πρὸς αἴσθησιν ζησάντων εἰς τὰ ζῷα ἔνθεσις, καὶ σαρκῶν νεκρῶν εἰς ζώσας, εἰκότως φέρει μόλυσμα καὶ τῇ * φυσικῇ [* φύσει] ἡμῶν μίανσιν, ὥσπερ αὖ καὶ ψυχὴ ὅταν ἐνσωματῶται, μεμόλυνται. Διὸ καὶ ὁ γινόμενος μιαίνει τῇ μίξει τῆς ψυχῆς, τῆς

in cadavere, & præter naturam. Et ut semel dicam, res Venereæ omnes, & pollutiones nocturnæ inquinant, quia hâc ratione anima corpori miscetur, & ad voluptatem deorsum trahitur. Animæ etiam perturbationes polluunt, quia congressus quidam fit partis rationis expertis tanquam fœminæ, & rationis veluti masculi interni. Ità pollutio & inquinamentum significat aliquo modo heterogenei cum alio mixtionem, præsertim cùm hoc diversi generis difficilè eluitur. Unde in tincturis, quæ mistione constant, quando una cum alia commiscetur species, hoc dicunt inficere.

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur.—

Et rursus, pictores colorum mixturas φθορὰς, id est, corruptiones vocant. Consuetudine etiam receptum est, ut immixtum & purum incorruptum *dicamus*, & sincerum immortale *appellemus*. Aqua enim terrâ commista corrumpitur, neque clara est. Fluens autem terram in eam delatam abigit, quando scilicet, ut ait Hesiodus, *A fonte manat perenni & defluenti, quique illimis fit.* Hujusmodi aquæ potus salubris est, quia clara & immixta. Fœmina item, quæ quæ in se non recepit seminis evaporationem, incorrupta dicitur. Adeò corruptio & pollutio est contrarii admistio. Si quidem mortua vivis miscere, & eorum quæ sensu & vitâ fruebantur frusta animalibus inserere; & carnes mortuas vivis ingerere, meritò naturam nostram polluere & inquinare *dicendum est*: sicut rursus anima contaminatur, cùm corpori concrescit. Ideo qui natus est polluit animam, eam corpo-

corporibus miſcendo: & mortuus etiam inquinat, cùm corpus mortuum relinquat, diverſi à vivo generis, & alienum. Anima etiam irâ, cupiditatibus, & paſſionum turbâ contaminatur, in quibus excitandis multùm valet victus & vitæ ratio. Quemadmodum verò aqua per rupes defluens magis incorrupta manet, quàm quæ per loca cœnoſa decurrit, eò quòd parùm limi ſecum trahat: ità etiam anima quæ in corpore ſicco, & alienarum carnium ſuccis neutiquàm humectato res ſuas adminiſtrat, melior eſt, nec corruptioni adeò obnoxia, quin & ad intelligendum expeditior. Nam & apibus optimum mel præbere aiunt thymum ſicciſſimum & acerrimum. Polluitur igitur intellectus, vel potiùs qui intelligit, quando facultati imaginativæ aut opinativæ permiſcetur, & harum operationes illius motibus confundit. Nos autem in his omnibus purgandi ratio eſt, ut ab illis nos ſeparemus, & puritas, ut illa derelinquamus, & victus, id quod vitam tuetur. Ità lapidis dixeris alimentum, quod facit ut lapis maneat, & ſoliditatem ſervet: & plantæ quod illi confert ut creſcat & fructus ferat: & animati corporis, quod ejus compagem tuetur. Aliud autem eſt nutrire, aliud pinguefacere, aliud neceſſaria ſubminiſtrare, aliud delicias ſuppeditare. Varia igitur ſunt cibi genera, varia etiam eorum quæ nutriuntur conditio: oportet quidē omnia nutrire, conari tamen, ut quæ in nobis præcipua ſunt ſaginentur. Animæ igitur ratione præditæ alimentum illud eſt, quod eam in eo ſtatu tuetur: Iſtud verò eſt intellectus. Intellectu igitur paſcenda eſt anima, & opera danda eſt ut hoc potiùs

περὶ τὰ σώματα· καὶ ὁ ἀποθανὼν, ὅταν σῶμα καταλείπῃ νεκρὸν, ἀλλόφυλον τῷ ζῶντι καὶ ἀλλότριον. μιαίνεται δὲ καὶ ἡ ψυχὴ ὀργαῖς, ἐπιθυμίαις, πλήθει παθῶν, ὧν συναίτια πως καὶ ἡ δίαιτα. ὡς δὲ ὕδωρ διὰ πέτρας ἀπορρέον * ἀδιαφθορώτερον, τοῦ δι' ἑλῶν ἰόντος, τῷ μὴ πολλὴν ἰλὺν ἀποσπᾶν· οὕτω καὶ ψυχὴ διὰ ξηροῦ σώματος καὶ μὴ χυμοῖς ἀλλοτρίων σαρκῶν ἀρδομένου τὰ ἑαυτῆς διοικοῦσα, κρείττων καὶ ἀδιάφθορος καὶ πρὸς σύνεσιν ἑτοιμοτέρα. ἐπεὶ καὶ ταῖς μελίτταις τὸ καλὸν μέλι φασὶ φέρειν τὸ ξηρότατον καὶ δριμύτατον θύμον. μιαίνεται τοίνυν ἡ διάνοια, μᾶλλον δὲ ὁ διανοούμενος, ὅταν ἡ φανταστικῇ ἢ δοξαστικῇ ἀναμίγνυται, καὶ ταῖς τούτων ἐνεργείαις ταῖς ταύτης συγκεράσηται· καθαρμὸς δὲ πάντων ὁ τούτων χωρισμὸς, καὶ ἁγνεία ἡ μόνωσις, καὶ τροφὴ τὸ τηροῦν ἕκαστον ἐν τῷ εἶναι, ὥσπερ γὰρ καὶ λίθου τροφὴν, τὸ αἴτιον τῆς συμμονῆς εἴποις ἂν, καὶ τὸ ἑκτικῶς διαμένειν· καὶ φυτοῦ, τὴν διατηροῦσαν ἐν τῷ αὔξειν καὶ καρπογονεῖν· καὶ ζώου σώματος, τὴν τηροῦσαν * αὐτοῦ τὴν σύστασιν. ἄλλο δ' ἦν, τρέφειν, ἄλλο, πιαίνειν· καὶ ἄλλο, τὸ ἀναγκαῖον διδόναι, ἄλλο, τὸ τρυφὰς πορίζειν. διάφοροι τοίνυν αἱ τροφαὶ, καὶ τὸ διάφορον τῶν τρεφομένων. καὶ δεῖ πάντα μὲν τρέφειν, σπουδάζειν δὲ πιαίνειν τὰ ἐν ἡμῖν κυριώτατα. καὶ ψυχῆς οὖν λογικῆς τροφὴ ἡ τηροῦσα λογικήν. νοῦς δὲ αὕτη. ὥστε νῷ θρεπτέον καὶ σπουδαστέον

πιαίνειν ὑπὸ τούτου * ἢ ὑπὸ τῶν βρωτῶν τὴν σάρκα· ὁ μὲν γὰρ τὴν αἰωνίαν ἡμῖν ζωὴν συνέχει, τὸ δὲ σῶμα πιαινόμενον, λιμώττειν τὴν ψυχὴν ποιεῖ ἀπὸ τῆς μακαρίας ζωῆς, καὶ τὸ θνητὸν αὔξει, παραιροῦν καὶ ἐμποδίζον πρὸς τὸν ἀθάνατον βίον· μιαίνει τε ἐνσωματοῦν τὴν ψυχὴν, καὶ κατασπῶν πρὸς τὸ ἀλλότριον. ὁ δὲ Μάγνης λίθος σιδήρῳ ψυχὴν δίδωσιν, πλησίον γενομένῳ, καὶ ὁ βαρύτατος ἀνακουφίζεται σίδηρος, πνεύματι προσανατρέχων λίθου. πρὸς θεὸν δέ τις ἀναρτηθεὶς, ἀσώματόν τε καὶ νοερὸν, τροφὴν πολυπραγμονήσει τὴν πιαίνουσαν τὸ ἐμπόδιον πρὸς νοῦν σῶμα; οὐχὶ δὲ εἰς ὀλίγον καὶ εὐπόριστον συστείλας τῆς σαρκὸς τὸ ἀναγκαῖον, αὐτὸς θρέψεται προσπεφυκὼς τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ σίδηρος τῷ μάγνητι. εἰ γὰρ καὶ τῆς ἐκ τῶν καρπῶν δίοντ' ἦν ἄνευ πραγμάτων τροφῆς ἀποστῆναι, εἰ μὴ τοῦτ' ἦν ἡμῶν τῆς φύσεως τὸ φθαρτόν. εἰ γὰρ, καθάπερ φησὶν Ὅμηρος, μηδὲ σίτου ἐδεήθημεν, μηδὲ ποτοῦ, ἵν' ὄντως ὦμεν ἀθάνατοι. καλῶς τοῦτο τοῦ ποιητοῦ παραστήσαντος, ὡς οὐ μόνον τοῦ ζῆν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀποθνήσκειν ἡ τροφὴ ὑπῆρχεν ἐφόδιον. εἰ οὖν μηδὲ ταύτης ἐδεήθημεν, πόσῳ ἂν ἦμεν μακαριώτεροι, ὅσῳ καὶ ἀθανατώτεροι. νῦν δὲ ἐν θνητῷ ὄντες, ἔτι θνητοτέρους, εἰ χρὴ οὕτως εἰπεῖν, ἀγνοοῦμεν ἑαυτοὺς ποιοῦντες, τῇ τούτου προσθήσει, οὐ πολὺ τὸ ἐνοίκιον, ὥς φησί που Θεόφραστος, τῷ σώματι διδούσης τῆς ψυχῆς, τῆς ἐν αὐτῷ κατοικήσεως, ἀλλ' ὅλην ἑαυτὴν προστιθείσης. ὡς εἴθε τὴν μυ-

pinguescat anima, quàm ut caro eduliis saginetur. Intellectus enim vitam nobis æternam conservet, corpus verò pingue redditum animam vitæ beatæ inediâ conficit, & quod in nobis est mortale fovet, & auget, nos intervertens & à vita immortali impediens; inquinat etiam animam, in corporis naturam transire faciens, eámque ad res sibi alienas deducens. Magnes quidem ferro propè admoto animâ *quasi* impertit, ferrúmq; maximi ponderis in sublime tollitur, lapidis spiritui accurrens. Qui à Deo verò incorporeo & per intellectū solùm attingendo pendet, num is cibum anxiè conquiret, qui corpus intellectui impedimentum futurum saginet? Annon potiùs corpori necessaria in angustum contrahens, ità ut facilè suppeditari possint, ipse se pascet Deo adhærendo, ídque arctiùs quàm ferrum *solet* magneti. Enimvero utinam etiam possemus à victu ex fructibus parato sine molestia abstinere, nisi quòd natura nostra ità comparata sit ut alioqui deficiat: O si, ut ait Homerus, nec cibo nec potu indigeremus, ut reverà immortales fieremus: Poetâ præclarè hoc ostendente, cibum non solùm vitam sed & mortem promovere. Si isto igitur nobis non esset opus tantò sanè essemus beatiores quantò immortalitati propinquiores. Nunc verò in statu mortalitatis positi, ei tamen, si ità loqui fas sit, magìs obnoxios nosipsos imprudentes reddimus, rebus caducis nos applicando, non solùm, ut ait Theophrastus, magnam habitationis mercedem corpori pendente animâ, sed se totam illi adjiciente. Adeò

ut

ut optandum esset posse nos facilè fabulis decantatum adversus famem & sitim remedium comparare, ità ut quis corporis sui effluxum sistens, statim optimis propè abesset, quibus eò quòd Deus accedat, Deus est dicendus. Sed quis non hominum vices lugeret, tantis obvolutorum tenebris, ut sua mala foveant quidem, odio verò habeant primùm seipsos, eúmque qui eos reverà genuit, deinde eos qui illos commonefaciant, & hortantur ut ex temulentia sua evigilent? Quocirca fortasse his omissis, ad reliqua quæ discutienda sunt transire oportet.

§ 21. Enimvero qui ritibus iis ex variis gentibus à nobis adductis, contrà opponunt Nomadas, & Troglodytas, & Ichthyophagos, ignorant eos quidem præ inopia, terra scilicet adeò infœcunda cùm sit ut nè herbas quidem ferat, solùm littora & arenas habeat, ad hanc victûs necessitatem redactos fuisse. Necessitatis autem indicium illud est, quòd igne uti non possint, præ materiæ igni fovendo aptæ penuriâ, sed super saxis & in littore pisces desiccent. Et isti quidem necessitate coacti animalibus vescuntur. quædam verò gentes agrestes fiunt & naturâ efferatæ: quarum authoritate non convenit viris perspicacibus falsum de humana natura ferre judicium. Hâc enim ratione non solùm ambigeremus utrùm animalia comedere, sed etiam utrùm homines devorare, cæteráque immania perpetrare liceret necne. Massagetæ siquidem & Derbices memorantur eos infelicissimos reputare, qui sponte na-

τεθρυλημένην ἄλιμον καὶ ἄδιψον εὔπορον ἦν καταστῆσαι, ἵν' ἄν τις τὸ διαρρέον τοῦ σώματος ἐπισχὼν, δι' ὀλίγου πρὸς τοῖς ἀρίστοις ἦν, πρὸς οἷς * ὢν [* ἂν] καὶ θεὸς, ἐστὶ θεός. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί ἄν τις ἀποκλαύσαιτο πρὸς ἀνθρώπους τοσοῦτον ἐσκοτωμένους, ὡς τὸ ἑαυτῶν κακὸν περιέπειν, μισεῖν δὲ πρῶτον μὲν ἑαυτοὺς, καὶ τὸν ὄντως αὐτοὺς τεκόντα, ἔπειτα καὶ τοὺς ὑπομιμνήσκοντας, κἀκ τῆς μέθης ἀνανῆψαι παρακαλοῦντας; διὸ μήποτε τῶν τοιούτων ἀφεμένους, χρὴ ἐπὶ τὰ λειπόμενα τῶν ζητημάτων μεταβαίνειν.

§ 21. Οἱ γὰρ δὴ πρὸς τὰ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἡμῖν παρατεθέντα νόμιμα, ἀντιπαράγοντες Νομάδας, ἢ Τρωγλοδύτας ἢ Ἰχθυοφάγους, ἀγνοοῦσιν ὡς δι' ἀνάγκην, τῆς χώρας ἀκαρπούσης ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς μηδὲ βοτάνας φέρειν, θῖνας δὲ μόνον καὶ ψάμμον, ἐπὶ τοῦτο προήχθησαν τῆς τροφῆς τὸ ἀναγκαῖον. τεκμήριον δὲ τὸ τῆς ἀνάγκης τὸ μηδὲ πυρὶ χρῆσθαι δύνασθαι, ἀπορίᾳ καυσίμου ὕλης. ἐπὶ δὲ τῶν πετρῶν ἀφαυαίνειν ἢ τῆς θινὸς τοὺς ἰχθῦς. καὶ οὗτοι μὲν δι' ἀνάγκην· τινὰ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται καὶ ἔστι φύσει θηριώδη. ἐξ ὧν οὐ προσήκει τοὺς εὐγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καταψηφίζεσθαι φύσεως. ἐπεὶ οὕτω γε ἀμφισβητήσιμον ἔσται οὐ μόνον τὸ τῆς ζωοφαγίας, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀνθρωποφαγίας καὶ τῆς ἄλλης * ἡμερότητος. [* ἀνημερότητος.] ἱστοροῦνται γοῦν Μασσαγέται καὶ Δέρβικες ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθαι τῶν οἰκείων τοὺς αὐτομάτως τελευ-

τήσωνται. διὸ καὶ φθάσαντες καταθύουσι καὶ ἑστιῶνται τῶν φιλτάτων τοὺς γεγηρακότας. Τιβαρηνοὶ δὲ ζῶντας κατακρημνίζουσιν τοὺς ἐγγυτάτω γέροντας. Ὑρκάνιοι δὲ καὶ Κάσπιοι, οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶν παραβάλλουσι ζῶντας, οἱ δὲ τεθνεῶτας. Σκύθαι δὲ συγκατορύττουσιν ζῶντας, καὶ ἐπισφάττουσι ταῖς πυραῖς, οὓς ἠγάπων οἱ τεθνεῶτες μάλιστα. καὶ Βάκτριοι μέντοι κυσὶ παραβάλλουσι ζῶντας τοὺς γεγηρακότας. καὶ τοῦτ' ἐπιχειρήσας καταλῦσαι Στασάνωρ ὁ Ἀλεξάνδρου ὕπαρχος, μικροῦ τὴν ἀρχὴν ἀπέβαλεν. ἀλλ' ὥσπερ οὐ διὰ τούτους τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἡμερότητα καταλύσομεν, οὕτως οὐδὲ τὰ δι' ἀνάγκην σαρκοφαγοῦντα ἔθνη μιμησόμεθα, τὰ δ' εὐσεβῆ καὶ θεοῖς μᾶλλον ἀνακείμενα. τὸ γὰρ κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως καὶ σωφρόνως καὶ ὁσίως Δημοκράτης ἔλεγεν οὐ κακῶς ζῆν εἶναι, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀποθνήσκειν.

turæ moriuntur. Ideóq; prævenientes amicissimos jam senescentes mactant & comedunt. Tibareni etiam jam proximè senescentes præcipites agunt. Hyrcani autem & Caspii, avibus & canibus, hi quidem vivos, illi verò mortuos objiciunt. Scythæ etiã vivos unà defodiunt cum mortuis in terra conditis amicos, vel super rogis cremandorum charissimos jugulant. Quinetiam Bactrii senescentes canib⁹ vivos exponunt. Et Stasanor Alexandri præfectus morem hunc aggressus solvere, parùm abfuit quin imperio excidisset. At quemadmodum horum exemplo moti eam quam erga homines exercemus mansuetudinem non evertimus, ità neque eas gentes quæ ex necessitate animalia comedunt imitabimur, sed religiosas potiùs & Diis devotas. Malè enim vivere, & nec prudenter, aut modestè, aut sanctè, Democrates dixit non esse male vivere, sed per longum tempus mori.

§ 22. Λοιπὸν δὲ καὶ κατ' ἄνδρα ὀλίγας μαρτυρίας τῆς ἀποχῆς παραφέρωμεν· ἓν γὰρ καὶ τοῦτ' ἦν τῶν ἐγκλημάτων. Τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν, Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν. περὶ οὗ Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν γράφει ταῦτα. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς τιμᾶν. Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῷα μὴ σίνεσθαι. τοὺς μὲν οὖν δύο, καλῶς παραδοθῆ-

§ 22. Reliquum est ut hominum aliquot singularium (gentium enim priùs adduximus) testimonia & exempla abstinentiæ in medium afferamus. Una enim erat ista etiam criminatio, *nullum nos posse hominem hujus instituti authore commemorare.* Atheniensium igitur legislatorum Triptolemum antiquissimum fuisse famâ accepimus. De quo Hermippus in libro secundo de Legislatoribus hæc scribit. Aiunt autem (inquit) Triptolemum Atheniensibus leges tulisse. Et ex illius legibus Xenocrates Philosophus asserit tres illas in Eleusine adhuc permanere. *Parentes honorato. Deos fructibus placato. Animantes non lædito.* Quarum duas pulchra

chrâ ratione traditas fuiſſe ait. Oportet enim parentibus, utpote qui nobis benefecerint, gratiam pro viribus noſtris rependere: Diis autem ex iis rebus, quas nobis noſtro commodo dederunt, primitias ſolvere. De tertia autem ambigit, quid Triptolemo in animo fuerit, cùm ab animantibus abſtinere præceperit. Utrùm, inquit, ratus flagitium eſſe id quod ejuſdem nobiſcum eſt generis omnino interficere, aut perſpiciens quòd animalia utiliſſima ab hominibus pro cibo occiderentur, & cupiens vitam noſtram manſuetam reddere, ideò conatus eſt animantium earum quæ cum hominibus verſantur, & maximè ſunt cicures, tueri vitam? Niſi fortè quia legem tulerat ut fructibus deos colerent, *ideò hanc tertiam addidit, ut ſecunda inviolata maneret*, opinatus ſcilicet hanc ſacrificandi rationem diutiùs duraturam, ſi animalium immolatio uſu non veniret. Multas verò alias eáſque non valdè accuratas *hujuſce rei* rationes reddente Xenocrate, nobis ſatìs ſit ex prædictis patere, hoc à Triptolemo in legem relatum fuiſſe. Unde qui poſtea cam violârunt, & animalia attigerunt, non niſi magnâ neceſſitate coacti, & inviti ut oſtendimus, in id peccatum inciderunt. Quinetiam Draconis lex commemoratur hujuſmodi: *Sanctio æterna eſto viris Atticam incolentibus, eáq; in perpetuū rata ſit: Dii & Heroes indigenæ publicè ſecundùm patrios ritus colantur, privatim verò pro facultatū modulo bonis verbis, & frugum primitiis & libis annuis.* Quæ lex præcipit ut fructuum quibus utimur primitiis & libis Deos veneremur.

ναι· δεῖ γὰρ τοὺς μὲν γονεῖς, εὐεργέτας ἡμῶν γεγενημένους, ἀντευποιεῖν ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται· τοῖς θεοῖς δὲ, ἀφ' ὧν ἔδωκαν ἡμῖν ὠφελίμων εἰς τὸν βίον, ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι. περὶ δὲ τοῦ τρίτου διαπορεῖ τί ποτε διανοηθεὶς ὁ Τριπτόλεμος παρήγγειλεν ἀπέχεσθαι τῶν ζώων. πότερον γάρ, φησιν, ὅλως οἰόμενος εἶναι δεινὸν τὸ ὁμογενὲς κτείνειν, ἢ συνιδὼν, ὅτι συνέβαινεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τὰ χρησιμώτατα τῶν ζώων εἰς τροφὴν ἀναιρεῖσθαι, βουλόμενος οὖν ἥμερον ποιῆσαι τὸν βίον, πειραθῆναι καὶ τὰ συνανθρωπευόμενα καὶ μάλιστα τῶν ζώων ἥμερα, διασώζειν. εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ προστάξαι τοὺς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν, ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην, εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι. πολλὰς δὲ αἰτίας τοῦ Ξενοκράτους καὶ ἄλλας οὐ πάνυ ἀκριβεῖς ἀποδιδόντος, ἡμῖν αὐτάρκως τοσοῦτον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τοῦτο νενομοθέτητο ἐκ τοῦ Τριπτολέμου. ὅθεν ὕστερον παρανομοῦντες, ὅτε ἥψαντο τῶν ζώων μετὰ πολλῆς ἀνάγκης καὶ ἁμαρτημάτων ἀκουσίων, ὥσπερ ἐπεδείξαμεν, ἐπὶ τοῦτο πεπτώκασιν. ἐπεὶ καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. Θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, * ἑπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, * πελάνοις ἐπετείοις. Τοῦ νόμου ἀπαρχαῖς καρπῶν, οἷς χρῆται ὁ ἄνθρωπος, τιμᾶν τὸ θεῖον προστάττοντος καὶ πελάνοις.

ΤΕΛΟΣ.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΛΧΟΥ

ἢ Βασιλέ͂ως,


ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ.

PORPHYRII PHILOSOPHI SIVE MALCHI


De vita

PYTHAGORÆ LIBER.

L. Holſtenio interprete.



Συμφωνεῖται μὲν δὴ παρὰ τοῖς πλείστοις Μνησάρχου γεγονέναι παῖς· περὶ δὲ τοῦ γένους τοῦ Μνησάρχου διαπεφώνηται. οἱ μὲν γὰρ Σάμιον αὐτὸν εἶναι φασί. Κλεάνθης δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μυθικῶν Σύρον ἐκ Τύρου τῆς Συρίας. σιτοδείας δὲ καταλαβούσης τοὺς Σαμίους, προσπλεύσαντα τὸν Μνήσαρχον κατ' ἐμπορίαν μετὰ σίτου τῇ νήσῳ καὶ ἀποδόμενον, τιμηθῆναι πολιτείᾳ. Πυθαγόρου δ' ἐκ παίδων εἰς πᾶσαν μάθησιν ὄντος εὐφυοῦς, τὸν Μνήσαρχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Τύρον. ἐκεῖ δὲ τοῖς Χαλδαίοις συστάντα, μετοχεῖν τούτων ἐπιπλεῖον ποιῆσαι. ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεῦθεν τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὁμιλῆσαι· δεύτερον δ' Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεο-



Conſentiens quidem ea plurimorum eſt opinio, Pythagoram Mneſarchi filium fuiſſe: at de Mneſarchi genere non omnibus convenit. Nonnulli enim Samium eum fuiſſe affirmant. Cleanthes verò libro 5. rerum fabuloſarum Syrum fuiſſe prodidit, ex Tyro Syriæ urbe. ſed fame magna exorta in Samo, Mneſarchum mercaturæ cauſa appuliſſe ad inſulam, & præmii loco civitate donatum fuiſſe. Pythagoram autem, cui à pueris ingenium ad omnes diſciplinas aptiſſimum inerat, Tyrum poſtea à Mneſarcho fuiſſe abductum, & Chaldæis ibidem commendatum, quorum doctrinâ eum imbui in primis cupiebat. reverſum autem inde in Ioniam Pythagoram, primùm Pherecydi Syrio ſeſe adjunxiſſe; deinceps Hermodamanti Creophylio, qui ſenex in Samo tum

tum degebat. Nec tamen deesse scribit Cleanthes, qui patrem ejus Tyrrenum affirment, ex illorum genere, qui Lemnum incolebant: cúmq; negotiorum causa indè in Samum venisset, permansisse isthic, civémq; factum fuisse. Mnesarcho autem in Italiam navigante, Pythagoram admodum adolescentulum unà cum ipso eódem profectum: cúmque opibus ea terra maximè floreret, ipsum deinceps navi eam repetiisse. recenset praeterea duos ipsius fratres, Eunostum, & Tyrrenum, natu majores. Apollonius autem lib. de vita Pythagoræ, matrem quoque ejus prodidit Pythaidem, quæ ab Ancæo Sami conditore genus ducebat. quin & idem Apollonius affirmat, nonnullos eum ex ipsa Apollinis & Pythaidis, verbo autem Mnesarchi filium prodidisse: ideóq; poetam quendam Samium dicere:

Pythais ex Samiis peperit pulcherrima Phœbo
Pythagoram, curam deliciásque Jovis.

Nec solum Pherecydem audivisse, sed & Hermodamanti atque Anaximandro operam dedisse idem testatur. Duris autem Samius libro 11. Horarum, filium illi fuisse scribit Arimnestum: eoque magistro usum Democritum. Arimnestum verò postliminio ab exilio reversum donarium ex ære in Junonis æde statuisse, cujus diameter duorum ferè cubitorum erat, hoc Epigrammate inscripto.

Qui tulit in lucem multa & præclara reperta,
Gnatus Arimnestus Pythagoræ hoc posuit.

φυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη γηρῶσκοντι. λέγει δὲ ὁ Κλεάνθης ἄλλους εἶναι, οἳ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυῤῥηνὸν ἀποφαίνονται, τῶν τὴν Λῆμνον ἀποικησάντων. ἐντεῦθεν δὲ κατ' ἐμπορίαν εἰς Σάμον ἐλθόντα καταμεῖναι, καὶ ἀστὸν γενέσθαι. πλέοντος δὲ τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν, συμπλεύσαντα τὸν Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῇ, σφόδρα οὖσαν εὐδαίμονα, καὶ τοθ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλεῦσαι· καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὔνοστον καὶ Τυῤῥηνὸν πρεσβυτέρους. Ἀπολλώνιος δ' ἐν τοῖς περὶ Πυθαγόρου, καὶ μητέρα ἀναγράφει Πυθαΐδα, ἀπόγονον Ἀγκαίου, τοῦ οἰκιστοῦ τῆς Σάμου. πρὸς δὲ Ἀπολλώνιος αὐτὴν ἱστορεῖν καὶ Πυθαΐδος τὸ γένος, λόγῳ δὲ Μνησάρχου φησὶν Ἀπολλώνιος. τὸν γοῦν ποιητὴν τῶν Σαμίων εἰπεῖν τινά.

Πυθαγόραν, θ' ὃν ἔτικτε Διὶ φίλον Ἀπόλλωνι
Πυθαΐς, ἣ κάλλος πλεῖστον ἔχεν Σαμίων.

Διακοῦσαι δ' οὐ μόνον Φερεκύδου, ἀλλὰ καὶ Ἑρμοδάμαντος, ἀλλὰ καὶ Ἀναξιμάνδρου φησὶν οὗτος. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ τῶν ὡρῶν, παῖδά τ' αὐτοῦ ἀναγράφει Ἀρίμνηστον, καὶ διδάσκαλόν φησι γενέσθαι Δημοκρίτου. τὸν δ' Ἀρίμνηστον κατελθόντ' ἀπὸ τῆς φυγῆς, χαλκοῦν ἀνάθημα τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ἀναθεῖναι, τὴν διάμετρον ἔχον ἐγγὺς δύο πηχέων, οὗ ἐπίγραμμα ἦν ἐγγεγραμμένον τόδε·

Πυθαγόρεω φίλος υἱὸς Ἀρίμνηστός μ' ἀνέθηκε,
Πολλὰς ἐξευρὼν εἰνὶ λόγοις σοφίας.

Τοῦτο δ' ἀνελόντα Σῖμον τὸν Ἁρμονικὸν, καὶ τὸν κανόνα σφετερισάμενον ἐξενεγκεῖν ὡς ἴδιον. εἶναι μὲν οὖν ἑπτὰ τὰς ἀναγεγραμμένας σοφίας. διὰ δὲ τὴν μίαν, ἣν Σῖμος ὑφείλετο, συναφανισθῆναι καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν τῷ ἀναθήματι γεγραμμένας. ἄλλοι δ' ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθώνακτος, τὸ γένος Κρήσσης, υἱὸν Τηλαυγῆ Πυθαγόρου ἀναγράφουσι, καὶ θυγατέρα Μυῖαν· οἱ δὲ καὶ Ἀριγνώτην· ὧν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σώζεσθαι. Τίμαιος δ' ἱστορεῖ, τὴν Πυθαγόρου θυγατέρα καὶ παρθένον οὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων ἐν Κρότωνι, καὶ γυναῖκα τῶν γυναικῶν. τὴν δ' οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι τοὺς Κροτωνιάτας· τὸν δὲ στενωπὸν καλεῖν Μουσεῖον. Λύκος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν καὶ περὶ τῆς πατρίδος ὡς διαφωνούντων τινῶν μνημονεύει λέγων· τὴν μὲν οὖν πατρίδα καὶ τὴν πόλιν, ἧς γέγονε πολίτην τὸν ἄνδρα τοῦτον συμβέβηκεν, εἰ μὴ τυγχάνεις καλειδὼς, μηδὲν διαφερέτω σοι. λέγουσι γὰρ αὐτὸν οἱ μὲν Σάμιον, οἱ δὲ Φλιάσιον, οἱ δὲ Μεταποντῖνον. ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ οἱ πλείους. τὰ μὲν τῶν μαθηματικῶν καλουμένων ἐπιστημῶν, παρ' Αἰγυπτίων τε καὶ Χαλδαίων, καὶ Φοινίκων φασὶν ἐκμαθεῖν. γεωμετρίας τε γὰρ ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐπιμεληθῆναι Αἰγυπτίους· τὰ δὲ περὶ ἀριθμούς τε καὶ λογισμοὺς, Φοίνικας· Χαλδαίους δὲ τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρήματα: περὶ δὲ τὰς τῶν θεῶν ἁγιστείας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν περὶ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων παρὰ τῶν Μάγων φησὶ διακοῦσαί τε καὶ λαβεῖν. καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν πολλοὺς ἐπιγινώσκειν, διὰ τὸ γεγρα-

Simum verò Harmonicum hoc ipsum sustulisse, & canonem musi-sicum sibimet attribuisse, ac venditâsse pro suo. Fuisse autem septem artes adscriptas: sed unâ à Simo sublatâ, cæteras quoque quæ donario erant subscriptæ, fuisse deletas. Alii ex Theano Pythanactis filia, genere Cressa, Telaugen filium, & Myiam filiam Pythagoram suscepisse scribunt: quibus Arignotam nonnulli addunt: quorũ scripta Pythagorica supersunt. Timæus verò autor est, Pythagoræ filiam, virginẽ adhuc virginei, mulierem verò muliebris chori agmen duxisse: Crotoniatas autem demum illius in Cereris ædem convertisse; angiportum verò Musæum indigitâsse. At Lycus historiarum quarto commemorat diversas de ipsius patria quorundam sententias esse, dum ait: patriam itáque & civitatem, cujus civem virum hunc esse contigit, nisi ipse videris, scire parùm tuâ intersit: quidam enim Samium eum esse dicunt, alii verò Phliasium, nonnulli Metapontinum. Præterea de doctrina quoque ejus vulgò tradunt, ipsum Mathematicas quas vocant scientias, ab Ægyptiis, Chaldæísque, & Phœnicibus didicisse. Geometriæ enim ab antiquis usque temporibus studiosissimos fuisse Ægyptios; numerorum, & proportionum Phœnices; Astronomiæ autem motuúmq; cœlestium Chaldæos. Deorum verò sacra & cultum cæteráq; vitæ instituta ex Magorum institutione eum accepisse aiunt. atq; hæc plurimis quidem esse cognita, quandoquidem literarum

monu-

monumentis perſcripta ſunt: reliqua autem ejus inſtituta minùs eſſe comperta. Cæterùm Eudoxus, lib. vii. de ſitu orbis, tantâ puritate Pythagoram uſum ſcribit, adeóq; ab omni cæde atq; mactantibus abhorruiſſe, ut non tantùm animatis abſtinuerit, ſed nec coquis nec venatoribus unquam appropinquârit. Antiphon autem libro de vita virorum virtute illuſtrium, eximiam ejus tolerantiam in Ægypto commemorat, dum ait, Pythagoram Ægyptiorum ſacerdotum inſtituta ſuſcepturum, cum omni ſtudio id ageret qui eorum particeps fieret, rogâſſe Polycratem Tyrannum, ut Amaſi Ægyptiorum regi amico atq; hoſpiti ſcriberet, ut ad doctrinam ſacerdotum, quos diximus, admitteretur. Verùm cùm ad Amaſim perveniſſet, literas ab ipſo ad ſacerdotes accepiſſe: ab Heliopolitis autem, in quos primùm inciderat, Memphin tanquam ad ſeniores fuiſſe ablegatum. atque id verè Heliopolitas prætendiſſe. Memphi eodem prætextu dimiſſum, ad Dioſpolitas acceſſiſſe. Illos verò cum metu regis cauſam nullam obtendere poſſent, exiſtimâſſe ipſum laboris & ærumnarum magnitudine à propoſito receſſurum: ideóq; dura admodum, & à Græcorum religione prorſus aliena injunxiſſe. At illum, cùm promptiſſimè ea exequeretur, uſque adeò admirationi ipſis fuiſſe, ut & ſacrificare, & ſtudiis illorum intereſſe ei liceret: quod nulli unquam extero homini contigiſſe reperitur. Reverſum autem in Ioniam, ludum in patria ape-

φέρεσθαι ἐν ὑπομνήμασι. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἧττον εἶναι γνώριμα. πλὴν τοσαύτῃ γε ἁγνείᾳ, φησὶν Εὔδοξος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς γῆς περιόδῳ κεχρῆσθαι, καὶ τῇ περὶ τοὺς φόνους φυγῇ καὶ τῶν φονευόντων, ὡς μὴ μόνον τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ μαγείροις καὶ θηράτορσι μηδέποτε πλησιάζειν. Ἀντιφῶν δ᾽ ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου τῶν ἐπ᾽ ἀρετῇ πρωτευσάντων, καὶ τὴν καρτερίαν αὐτοῦ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διηγεῖται λέγων· τὸν Πυθαγόραν ἀποδεξάμενον τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων τὴν ἀγωγὴν, σπουδάσαντά τε μεταλαβεῖν ταύτης, δεηθῆναι Πολυκράτους τοῦ τυράννου γράψαι πρὸς Ἄμασιν τὸν βασιλέα τῆς Αἰγύπτου, φίλον ὄντα καὶ ξένον, ἵνα κοινωνήσῃ τῆς τῶν προειρημένων παιδείας. ἀφικόμενον δὲ πρὸς Ἄμασιν, λαβεῖν γράμματα πρὸς τοὺς ἱερέας· καὶ συμμίξαντα τοῖς Ἡλιοπολίταις, ἐκπεμφθῆναι μὲν εἰς Μέμφιν ὡς πρὸς πρεσβυτέρους· τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ σκηπτομένων τῶν Ἡλιοπολιτῶν τὰ τοιαῦτα· ἐκ δὲ Μέμφεως κατὰ τὴν ὁμοίαν σκῆψιν πρὸς Διοσπολίτας ἐλθεῖν. τῶν δ᾽ οὐ δυναμένων προΐσχεσθαι αἰτίας, διὰ τὸ δέος τοῦ βασιλέως, νομισάντων δὲ ἐν τῷ μεγέθει τῆς κακοπαθείας ἀποστήσειν αὐτὸν τῆς ἐπιβολῆς, προστάγματα σκληρὰ καὶ κεχωρισμένα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς κελεῦσαι ὑπομεῖναι αὐτόν. τὸν δὲ ταῦτα ἐκτελέσαντα προθύμως, οὕτως θαυμασθῆναι, ὡς ἐξουσίαν λαβεῖν θύειν τοῖς θεοῖς καὶ προσιέναι ταῖς τούτων ἐπιμελείαις. ὅπερ ἐπ᾽ ἄλλου ξένου γεγονὸς οὐχ εὑρίσκεται. Ἐπανελθόντα δ᾽ εἰς τὴν Ἰωνίαν κατασκευάσαι ἐν τῇ πατρίδι διδασκαλεῖον,

διδασκαλεῖον, τὸ Πυθαγόρου καλούμενον ἔτι καὶ νῦν ἡμικύκλιον. ἐν ᾧ Σάμιοι περὶ τῶν κοινῶν συνιόντες βουλεύονται. ἔξω δὲ τῆς πόλεως ἄντρον οἰκεῖον τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας ποιήσαντα, ἐν τούτῳ τὰ πολλὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς διατρίβειν, συνόντα λόγοις τῶν ἑταίρων. γεγονότα δ' ἐτῶν τεσσαράκοντα, φησὶν ὁ Ἀριστόξενος, καὶ ὁρῶντα τὴν τοῦ Πολυκράτους τυραννίδα συντονωτέραν οὖσαν, ὥστε καλῶς ἔχειν ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ τὴν ἐπιστασίαν τε καὶ δεσποτείαν μὴ ὑπομένειν, οὕτως δὴ τὴν εἰς Ἰταλίαν ἄπαρσιν ποιήσασθαι. Διογένους δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις τὰ κατὰ τὸν φιλόσοφον ἀκριβῶς διεξελθόντος, ἔκρινα μηδαμῶς τὰ τούτου παρελθεῖν. φησὶ δὴ Μνήσαρχον Τυρρηνὸν ὄντα κατὰ γένος, τῶν Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον κατοικησάντων Τυρρηνῶν. κἀκεῖθεν μεταστάντα, πολλὰς μὲν πόλεις, πολλὰ δὲ χωρία ἐπιόντα, ἐντυχεῖν ποτε παιδὶ νηπίῳ, ὑπὸ λεύκῃ μεγάλῃ καὶ εὐφυεῖ κειμένῳ· ἐπιστάντα δὲ θεάσασθαι ὕπτιον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτεῖ, καὶ τῷ στόματι ἐνεόντα κάλαμον σμικρὸν καὶ λεπτὸν, καθάπερ αὐλόν. θαυμάσαντα δὲ καὶ δρόσῳ ἐκ τῆς λεύκης καταστάζουσῃ θεασάμενον τρεφόμενον, ἀναλαβεῖν, θείαν τινὰ νομίζοντα τὴν τοῦ παιδὸς εἶναι γένεσιν, ἀνδρωθὲν δ' ἐν Σάμῳ ἀναδεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἀνδροκλέους ἐπιχωρίου, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῷ τῆς οἰκίας ἐνεχείρισεν. βιοῦντα δ' ἐν ἀφθόνοις, ἀνατρέφειν τὸ παιδίον, Ἀστραῖον καλέσαντα, μετὰ τῶν αὐτοῦ

fuisse, quem Pythagoræ hemicyclum nunc quoque appellant: ubi Samii de publicis rebus consulturi congregantur. Antrum quoq; proprium extra urbem philosophiæ suæ constituisse, & in illo utplurimum noctes diésque versatum fuisse, & amicorum colloquiis vacâsse. Aristoxenus refert, cum, cùm jam annos quadraginta natus esset, & Polycratis tyrannidem vehementiorem cerneret, quàm ut sibi ingenuo homini imperium dominatúmque illius ferre liceret, hâc occasione in Italiam discessisse. Cæterùm cùm Diogenes libro de incredibilibus ultra Thulen accuratè de Philosophi hujus rebus exposuerit, illius quoque sententiam neutiquam mihi prætereundam censui. Refert is Mnesarchum Tyrrenum fuisse ex eorum genere, qui Lemnum, Imbrum, & Scyrum incoluere. cúmque indè discedens multas urbes variásque regiones circuiret, invenisse aliquando infantulum sub magna & procera populo collocatum, juxtáque adstantem spectâsse puerum supino in cœlum vultu, solémque inconniventibus oculis intuentem; & calamum exiguum tenerúmque instar fistulæ ori insertum: & cùm non sine admiratione rore ex populo destillante, nutriri videret, sustulisse puerum, quòd divino quodam genere prosatum crederet: (hunc cùm virilem ætatem attigisset, in Samo ab Androcle indigena in familiam cooptatum aiunt, qui rei familiaris administrationem illi commisit:) Mnesarchum verò cùm opibus abundaret, educâsse puerum, indito Astræi nomine, unà cum propriis tribus

tribus filiis, Eunosto, Tyrreno, & Pythagorâ: quem ut dixi puerum adhuc Androcles filium sibi adoptavit. Puerulum itaque ad citharœdum, palæstram, & pictorem misit: at juvenem postea Miletum ad Anaximandrum ablegavit, ut geometriam atque astronomiam addisceret. Pythagoras autem, inquit, ad Ægyptios quoque & Arabes, Chaldæos, & Hebræos accessit; apud quos & somniorum interpretandorum scientiæ accuratissimè operam dedit; tum divinatione quæ fit thure primus ipse usus est. Et in Ægypto quidem cum sacerdotibus vixit, & sapientiam, ac linguam Ægyptiorum perdidicit, atque triplex literarum genus; epistolicum scilicet, hieroglyphicum, & symbolicum. Quorum illud propriam, & communem loquendi consuetudinem imitatur; reliqua per allegorias sub quibusdam ænigmatum involucris sensum exprimunt. tum etiam de Diis accuratiorem perfectiorémque quandam doctrinam hausit. In Arabia cum rege versabatur. Babylone cum aliis Chaldæis vixit, tum Zabratum quoque frequentabat: cujus ope à prioris vitæ sordibus expurgatus fuit, & quibus rebus homini serio abstinendum, didicit, tum de rerum natura & principiis universi docentem audivit nam ex peregrinatione ad hasce gentes Pythagoras potissimam sapientiæ partem acquisivit. Astræum verò Mnesarchus Pythagoræ dono dedit. qui recepti naturam exploravit: & postquam corporis motum ac quietem probè considerâsset, doctrinâ eum imbuit: primus enim hanc artem explorandi hominum ingenia excoluit,

παίδων, τριῶν ὄντων, Εὐνόστου, καὶ Τυῤῥηνοῦ, καὶ Πυθαγόρου. ὃν καὶ υἱὸν ἔθετο Ἀνδροκλῆς ὄντα νεώτατον. παῖδα μὲν οὖν ὄντα ἔπεμψεν εἴς τε κιθαριστοῦ, καὶ παιδοτρίβου, καὶ ζωγράφου· νεανίαν δὲ γενόμενον εἰς Μίλητον πρὸς Ἀναξίμανδρον, μαθησόμενον τὰ γεωμετρικὰ καὶ ἀστρονομικά. ἀφίκετο δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίους, φησὶν, ὁ Πυθαγόρας, καὶ πρὸς Ἄραβας, καὶ Χαλδαίους, καὶ Ἑβραίους, παρ' ὧν καὶ τὴν περὶ ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβώσατο· καὶ τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ πρῶτος ἐχρήσατο· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τοῖς ἱερεῦσι συνῆν, καὶ τὴν σοφίαν ἐξέμαθε, καὶ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν· γραμμάτων δὲ τρισσὰς διαφορὰς, ἐπιστολογραφικῶν τε, καὶ ἱερογλυφικῶν, καὶ συμβολικῶν. τῶν μὲν κοινολογουμένων κατὰ μίμησιν, τῶν δὲ ἀλληγορουμένων κατά τινας αἰνιγμούς. καὶ περὶ θεῶν πλέον τι ἔμαθεν. ἔν τε Ἀραβίᾳ τῷ βασιλεῖ συνῆν, ἔν τε Βαβυλῶνι τοῖς τ' ἄλλοις Χαλδαίοις συνεγένετο, καὶ πρὸς Ζάβρατον ἀφίκετο, παρ' οὗ καὶ ἐκαθάρθη τὰ τοῦ προτέρου βίου λύματα, καὶ ἐδιδάχθη ἀφ' ὧν ἁγνεύειν προσήκει τοὺς σπουδαίους· τόν τε περὶ φύσεως λόγον ἤκουσε, καὶ τίνες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί. ἐκ γὰρ τῆς περὶ ταῦτα τὰ ἔθνη πλάνης ὁ Πυθαγόρας τὸ πλεῖστον τῆς σοφίας ἐνεπορεύσατο. τὸν δὴ Ἀστραῖον τῷ Πυθαγόρᾳ χαρίζεται Μνήσαρχος, ὁ δὲ λαβὼν καὶ φυσιογνωμονήσας, καὶ τὰς κινήσεις, καὶ τὰς ἠρεμίας τοῦ σώματος ἐπισκεψάμενος ἐπαίδευσε. ταύτην γὰρ ἠκρίβου πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην, ὁποῖός τις

φύσιν

φύσιν ἕκαστος ἐκμανθάνων. καὶ οὔτ᾽ ἂν φίλον οὔτε γνώριμον ἐποιήσατο οὐδένα, πρὶν πρότερον φυσιογνωμονῆσαι τὸν ἄνδρα, ὁποῖός ποτ᾽ ἐστίν. Ἦν δ᾽ αὐτῷ καὶ ἕτερον μειράκιον, ὃ ἐκ Θρᾴκης ἐκτήσατο, ᾧ Ζάμολξις ἦν ὄνομα. ἐπεὶ γεννηθέντι αὐτῷ δορὰ ἄρκτου ἐπεβλήθη. τὴν γὰρ δορὰν οἱ Θρᾷκες ζαλμὸν καλοῦσιν. ἀγαπῶν δ᾽ αὐτὸν ὁ Πυθαγόρας, τὴν μετέωρον θεωρίαν ἐπαίδευσε, τά τε περὶ ἱερουργίας, καὶ τὰς ἄλλας εἰς θεοὺς θρησκείας. τινὲς δὲ καὶ Θαλῆν τοῦτον φασὶν ὀνομάζεσθαι. ὡς Ἡρακλέα δ᾽ αὐτὸν προσκυνοῦσιν οἱ βάρβαροι. Διονυσοφάνης δὲ λέγει, δουλεῦσαι μὲν αὐτὸν τῷ Πυθαγόρᾳ, ἐμπεσόντα δ᾽ εἰς λῃστὰς καὶ στιχθέντα, ὅτε κατεστασιάσθη ὁ Πυθαγόρας καὶ ἔφυγε, δῆσαι τὸ μέτωπον διὰ τὰ στίγματα. τινὲς δ᾽ ἑρμηνεύεσθαι τὸ ὄνομα φασὶ Ζάμολξιν, ξένος ἀνήρ. Νοσήσαντα δὲ τὸν Φερεκύδην ἐν Δήλῳ θεραπεύσας ὁ Πυθαγόρας, καὶ ἀποθανόντα θάψας, εἰς Σάμον ἐπανῆλθε πόθῳ τοῦ συγγενέσθαι Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ. χρόνον δέ τινα αὐτοῦ διατρίβων Εὐρυμένους τοῦ Σαμίου ἀλκητοῦ ἐπεμελεῖτο. ὃς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ, καίτοι σμικρὸς τὸ σῶμα ὤν, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκράτει, καὶ ἐνίκα ὀλυμπιάσιν. τῶν γὰρ ἄλλων ἀθλητῶν κατὰ τὸν ἀρχαῖον ἔτι τρόπον τυρὸν καὶ σῦκα σιτουμένων, οὗτος Πυθαγόρου πειθόμενος, πρῶτος κρέας τεταγμένον ἐσθίων ἐφ᾽ ἑκάστην τὴν ἡμέραν, ἰσχὺν τῷ σώματι περιεποιήσατο. καίτοι γε προϊὼν τῇ σοφίᾳ ὁ Πυθαγόρας, ἀθλεῖν

naturam uniuscujusque perspiciens. Nec quenquam amicum aut familiarem sibi adscivit, quin priùs quo ingenio esset de exteriori vultûs corporisque habitu conjectâsset. Erat ipsi & alius puer quem ex Thracia sibi comparaverat, cui nomen Zamolxis: quòd recens nato pellis ursina fuisset injecta. pellem enim Thraces zalmum vocant. Hunc quia charissimum sibi Pythagoras habebat, sublimiorem illam contemplationem, tum sacrorum ritus, cæterúmq; Deorum cultum edocuit. Nonnulli Thaletis nomen huic puero fuisse affirmant: quem Herculis instar barbari venerantur. Dionysiphanes verò servum quidem Pythagoræ eum fuisse ait: sed quòd stigmatis notatus esset à latronibus in quos inciderat, cùm Pythagoras seditiosorum factionibus exagitatus solum verteret; ideo frontem ob inustas notas obvelâsse: alii Zamolxis nomen virum peregrinum significare aiunt. Cæterùm Pythagoras postquam Pherecydæ in Delo ægrotanti opem suam in morbo præstiterat, mortuúmq; humârat, in Samum deinde rediit, quòd Hermodamantis Creophylii contubernio frui averet. Cúmq; aliquandiu cum eodem vixisset, Eurymeni Samio athletæ operam impendit: is licèt staturâ exiguâ esset, Pythagoræ sapientiâ multos, procero corpore, superavit, & Olympia vicit. Nam cùm cæteri athletæ adhuc ex veteri instituto caseo & ficubus vescerentur, hic de Pythagoræ consilio primus certum quotidie carnis pondus comedens, magnum sibi corporis robur paravit. quem & sapientiâ suâ sensim imbuens Pythagoras,

horta-

hortabatur quidem ut certaret, ità tamen nè vinceret: quòd labores quidem sustinendos, invidiam autem, quæ victoriâ paratur, fugiendam existimaret. Contingit enim ferè victores, eósq; qui frondibus sparguntur pollutos esse. Postea verò cùm Samii Polycratis tyrannide oppressi tenerentur, Pythagoras indecorum sibi viro philosopho arbitratus in ejusmodi rep. vivere, in Italiam cogitare cœpit. Cúmque inter navigandum Delphos appulisset, Elegos quosdam Apollinis sepulchro inscripsit: queis indicabat, Apollinem filium quidem Sileni fuisse, interfectum autem à Pythone, & in tripode, utì vocant, conditum fuisse: cui hoc nomen obtigit, quòd tres puellæ, Triopi filiæ, Apollinem isthic eluxerint. Verùm ubi Cretam attigit, Morgi, unius ex Idæis Dactylis, sacerdotes accessit, à quibus Ceraunio lapide fuit purgatus: manè quidem pronus extensus juxta mare, noctu autem juxta flumen, agni nigri vellere redimitus. Inde ubi in Idæum antrum nigrâ lanâ amictus descendit, & dies ternovenos ex more recepto isthic exegit, & Jovi parentavit, & pulvinar vidit, quod quotannis ei sternitur. Quin & Epigramma sepulchro illius inscripsit, hoc titulo: PYTHAGORAS JOVI: cujus principium:

ZAN jacet hoc tumulo, qui vulgò Jupiter audit.

Ast ubi ad Italiam accedens Crotonem devenit, ait Dicæarchus, quasi adventante viro plurimarum regionum peragratione claro, &

μὲν παρήνει, νικᾶν δὲ μή· ὡς δέον τοὺς μὲν πόνους ὑποδέχεσθαι, τοὺς δ' ἐκ τοῦ νικᾶν φθόνους φεύγειν. συμβαίνει γὰρ καὶ ἄλλως μηδ' ἐναγεῖς εἶναι τοὺς νικῶντας καὶ φυλλοβολουμένους. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς Πολυκράτους τυραννίδος Σαμίους καταλαβούσης, οὐ πρέπον ἡγούμενος ὁ Πυθαγόρας ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ βιοῦν ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, διενοήθη εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρειν· ὡς δὲ πλέων Δελφοῖς προσέσχεν, ἐλεγεῖον τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τάφῳ ἐπέγραψε, δι' οὗ ἐδήλου, ὡς Σιληνοῦ μὲν ἦν υἱὸς ὁ Ἀπόλλων, ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Πύθωνος, ἐκηδεύθη δὲ ἐν τῷ καλουμένῳ τρίποδι, ὃς ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπωνυμίας, διὰ τὸ τρεῖς κόρας τὰς Τριόπου θυγατέρας ἐνταῦθα θρηνῆσαι Ἀπόλλωνα. Κρήτης δ' ἐπιβὰς τοῖς Μόργου μύσταις προσῄει ἑνὸς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, ὑφ' ὧν καὶ ἐκαθάρθη τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ, ἕωθεν μὲν παρὰ θαλάττῃ πρηνὴς ἐκταθεὶς, νύκτωρ δὲ παρὰ ποταμῷ, ἀρνειοῦ μέλανος μαλλοῖς ἐστεφανωμένος. εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον καλούμενον ἄντρον καταβὰς, ἔρια ἔχων μέλανα, τὰς νενομισμένας τρὶς ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψε, καὶ καθήγισε τῷ Διῒ, τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον ἐθεάσατο. ἐπίγραμμά τ' ἐνεχάραξεν ἐπὶ τῷ τάφῳ, ἐπιγράψας. ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ ΤΩ ΔΙΙ. οὗ ἡ ἀρχή.

Ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκουσιν.

Ἐπεὶ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς ἐν Κρότωνι ἐγένετο, φησὶν ὁ Δικαίαρχος, ὡς ἀνδρὸς ἀφικομένου πολυπλάνου τε καὶ περιττοῦ, καὶ κατὰ

τὴν

τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπὸ τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένην (τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν, χάριν τε πλείστην, καὶ κόσμον ἐπί τε τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ἤθους καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔχειν) οὕτως διαθεῖναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν, ὥστ' ἐπεὶ τὸ τῶν γερόντων ἀρχαῖον ἐψυχαγώγησε, πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθεὶς τοῖς νέοις, πάλιν ἡβητικὰς ἐποιήσατο παραινέσεις, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθείς· μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόως συνελθοῦσιν· εἶτα ταῖς γυναιξί, καὶ γυναικῶν σύλλογος αὐτῷ κατεσκευάσθη. Γενομένων δὲ τούτων μεγάλη περὶ αὐτὸν ηὐξήθη δόξα, καὶ πολλοὺς μὲν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ὁμιλητάς, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. ὧν μιᾶς γε Θεανοῦς καὶ διεβοήθη τοὔνομα. πολλοὺς δ' ἀπὸ τῆς σύνεγγυς βαρβάρου χώρας βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας. Ἃ μὲν οὖν ἔλεγε τοῖς συνοῦσιν οὐδὲ εἷς ἔχει φράσαι βεβαίως. καὶ γὰρ οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν παρ' αὐτοῖς σιωπή. μάλιστα μέντοι γνώριμα παρὰ πᾶσιν ἐγένετο. πρῶτον μὲν ὡς ἀθάνατον εἶναι φησὶ τὴν ψυχήν· εἶτα μεταβάλλουσαν εἰς ἄλλα γένη ζώων. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι κατὰ περιόδους τινὰς τὰ γινόμενα ποτὲ πάλιν γίνεται, νέον δ' οὐδὲν ἁπλῶς ἐστί. καὶ ὅτι πάντα τὰ γινόμενα ἔμψυχα ὁμογενῆ δεῖ νομίζειν. φαίνεται γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ δόγματα πρῶτος κομίσαι ταῦτα Πυθαγόρας. οὕτως δὲ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἐπέστρεψεν, ὥστε μιᾷ μόνον ἀκροάσει, ὥς φησι Νικόμαχος,

eximio, atq; peculiari naturæ beneficio fortunam prosperrimam ducem nacto, (quod & facie esset liberali, & staturâ procerâ, gratiæque plurimùm & decoris cùm in moribus, tum cæteris corporis gestibus inesset:) ità Crotoniatarum civitas affecta fuit, ut postquam seniorum, ex quibus urbis illius magistratus constabat, animos cœpisset, habitâ longâ & præclarâ quâdam apud adolescentulos dissertatione; rursus jussu magistratûs adhortationes ad juventutem instituerit; postea ad pueros certatim è ludis literariis ad ipsum confluentes; tandem etiam ad fœminas: nam & muliebris cœtus ejus gratiâ cogebabatur. Hoc facto magna de eo fama percrebuit, multósq; nactus est auditores; partim ex eâ civitate, non viros solùm, sed & fœminas; ex quibus unius Theanûs nomen maximè illustre est: partim ex vicina barbarorum regione: quinimò reges ipsos atque magnates. Cæterùm quid auditoribus suis tradiderit, nemo certò affirmare potest. Magnum enim & accuratum inter eos servabatur silentium. Sed hæc apud omnes pervulgata sunt: primò quidem, quod animam immortalem esse affirmaverit: deinde diversa eam animantium genera subire: adhæc, post certos temporum circuitus idem quod olim fuerat rursus fieri, & nihil omninò novum existere: & animata omnia cognata inter se ejusdémque generis existimanda esse. Primus enim omnium Pythagoras hæc dogmata in Græciam intulisse videtur. Atqui ità omnes in se convertit, ut unicâ dissertatione, referente Nicoma-

tho, quam primo ad Italiam adventu instituit, plusquam duo millia hominum oratione suâ ceperit. Qui nè domo ampliùs abessent, unà cum liberis atque conjugibus commune quoddam auditorium ingenti magnitudine statuerunt; & eam Italiæ partem quæ magna Græcia vulgò dicitur, conditis urbibus occupârunt: leges quoque atque statuta ab ipso, ut divina præcepta accipientes: præter quas quidquam facere nefas erat. Iidem bona sua in commune conferebant; & Pythagoram inter Deos numerabant. Ideòque quotiescunq; ex scientiæ suæ secretis scitum aliquid & elegans aliis essent tradituri, & ex quo multæ Physicæ conclusiones deducerentur, tum inprimis tetractyn quam vocant, sive quaternionem, jurabant per eam, & Pythagoram Dei instar, veluti testem jurisjurandi appellantes, omnibus abs se confirmatis addebant:

ἣν ἐποιήσατο τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς, πλέον ἢ δισχιλίους ἑλεῖν τοῖς λόγοις. ὡς μηκέτι οἴκαδ' ἀποστῆναι, ἀλλ' ὁμοῦ σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν ὁμακοεῖόν τι παμμέγεθες ἱδρυσαμένους, πολίσαι τὴν πρὸς πάντων ἐπικληθεῖσαν μεγάλην Ἑλλάδα ἐν Ἰταλίᾳ· νόμους τε παρ' αὐτοῦ δεξαμένους καὶ προστάγματα, ὡσανεὶ θείας ὑποθήκας, ἐκτὸς τούτων πράττειν μηδέν· οὗτοι καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς ἔθεντο, καὶ μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν κατηρίθμουν. διόπερ ἔν τι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀπορρήτων προχειριζόμενοι, γλαφυρὸν ἄλλως γὰρ πρὸς πολλὰ διατεῖνον φυσικὰ συμπεράσματα, τὴν τε λεγομένην τετρακτὺν, δι' αὐτῆς ἐπώμνυον, ὡς θεόν τινα τὸν Πυθαγόραν ἐπιφθεγγόμενοι πάντες. ἐπεὶ φασὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν βεβαιουμένοις,

Juro tibi hunc à quo datus ille quaternio menti
Nostræ, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Quascunq; verò civitates in itinere suo per Italiam atque Siciliam, partim quidem jam à multis annis, partim recens adeò, servitute à se invicem oppressas offendit, animo ad libertatem adspirante complens, per auditores suos, quos è singulis civitatibus habebat, in libertatem asseruit: Crotonem scilicet, & Sybarin, Catanam, Regium, Himeram, Agrigentum, & Tauromenium, aliásque nonnullas: quibus etiam leges scivit per Charondam Catanæum & Zaleucum Locrum; quarum gratià vicini longo tempore ipsarum instituta

Ἃς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ νεωστὶ, φρονήματι ἐλευθερίῳ πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ, ἠλευθέρωσε, Κρότωνα, καὶ Σύβαριν, καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ Ταυρομένιον, καὶ ἄλλας τινὰς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Καταναίου, καὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ, δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοι-

χοις ἄχρι πολλοῦ γεγόνασι. Σύμιχος δ' ὁ Κεντορυπίνων τύραννος ἀκούσας αὐτοῦ, τήν τ' ἀρχὴν ἀπέθετο, καὶ τῶν χρημάτων τὰ μὲν τῇ ἀδελφῇ, τὰ δὲ τοῖς πολίταις ἔδωκε. Προσῆλθον δ' αὐτῷ, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, καὶ Λευκανοὶ καὶ Μεσσάπιοι, καὶ Πευκέτιοι, καὶ Ῥωμαῖοι. ἀνεῖλε δ' ἄρδην στάσιν, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν γνωρίμων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπογόνων αὐτῶν ἄχρι πολλῶν γενεῶν, καὶ καθόλου ἀπὸ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ πόλεων πασῶν, πρός τε ἑαυτὰς, καὶ πρὸς ἀλλήλας. πυκνὸν γὰρ ἦν πρὸς ἅπαντας αὐτῷ πολλοὺς καὶ ὀλίγους τόδε τὸ ἀπόφθεγμα· φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ, καὶ περικοπτέον πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ μηχαναῖς παντοίαις ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμαθίαν, κοιλίας δὲ πολυτέλειαν, πόλεως δὲ στάσιν, οἴκου δὲ διχοφροσύνην, ὁμοῦ δὲ πάντων ἀμετρίαν. Εἰ δὲ δεῖ πιστεύειν τοῖς ἱστορήσασι περὶ αὐτοῦ, παλαιοῖς τε οὖσι καὶ ἀξιολόγοις, μέχρι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων διϊκνεῖτο αὐτοῦ ἡ νουθέτησις. τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον λυμαινομένην τοὺς ἐνοίκους κατασχὼν, ὥς φασι, καὶ ἐπαφησάμενος χρόνον συχνὸν, ψωμίζας τε μάζῃ καὶ ἀκροδρύοις, ὁρκώσας τε μηκέτι ἐμψύχου ἐφάπτεσθαι, ἀπέλυσεν. ἡ δ' εὐθὺς εἰς τὰ ὄρη καὶ τοὺς δρυμοὺς ἀπαλλαγεῖσα, οὐκέτ' ὤφθη παράπαν ἐπιοῦσα οὐδ' ἀλόγῳ ζώῳ. Βοῦν δ' ἐν Τάραντι ἰδὼν παμμιγεῖ νομῇ κυάμων χλωρῶν ἐφαπτόμενον, τῷ βουκόλῳ παραστὰς, συνεβούλευσεν εἰπεῖν τῷ βοῒ, τῶν κυάμων ἀπέχεσθαι. προσπαίξαντος δ' αὐτῷ τοῦ βου-

tuta ſequi ac æmulari voluerunt. Symichus verò Centorupinorum tyrannus, ipſo audito imperium depoſuit: opéſque ſuas partim ſorori, partim civibus donavit. Venêre autem ad ipſum, ut Ariſtoxenus refert, & Lucani, & Meſſapii, & Picentini, & Romani: ſuſtulitq; penitus omnes diſcordias, non à notis ſolùm & familiaribus, eorúmq; poſteris ad aliquot ſæcula, ſed ab omnibus omnino Italiæ atque Siciliæ civitatibus, tam inteſtinas quàm externas. Crebrò enim ei in ore erat apud quoſvis, ſive plures ii ſimul eſſent ſive pauci, hoc apophthegma: fugandum omni conatu, & igni atque ferro, & quibuſcunque denique machinis præſcindendum à corpore quidem morbum, ab anima ignorantiam, à ventre luxuriam, à civitate ſeditionem, à familia diſcordiam, à cunctis denique rebus exceſſum. Quòd ſi fides adhibenda illis qui de eo ſcripsêre, autoribus antiquis ſanè & præjudicatæ autoritatis, etiam ad bruta animalia uſque præcepta admonitionésque ejus ſeſe extendebant. Urſam enim Dauniam, quæ incolas maximo damno afficiebat, comprehenſam & diu contrectatam, panis quoque offulis & pomis quibuſdam paſtam, adjuratámque nè quicquam animatum ampliùs attingeret, rurſum dimiſit. Illa verò in montes ſylváſque ſe abdidit, nullúmque poſtea nè brutum quidem animal invadere viſa fuit. Cúmque bovem juxta Tarentum temere & promiſcuè paſcentem, fabas virides attigiſſe videret, bubulcum acceſſit, ſuaſitque bovi edicere, ut à fabis abſtineret. At cùm bubulcus eum

irridens

irridens responderet, nescire se bovinari: ipse accessit, & bovi in aurem insusurravit, adeò ut non solùm agro fabis consito abscederet, sed nunquam in posterum fabas attingeret, qui postea plurimis annis Tarenti circa Junonis templum obversatus consenuit, Bos sacer vulgò appellatus; cibis vescens quos obvius quisque offerret. Aquilam verò in ludis Olympicis caput ejus supervolitantem, cùm sortè fortuna de auguriis & symbolis signísque divinis ad familiares dissereret, quódque Dii hominibus verâ pietate præditis quædam significent, atque prænuncient, ex aere deduxisse, manúque pertractatam rursum dimisisse dicitur. Cúmque piscatoribus adstaret verriculum bene onustum è fundo extrahentibus, quantam piscium copiam attraherent prædixit, ipsum quoque numerum expressè definiens. Cúmq; illi facturos se promitterent quodcunque tandem imperaret, si hæc ità se haberent, præcepit ut pisces vivos mari redderent, priùs tamen exactè eos dinumerans: & quod multò magis mirandum, toto illo tempore quo numerabantur nullus ex piscibus extra aquam degentibus ipso adstante expiravit. Multis quoque qui eum accedebant in memoriam revocavit priorem vitam, quam anima ipsorum, antequam isti corpori illigaretur, olim vixerat: & irrefragabilibus argumentis ostendebat seipsum Euphorbum Panthi filium fuisse. Et ex Homericis versibus illos maximè prædicabat, & suavissimè ad lyram accinebat:

κόλλη, καὶ φάναι ὡς οὐκ εἰδείη βουκολεῖν, προσελθόντα, καὶ εἰς τὸ οὖς προσψιθυρίσαντα τῷ ταύρῳ, οὐ μόνον τότ' ἀποστῆσαι τοῦ κυαμῶνος, ἀλλὰ καὶ αὖθις μηδέποτε κυάμων θιγεῖν· μακροχρονιώτατον δ' ἐν Τάραντι κατὰ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν γηράσαντα διαμεμενηκέναι, τὸν ἱερὸν καλούμενον βοῦν, τροφὰς σιτούμενον, ἃς οἱ ἀπαντῶντες ὤρεγον. Ἀετὸν δ' ὑπερπετόμενον ὀλυμπιάσι, προσομιλοῦντος αὐτοῦ τοῖς γνωρίμοις ἀπὸ τύχης τε περὶ οἰωνῶν, καὶ συμβόλων, καὶ διοσημείων, ὅτι παρὰ θεῶν ἀγγελίαι τινές, καὶ αὗται τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλέσι τῶν ἀνθρώπων, καταγαγεῖν λέγεται, καὶ καταψήσαντα πάλιν ἀφεῖναι. δικτυουλκοῖς τ' ἐπιστάντα ἔτι τῆς σαγήνης ἐκ βυθοῦ πολὺν φόρτον ἐπισυρομένης, ὅσον πλῆθος ἐπισπῶνται προειπεῖν, τῶν ἰχθύων ὁρίσαντα τὸν ἀριθμόν· καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑποσχομένων ὅ τι ἂν κελεύῃ πράξειν, εἰθ' οὕτως ἀποβαίη, ζῶντας ἀφεῖναι πάλιν κελεῦσαι τοὺς ἰχθύας, πρότερόν γε ἀκριβῶς διαριθμήσαντα· καὶ τὸ θαυμασιώτερον, ὅτι οὐδεὶς ἐν τοσούτῳ τῆς ἀριθμήσεως χρόνῳ τῶν ἰχθύων ἐκτὸς ὕδατος μεινάντων ἀπέπνευσεν, ἐφεστῶτος αὐτοῦ. πολλοὺς δὲ τῶν ἐντυγχανόντων ἀνεμίμνησκε τοῦ προτέρου βίου, ὃν αὐτῶν ἡ ψυχὴ πρὸ τοῦ τῷδε τῷ σώματι ἐνδεθῆναι πάλαι ποτ' ἐβίωσε. καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφαινεν Εὔφορβον τὸν Πάνθου. καὶ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων ἐκείνους μάλιστα ἐξύμνει, καὶ μετὰ λύρας ἐμμελέστατα ἀνέπεμπεν·

Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,
Πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.
Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης
Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ,
Καλὸν, τηλεθάον. τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσι
Παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ.
Ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ,
Βόθρου τ' ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ.
Τοῖον Πάνθου υἱὸν ἐϋμμελίην Εὔφορβον
Ἀτρεΐδης Μενέλαος, ἐπεὶ κτάνε, τεύχε' ἐσύλα.

Gratáque caesaries maduit conspersa cruore,
Atque auro rutili crines argentóque decori.
Quale per aestatem viridantis germen olivae
Sedulus agricola in campo producit amoeno,
Quam rigat allapsu vicina rivulus unda:
Et blandae mulcent animae clementibus aurae,
Letáque canenti vestit sese undique flore.
At si fortè ruat vehementi turbine ventus;
Sternit humi affligitque ima de stirpe revulsam.
Talem Panthoidem dejectum vulnere acerbo,
Atrides vitâ exutum spoliabat & armis.

Τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργολικῇ Ἥρᾳ Εὐφόρβου τοῦ Φρυγὸς τούτου ἀσπίδος, παρίεμεν ὡς πάνυ δημώδη. Καύκασον δ' ἔφασαν τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνοντά ποτε προσειπεῖν· καὶ ὁ ποταμὸς μέγα καὶ τρανὸν ἀπεφθέγξατο, πάντων ἀκουόντων· χαῖρε Πυθαγόρα. μιᾷ τε καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔν τε Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι, καὶ διαλέχθαι κοινῇ τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις αὐτὸν διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες, σταδίων ἐν μεταιχμίῳ παμπόλλων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑπαρχόντων, οὐδ' ἡμέραις ἀνυσίμων πάνυ πολλαῖς. τὸ μὲν γὰρ ὅτι τὸν μηρὸν χρυσοῦν ἐπέδειξεν Ἀβάριδι τῷ Ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλωνα εἶναι τὸν ἐν Ὑπερ-

Ea enim quae de Euphorbi Phrygis scuto, Mycenis in honorem Argivae Junonis cum aliis spoliis Trojanis suspenso, referuntur, ut nimis pervulgata praeterimus. Caucasus quoq; fluvius transeuntem cum multis amicorum allocutus, & clarâ aeq; liquidâ voce cunctis audientibus dixisse fertur, *Salve Pythagora*. Quin etiam unâ eâdémque die & Metaponti in Italia, & Tauromenii in Sicilia, amicis quos utrobique habebat adfuisse, & in publico coetu adloqutum fuisse omnes propemodum affirmant; cùm multorum stadiorum, quà terrâ quà mari, intervallum intercedat, nonnisi complurium dierum itinere conficiendum. Quod enim Abaridi Hyperboreo, qui Apollinem Hyper-

boreum

boreum esse credebat, cujus sacerdos Abaris erat; mirantem ostenderit femur, quæ verum id esse confirmaret, nemo non novit. Quódque navi quâdam appellente, & amicis precantibus sibi merces quas vehebat obtingere, Pythagoras dixerit: ergò mortuum vobis erit: navisque accedens mortuum tulerit; & sexcenta alia multò admirabiliora, atque diviniora de hoc viro constanter atque uno ore affirmantur. Ut simpliciter loquendo de nemine quoquam plura & præclariora credantur. Illius enim prædictiones terræmotuum certissimæ commemorantur, & pestis averruncationes præsentissimæ: ventorum quoque violentorum, grandinisque profusissimæ compressiones, & tempestatum, tam in fluminibus, quàm in mari serenationes, ad facilem & secundum amicorum trajectum. Empedoclem quoque & Epimenidem, atque Abarim, cùm hæc ab illo hausissent, talia passim perpetrâsse aiunt: & poemata illorum hoc manifestè testari. Quin & Empedocli cognomen erat Alexanemi, sive Averrunci ventorum; Epimenidi verò purgatoris, Abaridi Æthrobatæ, sive Aerambuli. Quandoquidem is sagittæ Apollinis Hyperborei, quam dono acceperat, inequitans, fluvios & maria, aliaque loca inaccessa, per aerem quasi volitans transibat: quod & Pythagoram fecisse nonnulli suspicantur, cùm Metaponti, & Tauromenii amicos unâ eadémque die utrobique conveniret. Animi verò corporisque affectus rhythmis, carminibúsque & incantationibus sedabat. Et hæc quidem adhibebat amicis: ipse verò universi con-

βορέων, ὧν ἦν ἱερεὺς ὁ Ἄβαρις, βεβαιῶσαι ὡς τοῦτ' ἀληθές, πεφρόνηκεν· καὶ ὅτι νεώς καταπλεούσης, καὶ τῶν φίλων εὐχομένων τὰ ἐμπορεύματα ἐλθεῖν αὐτοῖς, ὁ Πυθαγόρας εἶπεν· ἔσται τοίνυν ὑμῖν νεκρός· καὶ ἡ ναῦς κατέπλευσεν ἔχουσα νεκρόν. μυρία δ' ἕτερα θαυμασιώτερα καὶ θειότερα περί τ' ἀνδρὸς ὁμαλῶς καὶ συμφώνως εἴρηται. ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ περὶ οὐδενὸς ὑπερβάλλειν μείονα, οὐδὲ περιττότερα. προρρήσεις τε γὰρ σεισμῶν ἀπαραβάτους διαμνημονεύονται αὐτοῦ, καὶ λοιμῶν ἀποτροπαὶ σὺν τάχει, καὶ ἀνέμων βιαίων χαλαζῶν τ' ἐκχύσεως καταστολαί, καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλαττίων ἀνεμοδιακρίσεις πρὸς εὐμαρῆ τῶν ἑταίρων διάβασιν. ὧν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἐπιμενίδην, καὶ Ἄβαριν, πολλαχοῦ ἐπιτετελεκέναι τοιαῦτα. δῆλα δ' αὐτῶν τὰ ποιήματα ὑπάρχει, ἄλλως τε καὶ ἀλεξάνεμος μὲν ἦν τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέους, καθαρτὴς δὲ τὸ Ἐπιμενίδου, αἰθροβάτης δὲ τὸ Ἀβάριδος· ὅτι ἄρα ὀϊστῷ τῷ ἐν Ὑπερβορέοις Ἀπόλλωνος δωρηθέντι αὐτῷ ἐποχούμενος, ποταμούς τε καὶ πελάγη, καὶ τὰ ἄβατα διέβαινεν, ἀεροβατῶν τρόπον τινά. ὅπερ ὑπενόησαν καὶ Πυθαγόραν τινὲς πεπονθέναι τότε, ἡνίκα ἐν Μεταποντίῳ καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις ὡμίλησε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς, καὶ μέλεσι, καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σωματικά. Καὶ τοῖς μὲν ἑταίροις ἡρμόζετο ταῦτα· αὐτὸς δὲ τῆς τοῦ

παντὸς

παντὸς ἁρμονίας ἠκροᾶτο, συνιεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν κατ᾽ ταύτας κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας, ἧς ἡμᾶς μὴ ἀκούειν, διὰ σμικρότητα τῆς φύσεως· τούτοις καὶ Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων περὶ αὐτοῦ·

Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
Ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.
Ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,
Ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσσεσκεν ἕκαστα,
Καί τε δέκ᾽ ἀνθρώπων καί τ᾽ εἴκοσιν αἰώνεσσι.

Τὸ γὰρ περιώσια, καὶ τῶν ὄντων λεύσσεσκεν ἕκαστα, καὶ πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφατικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἔν τε τῷ ὁρᾶν, καὶ τῷ ἀκούειν, καὶ τῷ νοεῖν τοῦ Πυθαγόρου. τὰ δ᾽ οὖν τῶν ἑπτὰ ἀστέρων φθέγματα, καὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν, ἐπὶ ταύτης τε τῆς ὑπὲρ ἡμᾶς, λεγομένης δὲ κατ᾽ αὐτοὺς ἀντίχθονος, τὰς ἐννέα μούσας εἶναι διεβεβαιοῦτο. τὴν δὲ πασῶν ἅμα σύγκρισιν καὶ συμφωνίαν, καὶ ὥσπερ συνδεσμόν, ἧσπερ ὡς ἀϊδίου τε καὶ ἀγεννήτου μέρος ἑκάστη καὶ ἀπόρροια, Μνημοσύνην ὠνόμαζεν· Τὴν δὲ καθ᾽ ἡμέραν αὐτοῦ διαγωγὴν ἀφηγούμενος ὁ Διογένης φησὶν, ὡς ἅπασιν μὲν παρηγγύα, φιλοτιμίαν φεύγειν καὶ φιλοδοξίαν, τὸ μάλιστα φθόνον ἐργάζεσθαι. ἐκτρέπεσθαι δὲ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν ὁμιλίας. τὰς γοῦν δια-

centum auribus percipiebat. Intelligebat enim totam illam & generalem orbium cœlestium, stellarúmque quæ in orbibus istis moventur, harmoniam: quam nos ob naturæ imbecillitatem non audimus. Hæc Empedocles quoque de Pythagora hisce versibus testatur.

Horum de numero quidam præstantia nôrat
Plurima, mentis opes amplas sub pectore servans:
Omnia vestigans sapientûm docta reperta.
Nam quoties animi vires intenderet omnes,
Solerti subitò perspexit singula mente,
Usque decem aut viginti etiam mortalia secla.

Quod enim inquit, *præstantia*, & *entia singula perspexit*, & *mentis*, sive *sapientiæ opes*, & similia; indicant, exquisitam & accuratissimam in Pythagora præ aliis corporis animíq; constitutionem, in videndo, audiendóque, & intelligendo. Sonos ergò illos quos edunt septem stellæ errantes, & orbis stellarum fixarum, tum terra nostræ huic opposita, quam antichthona appellant, novem Musas esse affirmabat. Cœtum verò & concentum omnium simul, & veluti nexum mutuum, cujus utpote æterni & ingeniti pars unaquæque est & portio, Mnemosynem vocabat. At Diogenes quotidianam ejus vivendi rationem exponens, refert illum omnes admonuisse, ut ambitionem, gloriæq; cupidinem fugerent: quod his omnium maximè invidia conflaretur: vulgi colloquia, atq; commercia

mercia devitarent. Quin & exercitationes matutinas domi propriæ habebat, animum suum ad lyram componens, & veteres quasdam Thaletis Pæanas accinens. Homeri quoque & Hesiodi carmina accinebat, quibus animus emolliri, atque tranquillior reddi videbatur. Quin & saltationes quasdam saltitabat, quas agilitatem, atque sanitatem corpori conciliare existimabat. Nec deambulationes promiscuè cum multis conficiebat, sed uno tantùm vel altero comite in templis aut lucis; seligens sibi loca ab omni strepitu remotissima & amœnissima. Amicorum amantissimus erat; quippe qui primus pronunciavit: Amicorum omnia esse communia, & amicum esse alterum ipsum. Et dum quidem rectè valerent, semper cum iis conversabatur: si quo corporis morbo laborarent, eos curabat; sin animo ægrotassent, solabatur, ut diximus, dolorem partim incantationibus, magicisque carminibus, partim verò musicâ. Erant enim ei peculiaria quædam carmina, quibus corporum morbis medebatur: quæ cùm accineret, ægros pristinæ sanitati restituebat. Erant etiam quibus doloris oblivionem inducebat, & iram mitigabat, & libidinem importunam eximebat. Quod ad victum pertinet, prandium quidem ejus favo aut melle constabat: cœna verò pane ex milio, & pulte, & coctis crudisq; oleribus: rarissimè autem carne ex victimis sacrificiorum: neq; ea promiscuè ex quavis parte. Deorum penetralia subiturus, ibiq; aliquandiu commoraturus, cibis famem sitimq; arcentibus ut plurimùm utebatur. Et fami quidem arcendæ com-

περιβολὰς καὶ αὐτὸς ἕωθεν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐποιεῖτο, ἁρμοζόμενος πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ ᾄδων παιᾶνας ἀρχαίους τινὰς Θάλητος. καὶ ἐπῇδε τῶν Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, ὅσα καθημεροῦν τὴν ψυχὴν ἐδοκίμασε. καὶ ὀρχήσεις δέ τινας ὑπωρχεῖτο, ὁπόσας εὐκινησίαν καὶ ὑγείαν τῷ σώματι παρασκευάζειν ᾤετο· τοὺς δὲ περιπάτους οὐδ' αὐτὸς ἐπεδόνας μετὰ πολλῶν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ δεύτερος ἢ τρίτος ἐν ἱεροῖς ἢ ἄλσεσιν, ἐπιλεγόμενος τῶν χωρίων τὰ ἡσυχαίτατά τε καὶ περικαλλέστατα. τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν. καὶ ὑγιαίνουσι μὲν αὐτοῖς ἀεὶ συνδιέτριβεν, κάμνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς δὲ νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, καθάπερ ἔφαμεν, τοὺς μὲν ἐπῳδαῖς καὶ μαγείαις, τοὺς δὲ μουσικῇ. ἦν γὰρ αὐτῷ μέλη καὶ πρὸς νόσους σωμάτων παιώνια, ἃ ἐπᾴδων ἀνίστη τοὺς κάμνοντας. ἦν ἃ καὶ λύπης λήθην εἰργάζετο, καὶ ὀργὰς ἐπράϋνε, καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπους ἐξῄρει. τῆς δὲ διαίτης τὸ μὲν ἄριστον ἦν κηρίον ἢ μέλι· δεῖπνον δ' ἄρτος ἐκ κέγχρων, ἢ μᾶζα, καὶ λάχανα ἑφθὰ καὶ ὠμά· σπανίως δὲ κρέας ἱερείων θυσίμων, καὶ τοῦτο οὐδ' ἐκ παντὸς μέρους. τά γε μὴν πλεῖστα ὁπότε θεῶν ἀδύτοις ἐγκαταδύεσθαι μέλλοι, καὶ ἐνταῦθα χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψειν, ἀλίμοις ἐχρῆτο καὶ ἀδίψοις τροφαῖς· τὴν μὲν ἄλιμον συντιθεὶς ἐκ μήκωνος

σπέρματος καὶ σησάμου, καὶ φλοιοῦ σκίλλης πλυνθείσης ἀκριβῶς, ἕως τ' ἂν τοῦ περὶ αὐτὴν ὀποῦ καθαρθείη· καὶ ἀσφοδέλων ἀνθερικῶν, καὶ μαλάχης φύλλων, καὶ ἀλφίτων, καὶ κριθῶν, καὶ ἐρεβίνθων· ἃ δὴ κατ' ἴσον πάντα σταθμὸν κόψαντα μέλιτι ἀνέδευεν Ὑμηττίῳ. τὴν δ' ἄδιψον ἐκ σικύων σπέρματος, καὶ ἀσταφίδος λιπαρᾶς, ἐξελὼν αὐτῆς τὰ γίγαρτα, καὶ ἄνθους κορίου, καὶ μαλάχης ὁμοίως σπέρματος, καὶ ἀνδράχνης, καὶ τυροῦ κνήστεως, καὶ ἀλεύρου πάλης, καὶ γάλακτος λίπους· ἃ δὴ πάντα ἀνεμίγνυε μέλιτι νησιωτικῷ. ταῦτα δ' Ἡρακλέα παρὰ Δήμητρος ἔφασκε μαθεῖν στελλόμενον εἰς τὴν Λιβύην τὴν ἄνυδρον. ὅθεν αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα ὥσπερ ἐπὶ στάθμης τὴν αὐτὴν ἕξιν διεφύλαττεν· οὐ ποτὲ μὲν ὑγιαῖνον, ποτὲ δὲ νοσοῦν· οὐδ' αὖ ποτὲ μὲν πιαινόμενον καὶ αὐξανόμενον, ποτὲ δὲ λεπτυνόμενον καὶ ἰσχναινόμενον. ἥ τε ψυχὴ τὸ ὅμοιον ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παρεδήλου. οὔτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλέον, οὔθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο· οὐδ' ἐπίδηλος ἦν χαρᾷ ἢ λύπῃ κάτοχος· ἀλλ' οὐδὲ γελάσαντα ἢ κλαύσαντά τις πώποτ' ἐκεῖνον ἐθεάσατο. θύων τε θεοῖς ἀνεπαχθὴς ἦν, ἀλφίτοις τε καὶ πεμμάτῳ καὶ λιβανωτῷ, καὶ μύρρῃ τοὺς θεοὺς ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις δ' ἥκιστα· πλὴν εἰ μή ποτε ἀλεκτρυόσιν, καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἁπαλωτάτοις. ἐβουθύτησε δέ ποτε σταίτινον, ὥς φασι, βοῦν, οἱ ἀκριβέστεροι, ἐξευρὼν τῆς ὀρθογωνίου τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον δυναμένην ταῖς περιεχούσαις. ὅσα γε μὴν τοῖς προσιοῦσι διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς,

ponebat ex semine papaveris & sesamo, ac cortice scillæ probè lotæ, donec à succo exteriori repurgaretur; ex floribus asphodelorum, & foliis malvæ; ex polenta, hordeo atque cicere. Quæ omnia æquali pondere minutim concisa Hymettio melle in massam redigebat. Contra sitim autem præparabat ex semine cucumeris, & uva passa pinguiori, exemptis acinis, & flore coriandri, item ex semine malvæ & portulacâ, ac casei ramentis, ex polline farinæ, & pinguedine lactis: cuncta hæc melle insulano inter se commiscebat. Eam rationem Herculem à Cerere edoctum affirmabat, cùm in Libyam aridam mitteretur. Unde & corpus, quasi in quodam æquilibrio, habitum eundem constanter servabat; non ut modò sanum, modò ægrum; modò pingue & crassum, modò tenue & macilentum esset. Animi etiam similes semper mores ex vultu relucebant. Nec is voluptate largiùs diffundebatur, nec mœrore contrahebatur: neque unquam gaudio vel dolore occupatus apparuit. At nec ridentem illum vel flentem unquam quis vidit. Cúmque Diis sacrificaret non molestâ & invidiosâ profusione, sed farre, & libo, item thure atq; myrrha Deos placabat, nequaquam verò animalibus: nisi fortè gallis gallinaceis, & porcellis tenellulis. Quin & bovem ex farina confectum, ut accuratiores affirmant, immolavit: cùm reperisset, latus subtensum trianguli rectanguli lateribus continentibus æquivalere. Quæcunque apud auditores disserebat, aut perspicuâ & copiosa oratione,

one, aut obscurè & per ænigmatum involucra præcipiebat. Duplex enim illi docendi modus erat: atque ex discipulis alii Mathematici, alii verò auscultatores vocabantur. Mathematici quidem, quotquot pleniorem atque elaboratam scientiæ rationem percipiebant: Auscultatores verò, qui summa tantùm capita præceptáq; literarum sine accuratiori enarratióne audiebant. Præcipiebat autem, de Deorum quidem Dæmonúmque atq; heroum genere summa cum reverentia loquendum, & quamoptimè sentiendum. Parentibus atq; benefactoribus benevolentiam exhibendam: legibus obtemperandum: Deos obiter non adorandos, nec nisi domo eo animo egressus accedas. Diis cœlestibus imparia, terrestribus autem paria sacrificanda. Oppositarum enim potentiarum alteram quidem meliorem, unitatem, lucem, dexterum, æquale, stabile, & rectum appellabat; deteriorem verò, binarium, tenebras, sinistrum, inæquale, instabile & mobile. Præterea & hæc præcipiebat, plantam sativam atque fructiferam, tum & animalia hominum generi innoxia, nec perdenda, nec lædenda esse. Non solùm pecuniarum, sed & sermonum depositum depositori bonâ fide servandum. Tria constituenda genera rerum omni studio prosequendarum atque comparandarum. Primum quidem earum quæ gloriosæ atque honestæ sunt: alterum vitæ usui inservientium: tertium verò atque postremum rerum jucundarum sive conjunctarum cum voluptate. voluptatem autem non plebeiam atque fascinantem, sed solidam gra-

ἢ συμβολικῶς παρῄνει. διττὸν γὰρ ἦν αὐτῷ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα. καὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν ἐκαλοῦντο μαθηματικοί, οἱ δ' ἀκουσματικοί. καὶ μαθηματικοὶ μὲν, οἱ τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες. ἀκουσματικοὶ δ' οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες. παρῄνει δὲ, περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρωϊκοῦ γένους εὔφημον εἶναι, καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν· γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέταις εὔνουν. νόμοις δὲ πείθεσθαι. προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παρέργου τοὺς θεοὺς, ἀλλ' οἴκοθεν ἐπὶ τοῦτο ὡρμημένους. καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις θεοῖς περιττὰ θύειν· τοῖς δὲ χθονίοις ἄρτια. ἐκάλει γὰρ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὴν μὲν βελτίονα, μονάδα, καὶ φῶς, καὶ δεξιὸν, καὶ ἴσον, καὶ μένον, καὶ εὐθύ. τὴν δὲ χείρονα, δυάδα, καὶ σκότος, καὶ ἀριστερὸν, καὶ ἄνισον, καὶ περιφερὲς, καὶ φερόμενον. παρῄνει δὲ καὶ τοιάδε. φυτὸν ἥμερον καὶ ἔγκαρπον, ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μηδὲ βλαβερὸν εἶναι πέφυκε τῷ ἀνθρωπείῳ γένει, μήτε φθείρειν, μήτε βλάπτειν. παρακαταθήκην δὲ μὴ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ λόγων, πιστῶς τῷ παρακαταθεμένῳ φυλάσσειν. τριττὰς δ' ἡγεῖσθαι διαφορὰς τῶν ἀξίων σπουδῆς πραγμάτων, ἃ καὶ μετιτέον καὶ μεταχειριστέον. πρῶτον μὲν τῶν εὐκλεῶν καὶ καλῶν· εἶτα τῶν πρὸς τὸν βίον συμφερόντων· τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν τῶν ἡδέων· ἡδονὴν δὲ οὐ προσίετο τὴν δημώδη καὶ γοητευτικὴν, ἀλλὰ

τὴν βέβαιον καὶ συμφορητικὴν, καὶ καθαρεύουσαν διαβολῆς. δῆλον γὰρ εἶναι διαφορὰν ἡδονῶν· τὴν μὲν γαστρὶ καὶ ἀφροδισίοις διὰ πολυτελείας κεχαρισμένην ἀπείκαζε ταῖς ἀνδροφόνοις τῶν Σειρήνων ᾠδαῖς· τὴν δ' ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίοις, ὁμοίως καὶ παραχρῆμα ἡδεῖαν, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἀμεταμέλητον· ἣν ἔφασκεν ἐοικέναι μουσῶν τινι ἁρμονίᾳ. δύο τε μάλιστα καιροὺς παρηγγύα ἐν φροντίδι θέσθαι· τὸν μὲν ὅτε εἰς ὕπνον τρέποιτο· τὸν δὲ ὅτε ἐξ ὕπνου διανίςατο. ἐπισκοπεῖν γὰρ προσήκει ἐν ἑκατέρῳ τούτοιν, τά τε ἤδη πεπραγμένα, καὶ τὰ μέλλοντα· τῶν μὲν γινομένων εὐθύνας παρ' ἑαυτοῦ ἕκαστον λαμβάνοντα· τῶν δὲ μελλόντων πρόνοιαν ποιούμενον. πρὸ μὲν οὖν τοῦ ὕπνου ταῦτα ἑαυτῷ τὰ ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον.

vémque atque omni crimine puram admittebat. Duplex enim voluptatum discrimen esse, quarum illam quæ ventri & Veneris libidinibus opum profusione indulget, Syrenum homicidis cantionibus comparabat. Alteram verò quæ in rebus honestis atque justis & ad vitam necessariis consistit, eam pariter & in præsentiarum jucundam esse, neque postmodum pœnitentiam comitem habere. Hanc ille musarum cuidam concentui similem esse dicebat. Duorum temporum potissimùm curam rationémq; habendam monebat: ejus scilicet quo cubitum itur; & quo cubitu rursum surgitur. Utroq; enim tempore cum animo perpendendum, & jam ante peracta, & mox peragenda. Atque actorum quidem rationes unicuique à semetipso exigendas: futuris autem cautè providendum. Ideóque unumquemque hos versus ante somnum sibi ipsi occinere voluit.

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Πρὸ δὲ τῆς ἐξαναστάσεως ἐκεῖνα.
Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναςὰς,
Εὖ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

Nec fessa in dulcem declines lumina somnum,
Quin ter cuncta priùs reputaveris acta diei.
Quæ prætergressus, quid gessi in tempore? quid non?
Illos verò antequam surgeret:
E somno primùm evigilans cùm strata relinquis,
Disponas animo luce expedienda futura.

Τοιαῦτα παρῄνει· μάλιστα δ' ἀληθεύειν. τοῦτο γὰρ μόνον δύνασθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν θεῷ παραπλησίους· ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, ὡς παρὰ τῶν μάγων ἐπυνθάνετο, ὃν Ὠρομάζην καλοῦσιν ἐκεῖνοι, ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτί· τὴν δὲ ψυ-

Talia præcipere solebat: inprimis autem veritati studendum. Solùm enim illud homines Deo similes efficere posse. Nam & Deum ipsum, utì ex Magis cognoverat, quem illi Oromaidem appellant, corpore quidem lumini, animâ autem

tem veritati similem esse. Docebat & alia hujusmodi, quæ Delphis ex Aristoclea se audivisse dicebat. Quædam etiam arcano modo quasi per ænigmata proferebat; quorum pleraq; Aristoteles perscripsit. Verbi gratiâ, cùm mare lacrymam appellaret: ursas verò polares, Rheæ manus; Pleiadem, musarum lyram; planetas, canes Proserpinæ: sonum autem qui æris percussu redditur, dæmonis cujusdam vocem esse in ipso ære inclusam. Erat & aliud quoddam symbolorum genus hujusmodi: Stateram non transiliendam: hoc est, avaritiam fugiendam. Ignem gladio non fodiendum: id est, tumidum, & iracundum asperis verbis non commovendum. Coronam non vellicandam: hoc est, leges non violandas: illæ enim civitatum coronæ sunt. Præter hæc & alia hujusmodi: cor non comedendum: hoc est non oportere semetipsum mœrore conficere. Chœnici seu modio non insidendum; sive non ignaviter vivendum. Ubi profectus fueris non revertendum: hoc est, in mortis articulo vitam non desiderandam. Publicâ viâ non incedendum; quo vulgi opiniones sequi vetabat: sed paucorum atque eruditorum sectandas. Hirundines in ædes non recipiendas: hoc est, garrulos & intemperantioris linguæ homines in contubernium non admittendos. Homines onera imponendo non detrahendo juvandos: quo admonebat, non ad ignaviam, sed ad virtutem operam aliis commodandam. Deorum imagines in annulis non ferendas: id est, sapientiam sermonémq; de Diis non

τὴν ἀλήθειαν. καὶ ἄλλ' ἄττα ἐπαίδευεν, ὅσα παρὰ Ἀριστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι. Ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν. οἷον, ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει εἶναι δάκρυον· τὰς δὲ ἄρκτους, Ῥέας χεῖρας· τὴν δὲ Πλειάδα, Μουσῶν λύραν· τοὺς δὲ πλανήτας, κύνας τῆς Περσεφόνης. τὸν δ' ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γινόμενον ἦχον, φωνὴν εἶναι τινὸς τῶν δαιμόνων, ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ. Ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων τοιοῦτον· Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τοῦτ' ἔστι, μὴ πλεονεκτεῖν. Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν· ὅπερ ἦν, μὴ τὸν ἀνοιδοῦντα καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις παρατεθηγμένοις. Στέφανόν τε μὴ τίλλειν, τουτέστι, τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι. στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι. πάλιν δ' αὖ ἕτερα τοιαῦτα, οἷον, Μὴ καρδίαν ἐσθίειν· οἷον, μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις. Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι· οἷον, μὴ ἀργὸν ζῆν. Μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι· μὴ ἔχεσθαι τοῦ βίου τούτου ἀποθνήσκοντα. Τάς τε λεωφόρους μὴ βαδίζειν· δι' οὗ ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἐκώλυεν· τὰς τε τῶν ὀλίγων καὶ πεπαιδευμένων μεταθεῖν. Μηδὲ χελιδόνας ἐν οἰκίαις δέχεσθαι· τουτέστι, λάλους ἀνθρώπους καὶ περὶ γλῶτταν ἀκρατεῖς ὁμωροφίους μὴ ποιεῖσθαι. φορτίον δὲ συναναπιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγκαθαιρεῖν δὲ μή. δι' οὗ παρῄνει, μηδενὶ πρὸς ῥᾳστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμπράττειν. θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν. τουτέστι, τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον

χρῆσθαι μηδὲ φανερὸν ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν. Σπονδάς τε ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῶν ἐκπωμάτων· ἐπειδήπερ γὰρ ᾐνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ. αὕτη γὰρ δι' ὤτων χωρεῖ. Μηδ' ἐσθίειν ὅσα μὴ θέμις· γένεσιν, αὔξησιν, ἀρχήν, τελευτήν, μηδ' ἐξ ὧν ἡ πρώτη τῶν πάντων ὑπόθεσις γίνεται. ἔλεγε δ' ἀπέχεσθαι τῶν καταθυομένων ὀσφύος, καὶ διδύμων, καὶ αἰδοίων, καὶ μυελοῦ, καὶ ποδῶν, καὶ κεφαλῆς. ὑπόθεσιν μὲν γὰρ τὴν ὀσφὺν ἐκάλει· διότι ἐπὶ ταύτῃ ὡς ἐπὶ θεμελίῳ συνίσταται τὰ ζῷα. γένεσιν δὲ τοὺς διδύμους καὶ αἰδοῖα· ἄνευ γὰρ τῆς τούτων ἐνεργείας οὐ γίνεται ζῷον. αὔξησιν δὲ τὸν μυελὸν ἐκάλει, ὃς τοῦ αὔξεσθαι πᾶσι ζῴοις αἴτιος. ἀρχὴν δὲ τοὺς πόδας· τὴν δὲ κεφαλὴν τελευτήν· αἳ τὰς μεγίστας ἡγεμονίας ἔχει τοῦ σώματος. ἴσα δὲ κυάμων παρῄνει ἀπέχεσθαι, καθάπερ ἀνθρωπίνων σαρκῶν. ἱστοροῦσι δ' αὐτὸν ἀπαγορεύειν τὸ τοιοῦτο, ὅτι τῆς πρώτης ἀρχῆς καὶ γενέσεως ταραττομένης, καὶ πολλῶν ἅμα συνωθουμένων καὶ συσπειρομένων, καὶ συσσηπομένων ἐν τῇ γῇ, κατ' ὀλίγον γένεσις καὶ διάκρισις συνέστη, ζῴων τε ὁμοῦ γεννωμένων, καὶ φυτῶν ἀναδιδομένων, τότε δὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς σηπεδόνος, ἀνθρώπους συστῆναι, καὶ κυάμους βλαστῆσαι. τούτου τε φανερὰ ἐπῆγε τεκμήρια· εἰ γάρ τις διατραγὼν κύαμον, καὶ τοῖς ὀδοῦσι λεάνας, ἐν ἀλέᾳ τῆς τοῦ ἡλίου βολῆς καταθείη πρὸς ὀλίγον, εἶτ' ἀποστὰς ἐπανέλθοι μετ' οὐ πολύ, εὕροι ἂν ὀδωδότα ἀνθρωπείου φόνου· εἰ δὲ καὶ ἀνθοῦντος

tempore passim in promptu habendum, nec in vulgus efferendum. Libamina Diis facienda juxta auriculam poculorum. Eo enim indicabat Deos musicâ honorandos ac celebrandos esse: ea enim aures penetrat. nec edenda ea quæ nefas est edere; generationem scilicet, incrementum, principium, finem: neq; ea ex quibus prima rerum omnium basis atque fundamentum constat. Abstinendum enim dicebat à victimarum lumbis, testiculis, pudendis, medullâ, pedibus, atq; capite; nam lumbos basin vocabat: quòd animalia eis tanquam fundamento innixa subsistant: ortum verò sive generationem, testiculos, atque pudenda: absque horum enim operâ nullum animal generatur. Incrementum appellabat medullam: quæ cunctis animalibus incrementi causam præstat. Principium vocabat pedes; caput autem finem, quòd iis potissimùm corpus regatur. Fabis verò æquè atque humanis carnibus abstinendum monebat. Referunt autẽ ipsum hujusmodi ob causam hoc interdixisse. Cùm primum rerum principium atque origo invicem conturbata essent, multáque simul in terra confusa inter se coaluissent simúlque computruissent, paulatim singula exorta atque discreta fuisse. Cúmque simul & animalia nascerentur & plantæ producerentur; tum ex eadem putredine & homines extitisse, & fabas effloruisse. Cujus rei manifesta adducebat argumenta. Si quis enim fabam arrodat, dentibúsq; comminutam ferventibus solis radiis paululum exponat, & post exiguum temporis intervallum redeat, humani crucris odorem in ea percipiet. Præterea si quis

quis eo tempore cùm fabæ florem emittunt, paululùm aliquid floris jam nigricantis accipiat, & in vas fictile immissum & operculo obtectum humi defodiat, atque ità defossum dies nonaginta conservet, túmq; effossum rursus promat, atq; operculum tollat, loco fabæ, aut pueruli caput, aut pudendum muliebre enatum videbit. Sed & aliis quibusdam abstinendum præcipiebat, scilicet vulvâ, mullo, atque urticâ, cæterisque ferè marinis omnibus. Quin & semetipsum ad quosdam jam vitâ functos referebat: primò quidem Euphorbum se fuisse asserens, deinde Æthalidem, tertiò Hermotimum, quartò Pyrrhum, tandem verò Pythagoram: quibus ille animam immortalem esse ostendebat. Et queis animus erat ritè perpurgatus, iis vitam jam olim exactam in memoriam revocabat.

Philosophiam autem profitebatur cujus scopus erat, insitam nobis mentem ex hujusmodi impedimentis vinculísq; eruere atque in libertatem vindicare: sine qua nullus omnino sanum aliquid verúmque, cujuscunque tandem sensûs ope atq; beneficio, discere atque perspicere potest. Nam *mens*, ex ipsius sententia, *cuncta cernit, cunctáque audit: surda, cæca, cætera.* Perpurgatæ autem deinde utilia quædam & profutura exhibenda sunt. Exhibebat autem ea certis quibusdam machinis rationibúsque excogitatis. Principio quidem semet ipsum sensim ad rerum æternarum ejusdémq; generis & incorporearum, perpetuò secundùm idem atque eodem modo se habentium contemplationem assuefaciens: à minutioribus or-

ἐν τῷ βλαστάνειν τὸν κύαμον, λαβών τις ἀποχάζοιτο τοῦ ἄνθους βραχὺ, ἐνθεὶν ἀγγείῳ κεραμίῳ, καὶ ἐπίθημα ἐπιθεὶς ἐν γῇ κατορύξειεν, καὶ ἐνενήκοντα παραφυλάξειεν ἡμέρας μετὰ τὸ κατορυχθῆναι, εἶτα μετὰ ταῦτα ὀρύξας λάβοι, καὶ ἀφέλοι τὸ πῶμα, εὕροι ἂν ἀντὶ τοῦ κυάμου ἢ παιδὸς κεφαλὴν συνεστῶσαν, ἢ γυναικὸς αἰδοῖον. ἀπέχεσθαι δὲ καὶ ἄλλων παρῄνει· οἷον μήτρας τε καὶ τριγλίδος, καὶ ἀκαλήφης, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων θαλασσίων ξυμπάντων. ἀνέφερεν δ᾽ αὐτὸν εἰς τοὺς πρότερον γεγονότας· πρῶτον μὲν Εὔφορβος λέγων γενέσθαι, δεύτερον δ᾽ Αἰθαλίδης, τρίτον Ἑρμότιμος, τέταρτον δὲ Πύῤῥος, νῦν δὲ Πυθαγόρας· δι᾽ ὧν ἐδείκνυεν, ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ τοῖς κεκαθαρμένοις εἰς μνήμην τοῦ παλαιοῦ βίου ἀφικνεῖται.

Φιλοσοφίαν δ᾽ ἐφιλοσόφησεν, ἧς ὁ σκοπὸς, ῥύσασθαι καὶ διελευθερῶσαι τῶν τοιούτων εἱργμῶν τε καὶ συνδέσμων τὸν κατακεχωρισμένον ἡμῶν νοῦν· οὗ χωρὶς ὑγιὲς οὐδὲν ἂν τις οὐδ᾽ ἀληθὲς τὸ παράπαν ἐκμάθοι, οὐδ᾽ ἂν κατίδοι δι᾽ ἧστινοσοῦν ἐνεργῶν αἰσθήσεως· Νοῦς γὰρ, καθ᾽ αὐτὸν, πάνθ᾽ ὁρᾷ καὶ πάντ᾽ ἀκούει· τὰ δὲ ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά. καθαρθέντι δὲ τούτῳ δεῖ προσάγειν τι τῶν ὀνησιφόρων. προσῆγε δὲ ταῦτα μηχανὰς ἐπινοῶν· πρῶτον μὲν παιδαγωγῶν ἑαυτὸν ἠρέμα πρὸς τὴν τῶν ἀϊδίων καὶ ὁμοφύλων αὐτῷ ἀσωμάτων ἀεὶ καὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων θέαν· ἐκ τῶν καταλλήλων προσβιβάζων· μὴ συν-

ταραχθεὶς

ταραχθεὶς τῇ ἄφνω καὶ ἀθρόως μεταβολῇ ἀποστραφῇ καὶ ἀνανεύσῃ, διὰ τὴν τοσαύτην τε καὶ τοσούτῳ χρόνῳ τροφῆς κακίαν. μαθήμασι τοίνυν, καὶ τοῖς ἐν μεταιχμίῳ σωμάτων τε καὶ ἀσωμάτων θεωρήμασι (τριχῇ μὲν διαστατὰ ὡς σώματα, ἄνευ δ' ἀντιτυπίας ὡς ἀσώματα) προγυμνάζων κατὰ βραχὺ πρὸς τὰ ὄντως ὄντα, ἀπὸ τῶν μηδέποτε κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἐν ταυτῷ μηδ' ἐφοσονοῦν διαμενόντων σωματικῶν, τὰ τῆς ψυχῆς ὄμματα μετὰ τεχνικῆς ἀγωγῆς εἰς τὴν ἔφεσιν τῶν τροφῶν περιάγων. δι' ὧν ἀντεισάγων τὴν τῶν ὄντως ὄντων θέαν, μακαρίως ἀπετέλει. ἡ μὲν οὖν περὶ τὰ μαθήματα γυμνάσια εἰς τοῦτο παρείληπτο. ἡ δὲ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία, ὡς ἄλλοι τέ φασι, καὶ Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πάνυ συνετῶς ἐν ἕνδεκα βιβλίοις συναγαγὼν τὰ ἀρέσκοντα τοῖς ἀνδράσι, διὰ τοῦτο ἐπετηδεύθη. μὴ δυνάμενοι γάρ, φησί, τὰ πρῶτα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς τῷ λόγῳ παραδοῦναι, διά τε τὸ δυσθεώρητον αὐτῶν καὶ δυσέξοιστον, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμούς, εὐσήμου διδασκαλίας χάριν, μιμησάμενοι τοὺς γεωμέτρας καὶ τοὺς γραμματιστάς. ὡς γὰρ οὗτοι τὰς δυνάμεις τῶν στοιχείων καὶ αὐτὰ ταῦτα βουλόμενοι παραδοῦναι, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς χαρακτῆρας, τούτους λέγοντες ὡς πρὸς τὴν πρώτην διδασκαλίαν στοιχεῖα εἶναι· ὕστερον μέντοι διδάσκουσιν, ὅτι οὐκ ἔστι στοιχεῖα οἱ χαρακτῆρες, ἀλλὰ διὰ τούτων ἔννοια γίνεται τῶν πρὸς ἀλήθειαν στοιχείων. καὶ οἱ

dine progrediens: ne subitâ, atque repentinâ mutatione avertatur atq; renuat, ob tantam támque diuturnam nutrimenti pravitatem. Mathematicis itaq; scientiis, & speculationibus illis quæ inter corpora atq; incorporea media sunt, & quasi in utrorumque confinio, (triplicem enim dimensionem corporum instar habent, sed absque resistentia tanquam incorporea) veluti præexercitationibus paulatim ducebatur, ad contemplationem eorum quæ verè existunt; artificiosâ quadam ratione mentis oculos à rebus corporeis, nunquam secundum idem atque eodem modo in uno eodémq; statu vel tantillulum permanentibus; ad alimentorum desiderium abducens. Quorum ope contemplationem eorum quæ verè existunt introducendo, homines beatos reddebat. Mathematicarum ergò artium usus in hunc finem adhibebatur. Doctrinam numerorum autem, ut inter alios Moderatus Gaditanus affirmat, qui Pythagoreorum placita xi. libris eruditissimè complexus est, hanc ob causam studiosè excoluerunt: cùm enim primas, inquit, formas, primáque principia oratione perspicuè explicare nequirent, quod & intellectu & prolatu difficillima sint, ad numeros, manifestioris doctrinæ causâ, confugêre: Geometras atq; literatores imitati. ut enim hi literas earúmque potestatem tradituri, ad notas illas confugiunt, easque veluti prima docendi elementa esse dicunt. Nihilominus postea docent, notas illas non esse elementa; sed illarum operâ vera elementa cognosci. Et Geometræ cùm formas

formas incorporeas verbis proponere non valeant, ad figurarum descriptiones confugiunt: dicentes hoc (Δ) triangulum esse; non quod hoc ipsum, quod sub aspectum cadit, triangulum esse velint; sed istud quod ejusmodi figuram obtinet, quódq; hujus ope conceptum atque cognitionem trianguli animo repræsentat. Idem ergò & Pythagorei in primis rationibus sive affectionibus formísque fecêre. Cùm enim incorporeas formas ac prima principia verbis tradere non possent, ad demonstrationem per numeros confugerunt: atq; ita unitatis quidem, & identitatis atque æqualitatis rationem, causámque amicæ conspirationis atque mutuæ affectionis & conservationis universi, secundùm idem atque eodem modo se habentis, unum appellabant. Unum enim illud, quod in particularibus conspicitur, tale existit, partibus unitum & conspirans, ob primæ causæ participationem. Diversitatis autem atque inæqualitatis, omnísq; dividui & in continua mutatione versantis, & modò hoc, modò illo modo sese habentis biformem rationem, binarium vocabant. Nam & binarii in rebus particularibus talis natura est. Neque rationes istæ à Pythagoricis solùm agnoscuntur, ab aliis verò non item: sed & cæteros philosophos potentias quasdam unitivas, atque universa hæc continentes, reliquisse videmus. Et extant apud eos rationes quædam æqualitatis, dissimilitudinis, atque diversitatis. Hasce ergò rationes, ut docendi modus magis perspicuus foret, unitatis atque binarii nômine appellârunt. Nihil autem apud eos

γεωμέτραι μὴ ἰσχύοντες τὰ σωματοειδῆ λόγῳ παραστῆσαι, παραγίνονται ἐπὶ τὰς διαγραφὰς τῶν σχημάτων, λέγοντες εἶναι τρίγωνον Δ τόδε. οὐ τοῦτο βουλόμενοι τρίγωνον εἶναι τὸ ὑπὸ τὴν ὄψιν ὑποπίπτον· ἀλλὰ τὸ τοιοῦτο, καὶ διὰ τούτου τὴν ἔννοιαν τοῦ τριγώνου παριστᾶσι. καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων οὖν λόγων καὶ εἰδῶν τὸ αὐτὸ ἐποίησαν οἱ Πυθαγόρειοι, μὴ ἰσχύοντες λόγῳ παραδοῦναι τὰ ἀσώματα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς, παρεγένοντο ἐπὶ τὴν κατὰ τῶν ἀριθμῶν δήλωσιν. καὶ οὕτω τὸν μὲν τῆς ἑνότητος λόγον, καὶ τὸν τῆς ταυτότητος καὶ τῆς ἰσότητος, καὶ τὸ αἴτιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων, τοῦ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος, ἓν προσηγόρευσαν· καὶ γὰρ τὸ ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἓν τοιοῦτον ὑπάρχει, ἡνωμένον τοῖς μέρεσιν, καὶ σύμπνουν, κατὰ μετουσίαν τοῦ πρώτου αἰτίου. τὸν δὲ τῆς ἑτερότητος καὶ ἀνισότητος, καὶ παντὸς τοῦ μεριστοῦ, καὶ ἐν μεταβολῇ, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντος, δυοειδῆ λόγον, καὶ δυάδα προσηγόρευσαν· τοιαύτη γὰρ κἂν τοῖς κατὰ μέρος ἡ τῶν δύο φύσις. καὶ οὗτοι οἱ λόγοι οὐ κατὰ τούτους μέν εἰσι, κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς οὐκέτι· ἀλλ' ὅτι ἰδεῖν καὶ τοὺς ἄλλους φιλοσόφους δυνάμεις τινὰς ἀπολιπόντας ἑνοποιοὺς καὶ διακρατητικὰς τῶν ὅλων οὔσας. καὶ εἰσί τινες καὶ παρ' ἐκείνοις λόγοι ἰσότητος, καὶ ἀνομοιότητος, καὶ ἑτερότητος. τούτους οὖν τοὺς λόγους, εὐσήμου χάριν διδασκαλίας, τῷ τοῦ ἑνὸς ὀνόματι προσαγορεύουσιν, καὶ τῷ τῆς δυάδος· οὐ διαφέρει δέ γε τοῖς αἰ-

τοῖς

τοῖς ἢ δυοειδὲς ἢ ἀνισοειδὲς εἰπεῖν, ἢ ἑτερoειδές· ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος. πᾶς γὰρ κατά τινων δυνάμεων τέτακται. πάλιν γὰρ ἔστι τι ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἔχον ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τελευτήν· κατὰ τὸ τοιοῦτο εἶδος, καὶ κατὰ τῆς φύσεως, τὸν τρία ἀριθμὸν κατηγόρησαν. διὸ καὶ πᾶν τὸ μεσότητι προσσχηματιζόμενον, τριοειδὲς εἶναι φασίν. οὕτως δὲ καὶ πᾶν τὸ τέλειον προσηγόρευσαν. καὶ εἴ τι δὲ τέλειον, τοῦτό φασιν ἐκείνῃ τῇ ἀρχῇ προσκεχρῆσθαι, καὶ κατ' ἐκείνην κεκοσμῆσθαι. ἣν ἄλλως μὴ δυνάμενοι ὀνομάσαι, τῷ τῆς τριάδος ὀνόματι ἐπ' αὐτῆς ἐχρήσαντο· καὶ εἰς ἔννοιαν αὐτῆς βουλόμενοι εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς, διὰ τοῦ εἴδους τούτου ταύτῃ ἦγαγον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δ' ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος· ἧτοι οὖν οἱ λόγοι, καθ' οὓς οἱ ῥηθέντες ἀριθμοὶ ἐτάγησαν. καὶ οἱ ἑξῆς περιέχονται ὑπὸ μιᾶς τινος ἰδέας καὶ δυνάμεως. ταύτην δὲ δεκάδα, οἷον δεχάδα, προσηγόρευσαν. διὸ καὶ τέλειον ἀριθμὸν τὸν δέκα εἶναι λέγουσιν· μᾶλλον δὲ τελειότατον ἁπάντων, πᾶσαν διαφορὰν ἀριθμῶν, καὶ πᾶν εἶδος λόγου, καὶ ἀναλογίαν ἐν ἑαυτῷ περιειληφότα. εἰ γὰρ ἡ τοῦ παντὸς φύσις κατ' ἀριθμῶν λόγους τε καὶ ἀναλογίας περατοῦται· καὶ πᾶν τὸ γινόμενον, καὶ αὐξανόμενον, καὶ τελειούμενον κατ' ἀριθμῶν λόγους διεξάγει· πάντα δὲ λόγον, καὶ πᾶσαν ἀναλογίαν, καὶ πᾶν εἶδος ἀριθμῶν περιέχει ἡ δεκάς· πῶς οὐ καὶ τέλειος ὁ δέκα ἀριθμὸς λέγοιτο αὐτή; Ἡ μὲν δὴ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγ-

differt, sive biforme, sive inæquiforme, sive diversimodum dicatur. Atque eadem ratio in cæteris quoque numeris obtinet. Singuli enim certarum quarundam potentiarum locum vicémque sustinent. Etenim in rerum natura aliquid principio, medio, atq; fine prædictum existit: tali formæ atq; naturæ ternarium numerum attribuebant. Ideóque quodcunque medium aliquid habet, triforme dicebant esse. Ità etiam omne perfectum appellabant. Et si quid perfectum sit atq; absolutum, illud ab hoc principio aliquid ad usum suum trahere, juxtáq; id ipsum exornatum dicunt: Quod cùm aliter appellare nequirent, ternarii nomine in exprimendo eo utebantur: cúmque ad illius cognitionem nos perducere conarentur, per ternarii formam eò ducebant. Atq; eadem de cæteris quoq; numeris ratio est. Hæ igitur rationes sunt, secundùm quas prædicti numeri ordine suo collocabantur. Sed & sequentes sub una quadam forma atque potestate comprehenduntur; quam decadem, quasi dechadem sive comprehensionem appellabant. Ideóq; denarium numerum perfectum esse affirmabant: quinimò numerorum omnium perfectissimum: omnem numerorum differentiam, omnémq; rationem, species atq; proportiones in se comprehendentem. Nam si universi natura juxta numerorum rationes proportionésque definitur; atq; id quod fit, quódq; augetur, ac perficitur, juxta numerorum rationes procedit: & denarius omnem numeri rationem, omnémque proportionem cunctásque species complectitur; cur non ipsa natura denarii numeri perfecti nomine appelletur?

pelleretur? Atq; hujusmodi quidem usus erat arithmetices apud Pythagoreos: quæ cùm prima quædam philosophia esset, ejus causâ ipsa tandem Philosophia Pythagorica fuit extincta. Primùm quidem quòd ænigmatibus involuta esset. Deinde quòd commentaria ipsorum Doricè essent scripta: cùm & ipsa dialectus nescio quid obscuritatis haberet: atque hanc ob causam nec dogmata ea dialecto conscripta intelligi possent, tanquam spuria, & malè percepta; quia nec ii qui in vulgus ea proferebant veri Pythagorici erant. Accidit etiam quòd Plato, Aristoteles, & Speusippus, item Aristoxenus, & Xenocrates, ut Pythagorei affirmant, utilissima quidem pro suis vendicârint, pauculis quibusdam immutatis: vulgaria autem ac leviora, & quæcunque ad subvertendam atq; irridendam Pythagoreorum scholam ab invidis & calumniatoribus postea excogitata fuere, conservârint, & ut sectæ ejus propria reliquerint. Sed hæc postea contigerunt.

γματεία τοιαύτη τοῖς Πυθαγορείοις. καὶ διὰ ταύτην πρώτην οὖσαν τῆς φιλοσοφίας, ταύτην συνέβη σβεσθῆναι. πρῶτον μὲν διὰ τὸ αἰνιγματῶδες· ἔπειτα διὰ τὸ καὶ τὰ γεγραμμένα Δωριστὶ γεγράφθαι· ἐχούσης τι καὶ ἀσαφὲς τῆς διαλέκτου· καὶ μὴν διὰ τοῦτο ὑποπτευθῆναι, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς ἀναγορευόμενα δόγματα, ὡς νόθα καὶ παρηκουσμένα· τὸ μὴ ἄντικρυς Πυθαγορείους εἶναι τοὺς ἐκφέροντας ταῦτα. πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, Σπεύσιππόν τε καὶ Ἀριστόξενον, καὶ Ξενοκράτην, ὥς φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς· τὰ δ' ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρά, καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τοῦ διδασκαλείου ὑπὸ τῶν βασκαίνων ὕστερον συκοφαντούντων προβάλλεται, συναγαγεῖν, καὶ ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως καταχωρίσαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπέβη ὕστερον.

Pythagoras autem cùm ipse, tum amici ac familiares, diu in Italia magna in admiratione fuêre, ut & civitates discipulis ejus Respublicas regendas commiserint. Tandem verò invidiâ laborare cœperunt, & seditio adversus ipsos hâc ratione concitata fuit. Cylo Crotoniates, genere quidem & majorum gloriâ opibúsque facilè totius civitatis princeps, cæterùm asperis moribus, & dominandi cupidus: tum amicorum copiâ, divitiarúmq; adminiculo ad injustitiam improbitatémque abusus. Is cum cæteris præclaris reb9 omnibus dignum sese

Πυθαγόρας δ' ἄχρι πολλοῦ κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὕτως ἐθαυμάζετο, αὐτός τε καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ ἑταῖροι, ὥστε καὶ τὰς πολιτείας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐπιτρέπειν τὰς πόλεις. ὀψὲ δέ ποτε ἐφθονήθησαν, καὶ συνέστη κατ' αὐτῶν ἐπιβουλὴ τοιάδε τις. Κύλων ἀνὴρ Κροτωνιάτης κατὰ μὲν τὸ γένος, καὶ δόξαν προγονικὴν, καὶ βίου περιουσίαν πάντας ὑπερβάλλων τοὺς πολίτας, χαλεπὸς δ' ἄλλως καὶ τυραννικός, τῇ τε τῶν φίλων περιβολῇ, καὶ τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος. οὗτος τῶν τ' ἄλλων ἁπάντων, ἃ ἐδόκει καλά, ἑαυτὸν

ἠξίου.

ἠξίου. ἡγεῖτο δὲ καὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας ἀξιώτατον εἶναι μετα-σχεῖν. προσέρχεται τῷ Πυθαγόρᾳ ἑαυτὸν ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος συνεῖναι αὐτῷ. ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὁποῖός τις ἦν συνιδὼν ἐκ τῶν σημείων, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἐθήρα τῶν προσιόντων, ἀπιέναι ἐκέλευσε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. τοῦτο τὸν Κύλωνα οὐ μετρίως ἐλύπησεν, ὥσπερ ὑβρισμένον, καὶ τὰ ἄλλα χαλεπὸν ὄντα καὶ ὀργῆς ἀκρατῆ. συναγαγὼν οὖν τοὺς φίλους διέβαλλε τὸν Πυθαγόραν, καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς ἐπιβουλεύσων αὐτῷ τε καὶ τοῖς γνωρίμοις. τοὐντεῦθεν δ' οἱ μὲν φασὶ τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ, παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον, αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον, εἰς Δῆλον ἐκπεπόρευτο, νοσοκομήσων αὐτὸν ἐφεστῶτι γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύσων,) πάντας πανταχῆ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τι, καὶ κατέλευσαν, δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, ὥς φησι Νεάνθης. ὧν ὁ Λῦσις ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν, οὗ καὶ διδάσκαλος γέγονε. Δικαίαρχος δὲ καὶ οἱ ἀκριβέστεροι, καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ παρεῖναι τῇ ἐπιβουλῇ. Φερεκύδην γὰρ πρὸ τῆς ἐκ Σάμου ἀπάρσεως τελευτῆσαι. τῶν δὲ ἑταίρων ἀθρόους μὲν τετταράκοντα ἐν οἰκίᾳ τινὲς παρεδρεύοντας ληφθῆναι. τοὺς δὲ πολλοὺς σποράδην κατὰ τὴν πόλιν ὡς ἔτυχον εἰς ἄστυ διαφθαρῆναι. Πυθαγόραν δὲ κρατο-

existimaret: tum verò longè dignissimum judicabat, qui Pythagoricæ philosophiæ particeps esset. Accedit Pythagoram semetipsum deprædicans, & conversationem ejus expetens. At ille cùm naturam moresque hominis continuò exploràsset, atq; ex indiciis, quæ ex accedentium corpore captabat, quali ingenio esset perspexisset, jussit ipsum abire, & suas sibi res agere. Id non mediocri dolore Cylonem commovit, ac si contumeliâ affectus fuisset: virum aliàs satis asperum & animi impotentioris. Coactis ergò in unum amicis Pythagoram criminari cœpit, & insidias ipsi & amicis ejus parare. Ac proinde, ut nonnulli referunt Pythagoræ familiares in Milonis athletæ ædibus congregatos, absente tum Pythagorâ (nam ad Pherecydem Syrium, quo præceptore olim fuerat usus, in Delum discesserat, ut pediculari morbo, quam Phthiriasin vocant, correpto adesset, curámq; ejus gereret) omnes igne immisso exusserunt, & lapidibus obruerunt; duobus tantùm ex incendio elapsis, Archippo, & Lyside, ut Neanthes prodidit. Ex hisce Lysis in Græcia habitavit, & ad Epaminondam se contulit, cujus olim præceptor fuit. Sed Dicæarchus & accuratiores autores ipsum quoque Pythagoram adfuisse aiunt; cùm insidiæ illæ struerentur, Pherecydem enim jam diem suum obiisse antequam ex Samo discederet. Ex familiaribus autem quadraginta quidem simul in domo quadam insidiis circumventos: plerosq; verò cùm ad urbem accessissent sparsim in civitate interemptos fuisse. Pythagoram

thagoram autem, comprehensis amicis, primùm in Caulonio portu servatum, indè Locros rursum se contulisse. Locrenses autem ex senioribus aliquot ad limites suæ regionis misisse percunctatum: atque illos his verbis ipsi respondisse: Nos quidem, ô Pythagora, te virum sapientem & magni ingenii esse audivimus; sed in legibus nostris nihil habemus quod reprehendi possit: ideóque eas servare conabimur: Tu verò aliò quócunque placuerit abito, accepto à nobis, si quo rerum necessariarum tibi usus sit. Relictâ autem hoc modo Locrensium civitate Tarentum navigâsse. Cúmq; isthic idem ei rursus evenisset quod Crotoni, Metapontum venisse. Ubique enim magnæ seditiones concitabantur: quarum etiam nunc illorum locorum incolæ meminerunt, & seditiones contra Pythagoreos vocitant, commemorare solent. Pythagorei enim vocabantur tota illa factio, quæ Pythagoræ partes sequebatur. Cæterùm in Metapontina factione ipsum Pythagoram obiisse dicunt, cùm ad Musarum templum confugiens, amicorum inopiâ quadraginta dies illic permansisset. Alii autem referunt, cùm domus illa, in quam frequentes convenerant, igne deflagraret, familiares semetipsos in ignem mittentes magistro suo exitum aperuisse, corporibus ponte per ignem stratos: Pythagoram verò ex incendio elapsum, familiaribus omnibus destitutum præ animi mœrore semetipsum è vivis sustulisse. Viris autem istis hâc calamitate oppressis, defecit etiam unà cum

μὲν ὑπὸ τῶν φίλων τὸ μὲν πρῶτον εἰς Καυλωνίας τὸν ὅρμον σωθῆναι· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἐς Λοκρούς. πυθομένους δὲ τοὺς Λοκροὺς τῶν γερόντων τινὰς ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ὅρια ἀποστεῖλαι. τούτους δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπαντήσαντας εἰπεῖν· ἡμεῖς, ὦ Πυθαγόρα, σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀκούομεν· ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν. αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πειρασόμεθα μένειν. σὺ δ᾽ ἑτέρωθί πη βάδιζε, λαβὼν παρ᾽ ἡμῶν εἴ τι κεχρημένος τῶν ἀναγκαίων τυγχάνεις. ἐπεὶ δ᾽ ἀπὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως τὸν εἰρημένον ἀπηλλάγη τρόπον, εἰς Τάραντα πλεῦσαι. πάλιν δὲ κἀκεῖ παραπλήσια παθόντα τοῖς περὶ Κρότωνα, εἰς Μεταπόντιον ἐλθεῖν. πανταχοῦ γὰρ ἐγένοντο μεγάλαι στάσεις, ἃς ἔτι καὶ νῦν οἱ περὶ τοὺς τόπους μνημονεύουσί τε καὶ διηγοῦνται, τὰς ἐπὶ τῶν Πυθαγορείων καλοῦντες. Πυθαγόρειοι δ᾽ ἐκαλέσθησαν ἡ σύστασις ἅπασα, ἡ συνακολουθήσασα αὐτῷ. ἐν δὲ τῇ περὶ Μεταπόντιον καὶ Πυθαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆσαι, καταφυγόντα ἐπὶ τὸ Μουσῶν ἱερόν, ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμείναντα. οἱ δέ φασιν, ὅτι τοῦ πυρὸς νεμομένου τὴν οἴκησιν, ἐν ᾗ συνειλεγμένοι ἐτύγχανον, θέντας αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ τοὺς ἑταίρους δίοδον παρέχειν τῷ διδασκάλῳ, γεφυρώσαντας τὸ πῦρ τοῖς σφετέροις σώμασι. διεκπεσόντα δ᾽ ἐκ τοῦ πυρὸς τὸν Πυθαγόραν, διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν συνήθων ἀθυμήσαντα ἑαυτὸν τοῦ βίου ἐξαγαγεῖν. τῆς δὲ συμφορᾶς οὕτως καταλαβούσης τοὺς ἄνδρας,

συνεξέλιπε καὶ ἡ ἐπιστήμη, ἄρρητος ἐν τοῖς στήθεσιν ἔτι φυλαχθεῖσα ἄχρι τότε, μόνων τῶν δυσσυνέτων παρὰ τοῖς ἔξω διαμνημονευομένων. οὔτε γὰρ τοῦ Πυθαγόρου σύγγραμμα ἦν. οἱ τ' ἐκφυγόντες Λῦσίς τε καὶ Ἄρχιππος, καὶ ὅσοι ἀποδημοῦντες ἐτύγχανον, ὀλίγα διέσωσαν ζώπυρα τῆς φιλοσοφίας, ἀμυδρά τε καὶ δυσθήρατα. μονωθέντες γὰρ καὶ ἐπὶ τῷ συμβάντι ἀθυμήσαντες, διεσπάρησαν ἄλλος ἀλλαχοῦ, τὴν πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίαν ἀποστραφέντες. διαλαβόμενοι δὲ μὴ παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο τὸ φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ θεοῖς αὐτοῖς διὰ τοῦτο ἀπεχθάνωνται, ὑπομνήματα κεφαλαιώδη συνταξάμενοι, τά τε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα, καὶ ὧν διεμέμνηντο, συναγαγόντες, κατέλειπεν ἕκαστος οὗπερ ἐτύγχανε τελευτῶν· ἐπισκήψαντες υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξὶ, μηδενὶ δοῦναι τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας· αἱ δὲ μέχρι πολλοῦ χρόνου τοῦτο διετήρησαν, ἐκ διαδοχῆς τὴν αὐτὴν ἐντολὴν διαγγέλλουσαι τοῖς ἀπογόνοις. τεκμηραίμεθα δὲ, φησὶ Νικόμαχος, περὶ τοῦ μὴ παρέργως αὐτοὺς τὰς ἀλλοτρίας ἐκκλίνειν φιλίας, ἀλλὰ πάνυ σπουδαίως περικάμπτειν αὐτὰς, καὶ φυλάττεσθαι· καὶ μὴν περὶ τοῦ μέχρι πολλῶν γενεῶν τὸ φιλικὸν πρὸς ἀλλήλους ἀνένδοτον αὐτοὺς διατετηρηκέναι· καὶ ἐξ ὧν Ἀριστόξενος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου, αὐτὸς διακηκοέναι φησὶ Διονυσίου τοῦ Σικελίας τυράννου, ὅτ' ἐκπεσὼν τῆς μοναρχίας γράμματα ἐν Κορίνθῳ ἐδίδασκεν· φησὶ δ' οὕτως· οἴκτων καὶ δακρύων, καὶ πάντων τῶν τοιούτων εἴργεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐκεί-

eis scientia, quam hucusq; in pectoribus arcanam reconditámque custodierant; præter quædam intellectu difficilia, quæ exterioris admissionis auditores memoriâ repetebant. Neq; enim ullum Pythagoræ scriptum extabat. Lysis præterea atq; Archippus, & quotcunq; fortè fortunâ domo tum peregrè aberant, exiguos quosdam philosophiæ igniculos conservârunt, obscuros eos admodum, & pervestigatu difficiles. Soli enim jam derelicti, & dolore ob patratum scelus exanimati, alius aliò dispersi, humanam societatem aversabantur: verentes autē nè philosophiæ nomen inter homines penitus interiret, atq; eam ob rem deos quoque ipsos haberent infensos, commentaria quædam summatim composuerunt, & antiquorum scriptis, & iis quorum ipsi meminerant in unum redactis, quæ eo quo quisque loco obiit reliquerunt: præcipientes filiis filiabúsque, aut uxoribus, nè cuiquam extra familiam eorum copiam facerent. Idq; continuâ quâdam successione privatim posteris denunciantes, permulto tempore observârunt. Atque hinc ait Nicomachus conjicimus, ipsos studiosissimè externas amicitias declinâsse: & ad multas etiā ætates amicitiam inter se fidam atque constantem conservâsse: præterea ex iis quæ Aristoxenus, libro de vita Pythagoræ, semetipsum ex Dionysio Siciliæ Tyranno audivisse testatur, cùm Corinthi postquam regno excidisset literas doceret. Ait autem viros istos luctibus, lacrymis, aliísq; hujusmodi omnibus quàm maximè abstinuisse:

abstinuisse: eadem verò etiam ratio est de blanditiis, precibus, atque obsecratione, aliisq; id genus omnibus. Dionysius autem cùm aliquando re ipsa experiri eos cuperet: quod nonnulli dicerent, ipsos nequaquam fidem sibi invicem servaturos, si quis fortè eorum comprehensus foret: hoc modo rem instituit. Phintias comprehensus, & coram tyranno adductus fuit. Dionysius verò eum accusabat, quòd vitæ suæ struxisset insidias: cujus rei convict', & morti adjudicatus fuit. Hic illum rogâsse, quandoquidē ipsi ità visum fuisset, reliquum diei sibi concedi, ut & propriam rem familiarem & Damonis constitueret: eum enim amicum fortunarúmq; participem esse. Verùm sese utpote ætate provectiorem potissima rei familiaris onera in semet recepisse. Rogavit ergò ut Damone vade dato dimitteretur. Permittente idipsum Dionysio, Damon accersitus, audito quid acciderat, vadem se stitit, permansitque donec Phintias rediret. Dionysium quidē rei novitate perculsum fuisse: illos verò qui principio tentandi gratiâ hæc instituerant, Damonem irrisisse, quasi in periculo derelinquendū. sole autē in occasū jam vergente venisse Phintiam, ut mortem oppeteret. Ad id cunctos obstupuisse. Dionysiū verò complexū deosculatúmq; viros rogâsse, ut tertius in amicitiam reciperetur. Illos autem quamvis obnixè roganti nullâ ratione ea in re consensisse. Atq; hæc quidē Aristoxen' ut ex ipso Dionysio audita prodidit. Hippobotus autem atq; Neanthes de Myllia & Timycha referunt.

νης, ὡς ἐνδέχεται μάλιστα. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ θωπείας καὶ δεήσεως, καὶ λιτανείας, καὶ πάντων τῶν τοιούτων. βουλόμενος οὖν ποτὲ Διονύσιος πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν, λεγομένων τινῶν ὡς συλληφθέντες οὐκ ἐμμενοῦσι τῇ πρὸς ἀλλήλους πίστει, τόδ' ἐποίησεν· συνελήφθη μὲν Φιντίας, καὶ ἀνήχθη πρὸς τὸν τύραννον. κατηγορεῖν δ' αὐτὸν Διονύσιον ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ· καὶ διὰ τοῦτο ἐξεληλέγχθαι, κἀκείνως τ' ἀποθνήσκειν αὐτόν. τὸν δὲ, ἐπεὶ οὕτως αὐτῷ δέδοκται, εἰπεῖν, δοθῆναί γε τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας, ὅπως οἰκονομήσηται τά τε καθ' ἑαυτὸν, καὶ τὰ κατὰ Δάμωνα· εἶναι γὰρ αὐτῷ ἑταῖρον καὶ κοινωνόν. πρεσβύτερον δ' αὐτὸν ὄντα, πολλὰ τῶν περὶ τὴν οἰκονομίαν εἰς αὐτὸν ἀνειληφέναι. ἠξίου δ' ἀφεθῆναι, ἐγγυητὴν παρασχὼν τὸν Δάμωνα. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου, μεταπεμφθεὶς ὁ Δάμων, καὶ τὰ συμβάντα ἀκούσας, ἐνεγγυήσατο, καὶ ἔμενεν ἕως ἂν ἐπανέλθῃ ὁ Φιντίας. ὁ μὲν οὖν Διονύσιος ἐξεπλήττετο ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν. ἐκείνους δὲ τοὺς ἐξ ἀρχῆς εἰσαγαγόντας τὴν διάπειραν, τὸν Δάμωνα χλευάζειν, ὡς ἐγκαταληφθησόμενον. ὄντος δὲ τοῦ ἡλίου περὶ δυσμὰς, ἥκειν τὸν Φιντίαν ἀποθανούμενον· ἐφ' ᾧ πάντας ἐκπλαγῆναι. Διονύσιον δὲ περιβαλόντα καὶ φιλήσαντα τοὺς ἄνδρας, ἀξιῶσαι τρίτον αὐτὸν εἰς τὴν φιλίαν παραδέξασθαι· τοὺς δὲ μηδενὶ τρόπῳ, καίτοι πολλὰ λιπαροῦντος αὐτοῦ, συγκαταθέσθαι εἰς τοιοῦτο. καὶ ταῦτα μὲν Ἀριστόξενος ὡς παρ' αὐτοῦ ἀκούσας Διονυσίου ἀπήγγελε. Ἱππόβοτος δὲ καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας ἱστοροῦσι· * * * *

* * * *Cætera desiderantur.*

λείπει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ.

ἘΚ ΤΗ͂Σ ΦΩΤΊΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΉΚΗΣ.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΒΙΟΣ.

INCERTUS DE VITA PYTHAGORÆ.

Ex PHOTII Bibliotheca, Codice CCLIX.

L. Holstenio Interprete.

LECTA FUIT VITA *PYTHAGORÆ.*



ΟΤΙ ἔννατος ἀπὸ Πυθαγόρου διάδοχος γέγονε, φησί, Πλάτων, Ἀρχύτου τοῦ πρεσβυτέρου μαθητὴς γενόμενος· δέκατος δὲ Ἀριστοτέλης. τῶν δὲ Πυθαγόρου, οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι, οἵπερ ἐκαλοῦντο σεβαστικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵπερ ἐκαλοῦντο πολιτικοί· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ, οἵπερ ἐκαλοῦντο μαθηματικοί. καὶ σὺν μὲν αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ οἱ γινόμενοι ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοὶ, οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ, Πυθαγορισταί. ἀπείχοντο δὲ ἐμψύχων, καὶ κατὰ καιρὸν μόνων θυσιῶν ἐγεύοντο.



PLato, inquit, nonus successor fuit à Pythagora, Archytæ senioris discipulus; decimus Aristoteles. ex Pythagoræ verò discipulis alii contemplationi dediti erant, qui Sebastici, sive Religiosi vocabantur: alii res humanas tractabant, ii Politici dicebantur: alii circa mathematicas scientias, Geometriam, & Astronomiam versabantur, qui Mathematici audiebant. Ipsius Pythagoræ familiares Pythagorici dicuntur: horum discipuli Pythagorei: exteri autem ejus sectatores, Pythagoristæ. animalibus abstinebant, & ex solis victimis certo tempore gustabant.

Pytha-

Pythagoram centum & quatuor annos vixisse aiunt,& alter filiorum ejus Mnesarchus etiamnum juvenis obiisse dicitur. Alter verò Telauges patris successor fuit. Filiæ ejus fuerunt Sara & Myia. Quin & Theano non discipula modò, sed & filiarum una fuisse memoratur.

Pythagorei aiebant differre unitatem & unum. Unitas enim ab iis existimabatur quæ in intellectualibus existit: unum verò id quod in numeris. Eodem modo duo in numeris; dualitatem verò infinitum dicebant.

Unitas quidem secundùm æqualitatem modúmq; sumitur; dualitas autem secundùm excessum & defectum. Itaque medium modúsque non possunt recipere magis & minús.Sed excessus & defectus,cùm in infinitum procedant, id recipiunt. Ideóq; ipsam dualitatem vocabant infinitum. Et cùm omnia ex unitate & dualitate ad numeros referant, omnia etiam entia numeros appellabant. Numerus autem denario completur. Denarius verò componitur, ubi ordine quatuor numeramus. Ideóque omnem numerum Quaternarium dicebant. Tribus modis hominem seipso meliorem evadere affirmabant. Primò quidem, colloquio Deorum. Necesse enim est accedentem ad eos illo tempore ab omni se maleficio abstinere,assimilantem sese Deo pro viribus. Secundò, benefaciendo. Hoc enim Dei proprium est, & in eo Deum imitatur. Tertiò denique, moriendo. Si enim animus, dum hæc vita vivitur, pau-

Ὅτι ἑκατὸν καὶ τεσσάρων ἐτῶν λέγεται ἐζηκέναι τὸν Πυθαγόραν. καὶ ὁ μὲν Μνήσαρχος εἷς τῶν υἱῶν αὐτοῦ λέγεται νεώτερος τελευτῆσαι. Τηλαύγης δὲ ὁ ἕτερος διεδέξατο. καὶ Σάρα, καὶ Μύια αἱ θυγατέρες. καὶ ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται οὐ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι.

Ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν. μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα· ἓν δὲ, τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ δύο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς· ἔλεγον δὲ τὴν δυάδα ἀόριστον.

Ὅτι ἡ μὲν μονὰς, κατὰ τὴν ἰσότητα καὶ τὸ μέτρον λαμβάνεται· ἡ δὲ δυὰς καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. μεσότης μὲν οὖν καὶ μέτρον οὐ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδέξασθαι· ἡ δὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἐπειδὴ ἐπ' ἄπειρον προχωρεῖ, διὰ τοῦτο ἀόριστον αὐτὴν ἔλεγον δυάδα· καὶ ἐπειδὴ πάντα εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆγον, ἔκ τε τῆς μονάδος καὶ τῆς δυάδος, καὶ τὰ ὄντα πάντα ἀριθμοὺς προσηγόρευον. ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα· ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον. Ἔλεγον δὲ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι. πρῶτον μὲν, τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεούς. ἀνάγκη γὰρ, προσιόντα αὐτοῖς, κατ' ἐκεῖνον καιρὸν, χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ. δεύτερον, ἐν τῷ εὖ ποιεῖν. θεοῦ γὰρ τοῦτο, καὶ θείας μιμήσεως. τρίτον, ἐν τῷ ἀποθνήσκειν. εἰ γὰρ κατὰ ποσόν τι ἡ ψυχὴ

τοῦ σώματος, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῷον, χωριζομένη, βελτίων γίνεται ἑαυτῆς· ἔν τε τοῖς ὕπνοις κατὰ τοὺς ὀνείρους, καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται· πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τέλεον χωρισθῇ ἀπὸ τοῦ σώματος.

Ὅτι τὴν μονάδα πάντων ἀρχὴν ἔλεγον Πυθαγόρειοι· ἐπεὶ τὸ μὲν σημεῖον, ἀρχὴν ἔλεγον γραμμῆς· τὴν δὲ, ἐπιπέδου· τὸ δὲ, τοῦ τριχῆ διαστατοῦ, ἤτοι σώματος· τοῦ δὲ σημείου προεπινοεῖται ἡ μονάς. ὥστε ἀρχὴ τῶν σωμάτων ἡ μονάς. ὥστε τὰ σώματα πάντα ἐκ τῆς μονάδος γεγένηται.

Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι τῶν ἐμψύχων ἀπείχοντο, τὴν μετεμψύχωσιν ἀφρόνως ὡς ἀληθῆ ὑπολαμβάνοντες. καὶ ὅτι τὰ τοιαῦτα τῶν βρωμάτων παχύνει τὸν νοῦν, τροφιμώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀνάδοσιν ποιοῦντα· διὰ τοῦτο καὶ τοῦ κυάμου ἀπείχοντο, ὅτι φυσώδης, καὶ τροφιμώτατος. καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας πλείους ἀποδιδόασιν, αἳ αὐτοὺς εἶργον ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων.

Ὅτι τὸν Πυθαγόραν πολλὰ φασὶ προειπεῖν, καὶ πάντα ἐκβῆναι.

Ὅτι τὴν μὲν θεωρητικὴν καὶ φυσικὴν Πλάτωνά φασι παρὰ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Πυθαγορείων ἐκμαθεῖν· τὴν δὲ ἠθικὴν μάλιστα παρὰ Σωκράτους· τῆς δὲ λογικῆς σπέρματα καταβαλεῖν αὐτῷ Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην τοὺς Ἐλεάτας· καὶ οὗτοι δὲ τῆς Πυθαγορείου ἦσαν διατριβῆς.

Ὅτι ἡ ὄψις, κατὰ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλην, τῶν δώδεκα χρωμάτων ἐστὶ κριτική. λευκοῦ καὶ μέλανος, καὶ τῶν μετα-

lulùm à corpore separatus, seipso melior evadit: & in somnis per insomnia, & ecstasibus morborum divinare incipit: multò sanè fit præstantior, ubi penitùs à corpore sejungitur.

Pythagorei unitatem principium rerum omnium vocabant. Punctum enim dicebant esse principium lineæ, lineam superficiei, superficiem tripliciter extensi, sive corporis. Ante ipsum verò punctum unitas præconcipitur. Quare principium corporum est unitas; & omnia corpora ex unitate ortum ducant.

Iidem ab animatis abstinebant, propter transmigrationem animarum, quam stultâ opinione veram existimabant. Tum quòd hujusmodi cibi mentem reddant crassiorem: eò quòd nimiùm nutrimenti atque digestionis præbent. Fabis quoq; ob eandem causam abstinebant quòd inflent & plurimùm nutriant. Sed & plures alias causas afferunt, ob quas fabarum esu abstinent.

Plurima Pythagoram prædixisse aiunt, & omnia evenisse.

Philosophiam contemplativam & naturalem Platonem à Pythagoreis in Italia didicisse ferunt: moralem à Socrate: Logices verò semina & principia ei commissa fuisse à Zenone & Parmenide Eleatis: qui & ipsi ex Pythagoræ schola profecti sunt.

Visus, ex Pythagoræ, Platonis, & Aristotelis sententiâ judicat de duodecim coloribus: de albo, & nigro, & de cæteris interjectis, flavo, fusco,

fuſco, pallido, rubro, cæruleo, purpureo, rutilo & luteo. Auditus dijudicat vocem acutam & gravem. Odoratus judicat de odoribus bonis & malis, & ſex interjectis, putridis, humidis, liquidis, & vaporatis. Guſtus diſcernit ſapores dulces & amaros, & quinque medios. Septem enim ſunt in univerſum: dulcis, amarus, aſper, acidus, mollis, ſalſus, auſterus. Tactus verò plurima dijudicat: ſcilicet gravia & levia, quæque media intercedunt. Calida & frigida, & quæ interjacent. Dura & mollia, & horum media. Sicca & humida, cum ſuis quoq; mediis. Equidem reliqui quatuor ſenſus in ſolo capite ſtationem habent, & ſuis ſibi organis circumſcribuntur. Tactus verò per caput & per univerſum corpus diffunditur: omnibúsque ſenſibus communis eſt: in manibus autem vim diſcernendi manifeſtiorem exſerit.

Aiunt in cœlo duodecim eſſe orbes ordine diſtinctos. Quorum primus & extimus eſt inerrabilis ſive firmamentum, in quo Deus primus, & dii intellectuales ut Ariſtoteli placet, aut Ideæ ex mente Platonis. Poſt inerrabilem ordine proximum eſt ſydus Saturni, & deinde cæteri ſex Planetæ: Jupiter, inquam, Mars, Venus, Mercurius, Sol, & Luna. Poſt hoſce eſt ſphæra ignis: hinc aëris: deinde aquæ: omnibus ultimus ſubeſt orbis terrarum. In horum duodecim orbium ſupremo, ſive firmamento reſidet prima cauſa. Et quicquid illi vicinum eſt, id firmiter atque optimè compoſitum eſſe affirmant: quæ longiùs abſunt,

ξοῦ, ξανθοῦ, φαιοῦ, ὠχροῦ, ἐρυθροῦ, κυανοῦ, ἁλουργοῦ, λαμπροῦ, ὀρφνίνου. ἡ δὲ ἀκοὴ κριτική ἐστι ὀξέος καὶ βαρέος φθόγγου. ἡ δὲ ὄσφρησις, κριτικὴ εὐωδῶν ὀσμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ ἓξ, σηπομένων τε καὶ βρεχομένων, ἢ τηκομένων, ἢ θυμιαζομένων. ἡ δὲ γεῦσις κριτική ἐστι γλυκέων τε καὶ πικρῶν χυμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ πέντε. ἑπτὰ γάρ εἰσιν οἱ χυμοὶ πάντες· γλυκὺς, πικρὸς, ὀξὺς, δριμὺς, στυφὸς, ἁλυκὸς, στρυφνός. ἡ δὲ ἁφὴ πλειόνων ἐστὶ κριτική. οἷον, βαρέων, κούφων, καὶ τῶν μεταξύ· θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν, καὶ τῶν μεταξύ· τραχέων, καὶ λείων, καὶ τῶν μεταξύ. ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, καὶ τῶν μεταξύ. καὶ αἱ μὲν δ' αἰσθήσεις ἔν τε τῇ κεφαλῇ εἰσι, καὶ ἰδιάζουσι περικλειόνται ὀργάνοις. ἡ δὲ ἁφὴ διὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος κεχώρηκε· καὶ ἐστι κοινὴ πασῶν αἰσθήσεων. μᾶλλον δὲ κατὰ τὰς χεῖρας ἐπιδηλοτέραν παρέχεται τὴν κρίσιν.

Ὅτι δώδεκα τάξεις ἐν τῷ οὐρανῷ φησιν εἶναι. πρώτην καὶ ἐξωτάτην τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν· ἐν ᾗ ἐστιν ὅ, τε πρῶτος θεὸς, καὶ οἱ νοητοὶ θεοὶ, ὡς Ἀριστοτέλει δοκεῖ· κατὰ δὲ Πλάτωνα αἱ ἰδέαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπλανῆ, ὁ τοῦ Κρόνου τέτακται ἀστὴρ, καὶ οἱ ἐφεξῆς πλανῆται ἕξ, ὁ τοῦ Διὸς φημι, ὁ τοῦ Ἄρεος, ὁ τῆς Ἀφροδίτης, ὁ τοῦ Ἑρμοῦ, ὁ τοῦ Ἡλίου, ὁ τῆς Σελήνης. εἶτα ἡ τοῦ πυρὸς σφαῖρα· ἑξῆς ἡ τοῦ ἀέρος· μετ' αὐτὴν ἡ τοῦ ὕδατος· λοιπὴ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ γῆ. δώδεκα δὲ τάξεων οὐσῶν, ἐν τῇ ἀπλανεῖ τὸ πρῶτον αἴτιόν ἐστι· καὶ ὅ, τι ἂν ᾖ ἐγγὺς αὐτοῦ, τοῦτό ἐστι τετάχθαι βεβαίως καὶ ἀρίστως· τὰ δὲ πόρ-

ῥᾳθεῖν, ἧττον. τὴν δὲ τάξιν μέχρι Σελήνης σώζεσθαι. τὰ δὲ ὑπὸ Σελήνην οὐκέτι ὁμοίως. ἐξ ἀνάγκης δέ ἐστι καὶ ἡ κακία εἰς τὸν περὶ γῆν τόπον· ἅτε δὴ πυθμένος λόγον ἐπεχούσης τῆς γῆς πρὸς πάντα τὸν κόσμον, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ὑποστάθμης οὔσης ἐπιτηδείας. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄλλα μέρη κατὰ τὴν πρόνοιαν, καὶ τὴν βεβαίαν τάξιν, καὶ τὴν εἱμαρμένην τοῦ θεοῦ, ἑπομένην αὐτῷ φασὶ διοικεῖσθαι· τὰ δὲ μετὰ τὴν Σελήνην τέτταρσιν αἰτίαις· κατὰ θεὸν, καθ' εἱμαρμένην, κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν, κατὰ τύχην. οἷον· τὸ μὲν εἰσελθεῖν αὐτὴν ναῦν ἢ μὴ εἰσελθεῖν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι. τὸ μὲν ἐν εὐδίᾳ χειμῶνα καὶ ζάλην ἐξαίφνης ἐπιγενέσθαι, ἐκ τύχης. τὸ μέντοι βαπτιζομένην τὴν ναῦν παρ' ἐλπίδα σωθῆναι, προνοίας θεοῦ. τῆς δὲ εἱμαρμένης πολλοί εἰσι τρόποι, καὶ διαφοραί. διαφέρει δὲ τῆς τύχης· ὅτι ἡ μὲν εἱρμὸν ἔχει, καὶ τάξιν, καὶ ἀκολουθίαν· ἡ δὲ τύχη τὸ αὐτόματον, καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν. οἷον, τὸ ἐκ τοῦ παιδὸς εἰς μειράκιον ἐλθεῖν, καὶ τὰς καθ' ἑξῆς ἡλικίας οἰκείως διελθεῖν, τοῦτο ἑνὸς τρόπου τῆς εἱμαρμένης.

Ὅτι ὁ ζωδιακὸς λοξῶς κινεῖται, ὡς ζητήσας εὑρεῖν ἔδοξεν Ἀριστοτέλης, ἕνεκεν τῆς γενέσεως τῶν περὶ γῆν τόπων, πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ παντός. εἰ γὰρ κατὰ παράλληλος ἐκινεῖτο, ἀεὶ ἂν μία ὥρα ἦν τοῦ ἔτους, ἤτοι θέρος, ἢ χειμὼν, ἢ ἄλλη τις. νῦν δὲ ἐκ τοῦ τὸν ἥλιον καὶ τοὺς ἄλλους πλανήτας μεταβαίνειν ἀπὸ ζωδίου ἐπὶ ζώδιον, γίνονται αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρῶν τέσσαρες· καὶ ἐκ τῆς τούτων εἰς ἀλ-

minùs firma esse. Ordinem constantem servari usq; ad Lunam: infrà eam omnia promiscuè ferri. Hinc malum quoq; necessariò circa terræ regionem existit: quandoquidem ea ad totum mundum fundi instar obtinet: proprium scilicet & commodissimum receptaculum eorum quæ in imo subsidunt. Et cæteras quidem omnes partes providentiâ & stabili ordine atque fato, divinæ voluntati obsequente, gubernari aiunt. Sed quæ infra lunam sunt, ea à quatuor causis regi: Deo, fato, nostro consilio, & fortunâ. Verbi gratiâ, navem ipsam conscendere, vel non, in nostra est potestate. At tempore sereno procellas & tempestatem subitò oriri, ex fortuna pendet. Navem submersam præter spem conservari, id divinâ fit providentiâ. Cæterùm fati multi & diversi sunt modi. Differt autem à fortuna: quoniam illud seriem ordinémq; atq; sequelam habet: fortuna autem casu temerario contingit. exempli gratiâ, è puero juvenem evadere, & reliquas deinde ætates ordine transire, id uno fati modo accidit.

Zodiacus motu obliquo fertur, quòd Aristoteles diligenti investigatione videtur reperisse, ob generationem regionum circa terram, ad universi complementum. Nam si recto moveretur, una semper eadémq; anni tempestas esset, vel æstatis, vel hyemis, vel alterius cujusdam. At nunc eo quòd sol, aliiq; planetæ, ab uno signo ad aliud transeant, quatuor anni temporum mutationes contingunt: & ex mutua

tua illorum viciſſitudine, fructus proveniunt, aliæ'que animantium generationes exiſtunt.

Sol, ut quidem hic autor privatâ aſſerit opinione: quam tamen veram eſſe pertendit, centuplâ magnitudine terram excedit: at vulgò tricies majorem perhibent.

Magnum annum Saturni ambitu definiunt. Nam cùm cæteri ſex planetæ breviori tempore curriculum conficiant, Saturnus curſum ſuum triginta annis abſolvit. Jupiter enim annis XII. Mars duobus: Sol uno: paríque ſpatio Mercurius & Venus circulum ſuum conficiunt. At Luna terræ proxima, circulum quoque minimum menſtruo ſpatio obit.

Pythagoras primus omnium cœlum appellavit mundum: quia perfectum eſt, omnibúsq; animantium ſignis, & nullo non pulchritudinis genere exornatum.

Plato, inquit, & Ariſtoteles uno conſenſu animam immortalem perhibent. quamvìs nonnulli profundam Ariſtotelis mentem parùm capientes, eum animam mortalem ſtatuere exiſtiment.

Homo microcoſmus, ſive mundi compendium, dicitur, non quòd ex quatuor elementis conſtet: id enim cætera quoq; animalia, licèt minima habent: verùm quia omnes mundi virtutes continet. Nam in mundo ſunt Dii & quatuor elementa, animalia bruta, atq; plantæ. Omnes haſce potentias poſſidet homo. Habet enim facultatem divinam, ſcilicet rationalem.

ληλα μεταβολαῖς οἵ τε καρποὶ φύονται, καὶ ἄλλαι γενέσεις τῶν ζώων γίνονται.

Ὅτι ὁ μὲν ἥλιος, ὡς οὗτος οἰκείαν ἀποφαίνεται δόξαν, ἣν καὶ ἀληθῆ λέγει, ἑκατονταπλασίων ἐστὶ τῆς γῆς· οἱ δὲ πολλοὶ οὐκ ἐλάττονα τοῦ τριακονταπλασίονα αὐτῆς φασί.

Ὅτι μέγαν ἐνιαυτὸν καὶ τὴν τοῦ Κρόνου περίοδον φασίν· ὅτι τῶν λοιπῶν ἓξ πλανωμένων ἐν ἐλάττονι χρόνῳ, οὗτος ἐν τριάκοντα τὸν οἰκεῖον δρόμον ἀπαρτίζει. ὁ μὲν τοῦ Διὸς, ἐν ιβ' ἔτεσι τὸν ἴδιον διαπεραίνει κύκλον· ἐν δυσὶ δὲ ὁ Ἄρης· ὁ δὲ Ἥλιος, ἐνιαυτῷ· Ἑρμῆς δὲ καὶ Ἀφροδίτη ἰσοταχεῖς τῷ ἡλίῳ· Σελήνη δὲ προσγειοτάτη, καὶ ἐλάχιστον κύκλον περιϊοῦσα, ἐν μηνί.

Ὅτι πρῶτος Πυθαγόρας οὐρανὸν κόσμον προσηγόρευσε, διὰ τὸ τέλειον εἶναι καὶ πᾶσι κεκοσμῆσθαι τοῖς τε ζώοις, καὶ τοῖς καλοῖς.

Ὅτι Πλάτων, φησί, καὶ Ἀριστοτέλης, ἀθάνατον ὁμοίως λέγουσι τὴν ψυχήν· κἂν τινες εἰς τὸν Ἀριστοτέλους νοῦν οὐκ ἐμβαθύνοντες, θνητὴν νομίζουσιν αὐτὸν λέγειν.

Ὅτι ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται, οὐκ ἄρα ὅτι ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων σύγκειται· τοῦτο γὰρ καὶ ἕκαστον τῶν ζώων καὶ ἐντιλεστάτων· ἀλλ' ὅτι πάσας ἔχει τὰς τοῦ κόσμου δυνάμεις. ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ εἰσὶ θεοί, ἔστι καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἔστι καὶ ἄλογα ζῶα, ἔστι καὶ φυτά. πάσας δὲ ταύτας τὰς δυνάμεις ἔχει ὁ ἄνθρωπος. ἔχει γὰρ θείαν μὲν δύναμιν, τὴν

λογικὴν·

λογικήν· ἔχει τὴν τῶν στοιχείων φύσιν, τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικήν, καὶ τοῦ ὁμοίου γεννητικήν. ἐν ἑκάστῃ δὲ τούτων λείπεται. καὶ ὥσπερ ὁ πένταθλος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ ἧττόν ἐστι τοῦ ἕν τι ἐπιτηδεύοντος τῶν ἀθλημάτων· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις, ἐν ἑκάστῃ λείπεται. ἧττον μὲν γὰρ ἔχομεν τὴν λογικὴν δύναμιν, ἤπερ οἱ θεοί· καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὁμοίως ἧττον, ἢ ἐκεῖνα· καὶ τὸν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐνδεέστερα τῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις· καὶ τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν δύναμιν ἐλαττούμεθα τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς. ὅθεν ἐκ ποικίλων δυνάμεων συνεστῶτες, δύσχρηστον τὸν βίον ἔχομεν. ἕκαστον γὰρ τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ τῶν διαφόρων δυνάμεων ἀντισπώμεθα. οἷον, ποτὲ μὲν, ὑπὸ τοῦ θείου ἀναγόμεθα ἐπὶ κρεῖττον· ποτὲ δὲ, τοῦ θηριώδους ἐπικρατήσαντος, ἐπὶ τὰ χείρω· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων. ἐὰν οὖν τις θεραπεύσῃ τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον, ὥσπερ ἡνίοχον ἐγρηγορότα καὶ ἐπιστήμονα ἐπιστήσας, δυνήσεται ἑκάστῃ τῶν ἄλλων δυνάμεων εἰς δέον χρήσασθαι· τῇ τε κράσει φημὶ τῶν στοιχείων, τῷ θυμῷ, καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ ὀρέξει. Τὸ οὖν, γνῶθι σαυτὸν, δοκοῦν ῥᾷστον εἶναι, πάντων ἐστὶ χαλεπώτατον. ὃ καί φασι τοῦ Πυθίου εἶναι Ἀπόλλωνος· εἰ καὶ εἰς Χίλωνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἕνα τὸ ἀπόφθεγμα ἀναφέρουσι. παραινεῖ δ' ἡμῖν, γνῶναι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. τὸ δὲ γνῶναι ἑαυτὸν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου φύσιν γνῶναι· τοῦτο δὲ ἀδύνατον,

Habet naturam elementorum, nimirum vim nutritivam atque auctricem, suíq; similis productricem. At singulis his inferior est. Nam uti quinquertio, omnes habens virtutes, in singulis tamen minor est eo qui unum tantùm certaminis genus exercet: ità & homo habens omnes virtutes, in singulis singillatim superatur. Minorem enim rationis facultatem habemus, quàm Dii: ità & minùs de elementis, quàm ipsa elementa. Cupiditas quoq; & iracundia minor in nobis, quàm in brutis. Et nutriendi atque crescendi qualitate à plantis vincimur. Quocirca cum variis ex facultatibus compositi simus, vitam quoq; usu difficilem obtinemus. Alia enim omnia ab una natura reguntur: nos autem qualitatibus diversis distrahimur. Verbi gratiâ, nunc à Deo ad meliora trahimur: nunc vincente vi naturali ad deteriora, & sic in cæteris quoq; potentiis. Si quis ergò id quod in nobis divinum est excolat, & vigilis ac periti aurigæ instar sibi præficiat, is singulis etiam reliquis facultatibus, permixtione inquam elementorum, irâ cupiditate, & appetitu, rectè uti poterit. Ideóque præceptum illud, *Nosce te ipsum*, quamvìs facillimum videatur, omnium nihilominus difficillimum est. Quòd & Pythii Apollinis esse dicunt: licèt ad Chilonem, unum è septem sapientibus referatur. Monet autem nos, ut quisq; vim virtutémq; suam cognoscat. Sed Nôsse seipsum nihil aliud est, quàm totius mundi naturã nôsse. Quod fieri non potest,

potest, nisi Philosophiæ operam demus: quod Deus hoc præcepto nos admonet.

ἄνευ τῶν φιλοσοφεῖν· ὅπερ ἡμῖν ὁ θεὸς παραινεῖ.

Cognitionis octo dicunt esse organa: sensum, imaginationem, artem, opinionem, prudentiam, scientiam, sapientiam, mentem. Ex hisce artem, prudentiam, scientiam, mentem, communes cum Diis habemus: sensum, & imaginationem cum bestiis, nobis autem solummodo propria est opinio. Sensus; est fallax cognitio per corpus: imaginatio, motus in anima. Ars, habitus operans cum ratione. Additur autem, cum ratione, quia & aranea operatur, sed nequaquam cum ratione. Prudentia, est habitus eligens id quod rectum est in rebus agendis. Scientia est habitus eorum, quæ semper secundùm idem atque eodem modo se habent. Sapientia, primarum causarum cognitio. Mens, principium & fons omnium bonorum.

Ὅτι γνώσεως ὀκτώ, φασίν, ὄργανα· αἴσθησιν, φαντασίαν, τέχνην, δόξαν, φρόνησιν, ἐπιστήμην, σοφίαν, νοῦν. τούτων κοινὰ μέν ἐστιν ἡμῖν πρὸς τὰ θεῖα, τέχνη καὶ φρόνησις, καὶ ἐπιστήμη, καὶ νοῦς· πρὸς δὲ τὰ ἄλογα, αἴσθησις καὶ φαντασία· ἴδιον δὲ ἡμῶν μόνον ἡ δόξα. ἔστι δὲ αἴσθησις μέν, γνῶσις ψευδὴς διὰ σώματος· φαντασία δέ, κίνησις ἐν ψυχῇ· τέχνη δέ, ἕξις ποιητικὴ μετὰ λόγου. τὸ δὲ (μετὰ λόγου) προσκεῖται, ὅτι καὶ ὁ ἀράχνης ποιεῖ, ἀλλ' οὐ μετὰ λόγου. φρόνησις δέ, ἕξις προαιρετικὴ τῆς ἐν τοῖς πρακτοῖς ὀρθότητος. ἐπιστήμη δέ, ἕξις τῶν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων· σοφία δέ, ἐπιστήμη τῶν πρώτων αἰτίων· νοῦς δέ, ἀρχὴ καὶ πηγὴ πάντων τῶν καλῶν.

Tres sunt partes docilitatis; solertia, memoria, acumen ingenii. Memoria est custos eorum, quæ quis didicit. Acumen ingenii est velocitas intellectûs. Solertia est ex iis quæ quis didicit, ea investigare quæ non didicit.

Ὅτι τρία μέρη εὐμαθίας· ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης. μνήμη μὲν οὖν ἐστι, τήρησις ὧν ἔμαθέ τις· ὀξύτης δὲ ἡ ταχύτης τῆς διανοίας· ἀγχίνοια δέ, ἐξ ὧν ἔμαθέ τις, ἃ μὴ ἔμαθε θηρεύειν.

Tria sunt quæ cœli nomine dicuntur. Primò quidem ipsa sphæra inerrabilis, sive firmamentum: secundò, distantia illa quæ est à firmamento usque ad Lunam: Tertiò, universus mundus, cœlum, inquam, unà cum terra.

Ὅτι ὁ οὐρανὸς τριχῶς λέγεται· ἓν μέν, αὐτὴ ἡ ἀπλανὴς σφαῖρα. δεύτερον, τὸ ἀπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας μέχρι τῆς σελήνης διάστημα. τρίτον, ὁ σύμπας κόσμος, ὁ οὐρανός φημι, καὶ ἡ γῆ ἅμα.

Perfectissima & deterrima, inquit, naturâ comparata sunt ad semper operandum: Deus scilicet, & plantæ. Deus enim, & quæcunq; illi

Ὅτι πέφυκε, φησι, τὰ τελεώτατα καὶ τὰ χείριστα ἀεὶ ἐνεργεῖν· ταῦτα δέ ἐστι θεὸς καὶ φυτά. ὅ, τε γὰρ θεὸς κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον

ἀεὶ

ἀεὶ ἐνεργεῖ, καὶ τὰ πλησίον αὐτοῦ ὄντα· καὶ πάλιν, τὰ φυτὰ ἀεὶ ἐνεργεῖ, τρέφεται γὰρ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἀεὶ ἐνεργεῖ, οὐδὲ τὰ ἄλογα ζῶα, ἀλλὰ σχεδὸν τὸν ἥμισυ χρόνον καθεύδει τε καὶ ἡσυχάζει.

Ὅτι οἱ Ἕλληνες ἀεὶ ἀμείνους τὰ ἤθη τῶν βαρβάρων, ὡς τὴν εὔκρατον οἰκοῦντες· Σκύθαι δὲ καὶ Αἰθίοπες, οἱ μὲν ὑπὸ κρύους ἐνοχλούμενοι, οἱ δὲ ὑπὸ θάλπους πυκνουμένης τῆς ἐπιφανείας τοῦ σώματος, καὶ ὑπολαμβανομένου ἐντὸς τοῦ θερμοῦ πολλοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ, τὸ δύσκρατον ἐκληρώσαντο. συμβαίνει δ' οὖν ἰταμοὺς καὶ θρασεῖς εἶναι τοὺς οἰκοῦντας ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις· ἀναλόγως δὲ καὶ οἱ τοῦ μέσου καὶ τῶν ἄκρων ἐγγυτέρω ὄντες, τῆς κράσεως τῶν παρακειμένων αὐτοῖς μετέχουσι. διὸ καὶ, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὅ, τι ἂν καὶ παρὰ βαρβάρων μάθημα λάβωσιν οἱ Ἕλληνες, τοῦτο ἄμεινον ἐκφέρουσι· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ Ἀθηναῖοι. διόπερ καὶ στρατηγικοὶ γεγόνασιν ἀρχῆθεν, καὶ γραφικῆς εὑρετικοὶ, καὶ πάσης τέχνης, βαναύσου τε καὶ πολεμικῆς· ἔτι δὲ τῶν λόγων, καὶ μαθημάτων. διὸ καὶ οὐδ' ἐπείσακτός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, ἡ παιδεία ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἀλλ' ἐκ φύσεως ὑπάρχουσα· τοῦ γὰρ ἀέρος ἰσχνοτάτου ὄντος, καὶ καθαρωτάτου· ὡς μὴ μόνον τὴν γῆν λεπτύνειν, (δι' ἣν αἰτίαν καὶ λεπτόγεώς ἐστιν ἡ Ἀττική) ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. συμβαίνει γὰρ τὸν λεπτὸν ἀέρα τὴν μὲν γῆν βλάπτειν, τὰς δὲ ψυχὰς ὠφελεῖν.

proxima sunt, semper operantur secundùm mentem & rationem. Plantæ etiam semper operantur: nutriuntur enim nocte & die: sed nec homo, nec bruta animantia perpetuò operantur: nam medio ferme tempore dormiunt, & quiescunt.

Græci moribus semper antecellunt barbaros: quia temperatam mundi regionem incolunt. Scythæ verò, & Æthiopes, quorum illi frigore, hi æstu infestantur, constipatâ exteriori corporis superficie & plurimo calore ac humore intùs consumpto, temperamentum pessimum obtinent. Ideóq; violenti, & audaces sunt qui eas incolunt regiones. Atq; ità secundùm proportionem qui medio, aut extremis viciniores sunt, de viciniæ temperamento participant. Ideóq; teste Platone, quamcunq; disciplinam Græci à barbaris acceperint, eam meliùs proferunt; & maximè quidem, præ aliis Græcis, Athenienses. Quapropter primi omnium rei militari studuerunt: & picturam, omnésq; artes mechanicas, & militares, quin & dicendi facultatem, & mathematicas scientias invenerunt. Quocirca nec adventitia, ut ità dicam, Athenis est eruditio, sed nativa: cùm aer istius regionis tenuissimus, & purissimus sit: ut non solùm terram attenuet, (quæ causa est cur sterilis sit Attica) sed & hominum ingenia subtilia reddat. Solet enim tenuis aer terræ quidem nocere, sed prodesse ingeniis.

Ὅτι οἱ Ἐτήσιαι πνέουσι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἀκμαιοτάτου θέρους, δι' αἰτίαν τοιαύτην· ὁ ἥλιος μετε-

Venti Etesiæ ardentissimo æstatis tempore hujusmodi de causa spirant. Sol jam sublimior, magisque

gisque à locis meridionalibus ad septentrionem conversus, dissolvit humorem, qui est versus septentrionem, Is solutus primò in aerem, deinde in flatum commutatur, unde venti Etesiæ existunt. E spiritu scilicet qui ex soluto ad septentrionem humore oritur. Ad oppositas ergò plagas meridionales feruntur; Eóque delati ad altissimos Æthiopiæ montes obhærescunt. Ubi autem coacervati ac condensati fuerint, pluvias pariunt. Et ex hisce pluviis increscit æstivo tempore Nilus, ex australibus aridisq; locis profluens. Atq; hoc Aristoteles investigando comperit. Ipse enim ex rei natura hoc deprehendit, rogans Alexandrum Macedonem ut ad ea loca mitteret, qui causam incrementi Nili oculis cognoscerent. Propterea, ait, hac de re non quærendum amplius. Clarè enim patet ex pluviis augeri. Et maximè quidem mirandum, in aridissimis locis Æthiopiæ, ubi nec hyems nec aqua ulla, æstivo tempore plurimos imbres oriri.

ἀρότητες, καὶ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν τόπων ἀρκτικώτερος γινόμενος, λύει τὰ ὑγρὰ, τὰ ἐν τοῖς ἄρκτοις· λυόμενα δὲ ταῦτα, ἐξαεροῦται· ἐξαερούμενα δὲ πνευματοῦται· καὶ ἐκ τούτων γίνονται οἱ Ἐτησίαι ἄνεμοι, ἐκ τῶν πνευμάτων, τῶν ἀπὸ τῆς λύσεως τῶν ἀρκτικῶν ὑγρῶν γινομένων. φέρονται γὰρ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τόπους τοὺς μεσημβρινούς· ἐκεῖ δὴ ταῦτα ἐκφερόμενα, προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γινόμενα, ἀποχάζεται ὑετούς. καὶ ἐκ τῶν ὑετῶν τούτων ὁ Νεῖλος πλημμυρεῖ τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων. καὶ τοῦτο Ἀριστοτέλης ἐπραγματεύσατο. αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔργῳ κατενόησεν, ἀξιώσας πέμψαι τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα εἰς ὁμοίους τοὺς τόπους, καὶ ὄψει τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ Νείλου αὐξήσεως παραλαβεῖν. διό φησιν, ὡς τοῦτο οὐκέτι πρόβλημά ἐστιν. ὤφθη γὰρ φανερῶς, ὅτι ἐξ ὑετῶν αὔξει. καὶ τὸ παράδοξον, ὅτι ἐν τοῖς ξηροτάτοις τόποις τῆς Αἰθιοπίας, ἐν οἷς οὔτε χειμὼν οὔτε ὕδωρ ἐστὶ, ξυμβαίνει τοῦ θέρους πλείστους ὑετοὺς γίνεσθαι.

ΠΟΡ-

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ἈΦΟΡΜΑῚ

ΠΡΟ'Σ ΤΑ` ΝΟΗΤΑ'.

PORPHYRII PHILOSOPHI

Sententiæ ad intelligibilia ducentes.

L. Holſtenio interprete.

α'.  ΑΝ σῶμα ἐν τόπῳ· οὐδὲν δὲ τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀσωμάτων, ἤ τι τοιοῦτον, ἐν τόπῳ.

β'. Τὰ καθ' ἑαυτὰ ἀσώματα, αὐτῷ ὃ κρεῖττον παντός ἐστι σώματος καὶ τόπου, πανταχῆ ἐστιν· οὐ διαστατῶς, ἀλλ' ἀμερῶς.

γ'. Τὰ καθ' ἑαυτὰ ἀσώματα, οὐ τοπικῶς παρόντα τοῖς σώμασι, πάρεστιν αὐτοῖς, ὅταν βούληται. πρὸς αὐτὰ ῥέψαντα, ᾗ καὶ πέφυκε ῥέπειν. ἀλλὰ τοπικῶς αὐτοῖς οὐ παρόντα, τῇ σχέσει πάρεστιν αὐτοῖς.

δ'. Τὰ καθ' ἑαυτὰ ἀσώματα, ὑποστάσει μὲν καὶ οὐσίᾳ οὐ πάρεστιν· οὐ γὰρ συγκιρνᾶται τοῖς σώμασι· τῇ δὲ ἐκ τῆς ῥοπῆς ὑποστάσει τινὸς δυνάμεως μεταδίδωσι, προσεχοῦς τοῖς σώμασιν· ἡ γὰρ ῥοπὴ δευτέραν τινὰ δύναμιν ὑπέστησε, προσεχῆ τοῖς σώμασιν.

ε'. Ἡ μὲν ψυχὴ τῆς ἀμερίστου καὶ περὶ τὰ σώματα μεριστῆς οὐσίας μέσον τί ἐστιν· ὁ δὲ νοῦς ἀμέριστος

I.  Mne corpus eſt in loco: nullum autem incorporeum per ſe, aut aliquid hujuſmodi, eſt in loco.

II. Incorporea per ſe, eo ipſo quòd omni corpore & loco ſunt præſtantiora, ſunt ubique: non diſtenſivè, ſed individuè.

III. Incorporea per ſe, quæ non adſunt corporibus præſentiâ locali, adſunt eis quandocunque volunt: vergendo ad illa, quatenus ſcilicet naturæ inſtinctu vergunt. ſed cum locali præſentiâ eis non adſunt, adſunt tamen habitudine ſeu affectu.

IV. Incorporea per ſe, ſubſiſtentiâ quidem & eſſentiâ corporibus non adſunt; neque enim cum iis commiſcentur. veruntamen inclinationis ſubſiſtentiâ vim quandam propinquam corporibus communicant. inclinatio enim ſecundam quandam vim, corporibus vicinam, ſubſtituit.

V. Anima quidem inter individuam & dividuam in corpora ſubſtantiam medium quiddam eſt. mens

mens autem substantia est tantùm individua. Sed qualitates & formæ materiales divisibiles sunt secundùm corpora.

οὐσία μόνον· αἱ δὲ ποιότητες καὶ τὰ ἔνυλα εἴδη, περὶ τὰ σώματα μεριστά.

VI. Quicquid agit in aliud, non appropinquatione & contractu facit, quod facit. Sed & ea quæ propinquitate & contactu agunt, per accidens propinquitate utuntur.

ϛʹ. Ου τὸ ποιοῦν εἰς ἄλλο, πελάσει καὶ ἀφῇ ποιεῖ, ἃ ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ τὰ πελάσει καὶ ἀφῇ τι ποιοῦντα, κατὰ συμβεβηκὸς τῇ πελάσει χρῆται.

VII. Anima alligatur corpori, convertendo se ad passiones corporis. Rursúmque solvitur, ubi nullo erga corpus affectu tangitur.

ζʹ. Ψυχὴ καταδεῖται πρὸς τὸ σῶμα, τῇ ἐπιστροφῇ τῇ πρὸς τὰ πάθη τὰ ἀπ' αὐτοῦ. καὶ λύεται δὲ πάλιν διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ ἀπαθείας.

VIII. Quod natura colligavit, id natura quoque solvit: & quod anima ligavit, id ipsa solvit. Natura quidem corpus illigavit animæ: anima verò semetipsam devinxit corpori. Natura igitur exsolvit corpus animâ: anima verò semetipsam exsolvit corpore.

ηʹ. Ὃ ἔδησεν ἡ φύσις, τοῦτο καὶ φύσις λύει. καὶ ὃ ἔδησεν ἡ ψυχή, τοῦτο αὐτὴ λύει. ἔδησεν μὲν ἡ φύσις σῶμα ἐν ψυχῇ· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν ἐν σώματι. φύσις μὲν ἄρα λύει σῶμα ἐκ ψυχῆς· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν λύει ἐκ τοῦ σώματος.

IX. Mors duplex: altera quidem æquè omnibus nota, ubi corpus solvitur ab anima: altera verò philosophorum, cùm anima solvitur à corpore: nec semper altera alteram sequitur.

θʹ. Ὁ γοῦν θάνατος διπλοῦς· ὁ μὲν συνεγνωσμένος, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ ψυχῆς· ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ οὐ πάντως ἅτερος ἑτέρῳ ἕπεται.

X. Non eodem modo intelligimus in omnibus, sed secundùm propriam cujusq; substantiam. nam in intellectu, intellectualiter: in anima rationaliter: at in plantis seminativè: in corporibus imaginariè: in eo quod super hæc omnia est, supra citráque intellectum atq; superessentialiter.

ιʹ. Οὐχ ὁμοίως μὲν νοοῦμεν ἐν πᾶσιν, ἀλλ' οἰκείως τῇ ἑκάστου οὐσίᾳ. ἐν νῷ μὲν γὰρ νοερῶς· ἐν ψυχῇ δὲ, λογικῶς· ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς, σπερματικῶς· ἐν δὲ σώμασιν, εἰδωλικῶς· ἐν δὲ τῷ ἐπέκεινα, ἀνεννοήτως τε καὶ ὑπερουσίως.

XI. Incorporeæ substantiæ descendentes, dividuntur & multiplicantur, cum imminutione virium circa singula individua. ascendentes verò uniuntur, atque in unum invicem coeunt, virtutis sive facultatis abundantiâ.

ιαʹ. Αἱ ἀσώματοι ὑποστάσεις ὑποβαίνουσαι καὶ μερίζονται καὶ πληθύνονται, εἰς τὰ καθ' ἄτομον ὑφέσει δυνάμεως· ὑπερβαίνουσαι δὲ ἑνίζονται, καὶ εἰς τὸ ὁμοῦ ἀντιχωροῦσι, δυνάμεως περιουσίᾳ.

XII. Non in corporibus solùm

ιβʹ. Οὐ μόνον ἐν τοῖς σώμασι

τὸ

τὸ ὁμώνυμον, ἀλλὰ καὶ ἡ ζωὴ τῶν πολλαχῶν. ἄλλη γὰρ ζωὴ φυτοῦ, καὶ ἄλλη ἐμψύχου. ἄλλη νοερᾶ, ἄλλη φύσεως τῆς ἐπέκεινα· ἄλλη ψυχῆς, ἄλλη νοερά· ζῇ γὰρ κἀκεῖνα, εἰ καὶ μηδὲν τῶν παρ' αὐτῷ παραπλησίαν ζωὴν κέκτηται.

ejusdem nominis ambiguitas est: sed & vita ex iis quæ vario significatu accipiuntur. Nam alia est vita plantæ, alia animantis, alia essentiæ intellectualis, alia naturæ superioris: alia animæ, alia intellectualis. Nam & ista vivunt, etsi nihil eorum quæ ab iis existunt vitam eis similem obtineat.

ιγ'. Πᾶν τὸ γεννῶν τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ, χεῖρον αὐτοῦ γεννᾷ, καὶ πᾶν τὸ γεννηθὲν, φύσει πρὸς τὸ γεννῆσαν ἐπιστρέφει· τῶν δὲ γεννώντων, τὰ μὲν οὐδ' ὅλως ἐπιστρέφει πρὸς τὰ γεννηθέντα· τὰ δὲ καὶ ἐπιστρέφει, καὶ οὐκ ἐπιστρέφει· τὰ δὲ μόνον ἐπιστραπέντα πρὸς τὰ γεννήματα, εἰς ἑαυτὰ μὴ ἐπιστρέφοντα.

XIII. Quicquid substantiâ suâ generat, deterius semetipso generat. Et omne genitum naturâ ad genitorem suum convertitur. Generantium verò alia quidem nullo modo convertuntur ad ea quæ genuerunt: alia partim convertuntur, partim non convertuntur.: alia autem tantùm ad producta ab se conversa, ad semetipsa non convertuntur.

ιδ'. Πᾶν γεννητὸν ἀπ' ἄλλου τινὸς αἰτίας τῆς γενέσεως ἔχει, εἴγε μηδὲν ἀναιτίως γίγνεται. ἀλλὰ τῶν τε γεννητῶν ὅσα διὰ συνθέσεως κέκτηται τὸ εἶναι, αὐτὰ ἂν εἴη καὶ διὰ τοῦτο φθαρτά. ὅσα δὲ ἁπλᾶ καὶ ἀσύνθετα ὄντα, τῷ ἁπλῷ τῆς ὑποστάσεως κέκτηται τὸ εἶναι, ἄλυτα ὄντα, ἐστὶ μὲν ἄφθαρτα. γεννητὰ δὲ λέγεται, οὐ τῷ σύνθετα εἶναι, ἀλλὰ τῷ ἀπ' αἰτίας τινὸς ἀνηρτῆσθαι. τὰ μὲν οὖν σώματα διχῶς γεννητά· καὶ ὡς ἀπ' αἰτίας ἠρτημένα, τῆς παραγούσης, καὶ ὡς σύνθετα. ψυχὴ δὲ καὶ νοῦς γεννητά. ὡς ἀπ' αἰτίας ἠρτημένα μόνον, οὐ μὴν καὶ ὡς σύνθετα. τὰ μὲν ἄρα σώματα γεννητὰ καὶ λυτὰ, καὶ φθαρτά· τὰ δὲ ἀγέννητα μὲν, ὡς ἀσύνθετα, καὶ ταύτῃ καὶ ἄλυτα, καὶ ἄφθαρτα· γεννητὰ δὲ ὡς αἰτίας ἠρτημένα.

XIV. Omne genitum ab alio generationis causam habet. Siquidem nihil sine causa producitur. Quæcunq; autem rerum genitarum per compositionem essentiam suam obtinent, utiq; eam ipsam ob causam sunt corruptibilia. Quæcunq; verò simplicia & incomposita, in simplici subsistentia essentiam suam habent, cùm sint indissolubilia, sunt etiam incorruptibilia. Genita verò dicuntur, non quòd composita sint, sed quia ab aliqua causa dependent. Corpora igitur bifariam sunt genita; cùm, quatenus à causa producente dependent; tum quatenus composita. Sed anima & intellectus genita solummodo, quatenus à causa dependent, non autem ut composita: quocirca corpora quidem genita, & solubilia, & corruptibilia. Sed hæc, ingenita quidem, tanquam incomposita & proinde etiam indissolubilia ac incorruptibilia: genita autem ut dependentia à causa.

ιε'. Ὁ νοῦς οὐκ ἔστιν ἀρχὴ πάντων·

XV. Mens non est omnium principium:

principium; mens enim multa est: atqui ante multa necessum est esse unum. Sed mentem multa esse, id liquet. Semper enim animi conceptus intelligit, qui non unum sed multa sunt; nec alii præter ipsam. Quare si una eademq; est cum ipsis, illi verò multi sunt, utiq; & mens ipsa multa erit. Cæterùm quòd mens eadem sit cum iis quæ intelligit, id sic ostenditur. Si quid enim est quod speculetur, speculabitur id vel in semetipso, vel in alio positum. Quòd verò speculetur, clarum est; nam dum intelligit, erit utiq; intellectus: at si tollas intellectum, tolles etiam ejus essentiam. Quocirca animadversis iis quæ circa cognitiones accidere solent, intellectus speculationem pervestigare oportet. Et cognoscendi quidem facultates in nobis universim sunt, sensus, imaginatio, intellectus. Quicquid verò sensu utitur externa attingendo contemplatur: non unitum cum iis, quæ contemplatur: sed imaginem tantùm ex eorum contractu recipiens: oculus ergò ubi videt objectum visibile, nullo modo unum, idémque esse potest cum eo quod videtur: neque enim cerneret, nisi certo distaret intervallo. Et id quòd tangitur, si idem esset cum tangente, periret. Hinc liquet sensum ipsum, & quod sensu utitur, ad exteriora ferri, si rem sensibilē percipere velint. Simili modō & imaginatio semper ad exteriora fertur, & intensione ejus simulachrum existit, vel ipsa etiam extensio ad exteriora simulachrum præparat. Et horum quidem comprehensio hujusmodi est: quorum neutrum in se ipsum conversum aut in se collectum, sensibilem, vel insensibilem

τον· πολλὰ γάρ ἐστιν ὁ νοῦς· πρὸ δὲ τῶν πολλῶν ἀνάγκη εἶναι τὸ ἕν. ὅτι δὲ πολλὰ ὁ νοῦς, δῆλον. νοεῖ γὰρ ἀεὶ τὰ νοήματα οὐχ ἓν ὄντα, ἀλλὰ πολλά· καὶ οὐκ ἄλλα ὄντα παρ' ἐκεῖνο. εἰ οὖν ὁ αὐτός ἐστιν αὐτοῖς, ἐκεῖνα δὲ πολλά, πολλὰ ἂν εἴη καὶ ὁ νοῦς· ὅτι δὲ ὁ αὐτός ἐστι τοῖς νοητοῖς, οὕτως δείκνυται. εἰ γάρ τι ἐστὶν ὃ θεωρεῖ, ἢ τὸ ἐν ἑαυτῷ ἔχον, τοῦτο θεωρήσει, ἢ ἐν ἄλλῳ κείμενον. καὶ ὅτι μὲν θεωρεῖ δῆλον· σὺν γὰρ τῷ νοεῖν, εἴη ἂν ὁ νοῦς. ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ νοεῖν, ἀφῄρηται τὴν οὐσίαν. δεῖ τοίνυν ἐπιστήσαντας τοῖς πάθεσιν, ἃ συμβαίνει περὶ τὰς γνώσεις, ἀνιχνεῦσαι τὴν ἐκείνου θεωρίαν. γνωστικαὶ δὲ δυνάμεις ἐν ἡμῖν ἀθρόον, αἴσθησις, φαντασία, νοῦς. πάντη δὲ τὸ αἰσθήσει προσχρώμενον τοῖς ἔξω ἐπιβάλλον θεωρεῖ, οὐχ ἑνούμενον ἐκείνοις ἃ θεωρεῖ, ἀλλὰ μόνον τύπον αὐτῶν ἐκ τῆς πρὸς αὐτὰ προσβολῆς λαμβάνον. ὅταν οὖν ἴδῃ ὀφθαλμὸς τὸ ὁρώμενον, ἀμήχανον ἐν ταὐτότητι γενέσθαι τῷ ὁρωμένῳ· οὐ γὰρ ἂν ἴδοι, εἰ μὴ ἐν διαστάσει γένοιτο. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἁπτόμενον ἐν ταὐτότητι γινόμενον φθαρήσεται. ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι ἀεὶ ἥ τε αἴσθησις, καὶ τὸ αἰσθήσει προσχρώμενον, εἰς τὸ ἔξω φέρεται, εἰ μέλλει τὸ αἰσθητὸν καταλήψεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ φαντασία ἀεὶ ἐπὶ τὸ ἔξω φέρεται, καὶ τῇ τάσει αὐτῆς τὸ εἰκόνισμα παρυφίσταται, ἤτοι καὶ προσαποτελεῖ, ἔξωθεν ἡ αὐτὴ πρὸς τὸ ἔξω τάσει τὴν ὡς ἔξω ὄντος εἰκονίσματος ἐνδεικνυμένη. καὶ τούτων μὲν κατάληψις τοιαύτη· οὐδετέρα εἰς ἑαυτὴν συννεύουσα καὶ συναγομένη

ἐντύχοι ἄν, ἢ τοῦ αἰσθητοῦ, ἢ τοῦ ἀναισθήτου εἴδει. ἐπεὶ δὲ τοῦ νοῦ οὐ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ κατάληψις· ἀλλὰ συμπροϊόντος εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἑαυτὸν θεωροῦντος. παρεξελθὼν γὰρ τοῦ θεάσασθαι τὰς ἑαυτοῦ ἐνεργείας, καὶ ὄμμα εἶναι τῶν αὐτοῦ ἐνεργειῶν, οὐδέν τι ὅραμα, οὐδὲν ἂν νοήσειεν. ὡς μὲν οὖν ἦν αἴσθησίς τε καὶ τὸ αἰσθητὸν, οὕτως δεῖ νοῦς τε καὶ νοητόν. θεωρεῖ δὲ ἡ μὲν ἐκτεινομένη εἰς τὸ ἔξω, εὑρίσκουσα τὸ αἰσθητὸν τῇ ὕλῃ κείμενον. ὁ δὲ νοῦς εἰς αὐτὸν συναγόμενος· εἰ δὲ μὴ ἔξω ἐκτεινόμενος· ὅθεν καὶ ἐδόκει τισίν. ὀνόματος διαφορᾶς προστεθείσης τῇ τοῦ νοῦ ὑποστάσει, καὶ τῆς φαντασίας· ἡ γὰρ ἐν λογικῷ ζώῳ φαντασία δέδεικται αὐτοῖς νόησις. ἀλλ' εἰ ἐκείνοις μὲν πάντα ἀπαρτήσασιν ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῆς σωματικῆς φύσεως ἀκόλουθον ἦν, καὶ τὸν νοῦν τούτων ἀναρτᾶν. ὁ δ' ἡμέτερος σωμάτων καὶ ἑτέρων θεωρὸς οὐσιῶν, ποῦ τοίνυν κειμένας καταλήψεται αὐτάς. ἔξω δὲ ὄντων ὕλης, οὐδαμοῦ ἂν εἴη ταῦτα. δῆλον, ὡς νοερὰ καὶ νοούσῃ συναχθήσεται. καὶ τοίνυν εἰ νοερὰ εἰς τὸν νοῦν, καὶ τὸ νοητὸν, καὶ ἑαυτὸν θεωρήσει, νοῶν τὰ νοητά· καὶ χωρῶν εἰς ἑαυτὸν, νοεῖ διὰ τὸ εἰς ἐκεῖνα χωρεῖν. εἰ δὲ πολλὰ καὶ τὰ νοητά· πολλὰ γὰρ ὁ νοῦς νοεῖ, καὶ οὐχ ἕν· πολλὰ ἂν εἴη καὶ ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐτός. πρὸ δὲ τῶν πολλῶν τὸ ἕν. ὥστε ἀνάγκη πρὸ τοῦ νοῦ εἶναι τὸ ἕν.

speciem percipit. In mente autem comprehensio non eo modo contingit; sed conversa illa in se, & semet ipsam considerante. Egressa enim extra sese, ad proprias functiones considerandas, & ut ipsa oculi vicem præstet ad proprias operationes cæterasque substantias perspiciendas, nihil quidquam intelliget. Quocirca ut se habent sensus & sensibile, ità & intellectus & intelligibile. Verùm ille quidem ad exteriora se extendens contemplatur, inveniens rem sensibilem in materia positam. Sed intellectus in semetipsum collectus, nec ad exteriora diffusus, contemplatur. Ut & nonnullis visum fuit, intellectus subsistentiæ imaginationis quoque appellationem solo nomine diversam attributam esse: nam animalis rationalis imaginationem intellectum esse censebant. Sed isti siquidem omnia à materia & naturâ corporeâ dependere volunt, consequens est, ut mentem quoque eodem referant. At noster intellectus tam corpora, quàm alias substantias contemplatur. Aliquo ergò loco positas eas comprehendet. At si extra materiam sint, neutiquam id fieri poterit. Manifestum ergò, intellectualia cum intellectu conjungenda. Quòd si intellectualia in intellectu, contemplabitur & intellectuale, & semetipsum dum intellectualia intelligit; & recedens in seipsum intelligit, eò quòd in illa ingreditur. At si multa sunt intellectualia: quoniam multa, non unum, intellectus intelligit: necessariò & ipse multa erit. Sed ante multa est unum: ut nèceſſariò ante mentē sit unum.

ιϛʹ. Ἡ μνήμη οὐκ ἔστι φαντασιῶν σωτηρία, ἀλλὰ τῶν μελετηθέντων προβάλλεσθαι ἐκ νέας προβλήματα.

XVI. Memoria non est conservatrix imaginationum: sed ut ea quæ animo meditatus fueras proferre denuo possis.

XVII. Anima quidem omnium rerum rationes continet: operatur autem secundum eas, vel ab alio ad opus excitata, vel semetipsam introrsus ad eas convertens. Et ab alio quidem provocata sensus ad exteriora quasi emittit, sed intra semetipsam ad mentem ingrediens, intelligentiis occupatur. Ergò nec sensus extra imaginationem sunt, dicet aliquis, nec intelligentiæ. Quemadmodum animanti nec sensus absque organorum sensibilium passione: ita nec intelligentiæ absque imaginatione. Nisi forte servatâ proportione; ut impressio sive figura consequens aliquod est animalis sensibilis, sic phantasma consequens sit intellectus animæ in animante.

ιζ΄. Ἡ ψυχὴ ἔχει μὲν πάντων τοὺς λόγους, ἐνεργεῖ δὲ κατ' αὐτοὺς ἢ ὑπ' ἄλλου εἰς ἐγχείρησιν ἐκκαλουμένη, ἢ ἑαυτὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιστρέφουσα εἰς τὸ εἴσω. καὶ ὑπ' ἄλλου μὲν ἐκκαλουμένη, ὡς εἰς τὰ ἔξω τὰς αἰσθήσεις εἰσάγειν δίδωσιν· εἰς δὲ ἑαυτὴν εἰσδῦσα, ὡς ἐν τοῖς νοήμασι γίνεται. ὅτι ἐν αἰσθήσεις ἔξω φαντασίας, ὅτι αἱ νοήσεις, ὅπη τις· ὡς τῷ ζώῳ οὐκ ἄνευ πάθους τῶν αἰσθητικῶν ὀργάνων αἱ αἰσθήσεις, οὕτω καὶ αἱ νοήσεις οὐκ ἄνευ φαντασίας. εἰ μὴ τὸ ἀνάλογον, ὡς τύπος παρακολουθητικὸς ζώου αἰσθητικοῦ, οὕτω τὸ φάντασμα ψυχῆς ζώου ἐπακόλουθον νοήσει.

XVIII. Anima est essentia magnitudinis atque materiæ expers, in vita per semetipsam vitali esse suum obtinens.

ιη΄. Ἡ ψυχὴ, οὐσία ἀμεγέθης, ἄϋλος, ἄφθαρτος, ἐν ζωῇ παρ' ἑαυτῆς ἐχούσῃ τὸ ζῆν, κεκτημένη τὸ εἶναι.

XIX. Aliter patiuntur corpora, aliter incorporea. Corporum passio fit cum mutatione; animæ verò affectiones atq; passiones, actus sive operationes quædam sunt: nequaquam similes calefactionibus & frigefactionibus corporum. Quocirca si corporum passio fit cum mutatione, dicendum, incorporea omnia passionis esse expertia. Nam quæ à materia corporibusque sunt separata, actu sunt eadem. Quæ verò materiæ corporibusque appropinquant, ipsa quidem impassibilia sunt: sed illa in quibus conspiciuntur patiuntur. Nam dum animans sentit, anima quidem similis esse videtur harmoniæ separatæ, ex semetipsa fides congruè aptatas moventi; corpus autē simile harmoniæ inseparabili in ipsis fidibus. Causa

ιθ΄. Ἄλλο τὸ πάσχειν τῶν σωμάτων, ἄλλο τῶν ἀσωμάτων. τῶν μὲν γὰρ σωμάτων, σὺν τροπῇ τὸ πάσχειν. τῆς δὲ ψυχῆς αἱ οἰκειώσεις καὶ τὰ πάθη, ἐνέργειαι οὐδὲν ἐοικυῖαι θερμάνσεσι καὶ ψύξεσι σωμάτων. δι' ὃ εἴπερ τὸ πάσχειν τῶν σωμάτων σὺν τροπῇ, ῥητέον ἀπαθῆ πάντα τὰ ἀσώματα. τὰ μὲν γὰρ ὕλης κεχωρισμένα καὶ τῶν σωμάτων, ἐνεργείᾳ ἦν τὰ αὐτά. τὰ δὲ ὕλῃ πλησιάζοντα καὶ σώμασιν, αὐτὰ μὲν ἀπαθῆ, τὰ δὲ ἐφ' ὧν θεωρεῖται, πάσχει. ὅταν γὰρ τὸ ζῶον αἰσθάνηται, ἔοικεν ἡ μὲν ψυχὴ ἁρμονίᾳ χωριστῇ, ἐξ ἑαυτῆς τὰς χορδὰς κινούσῃ ἡρμοσμένας, τῇ δὲ ἐν ταῖς χορδαῖς ἁρμονίᾳ ἀχωρίστῳ, τὸ σῶμα. τὸ δ' αἴτιον

τῷ κινεῖσθαι τὸ ζῷον, διὰ τὸ εἶναι ἔμψυχον. ἀνάλογον δὲ τῷ μουσικῷ, διὰ τὸ εἶναι ἐναρμόνιον. τὰ δὲ πληγέντα σώματα διὰ πάθος αἰσθητικὸν ταῖς ἡρμοσμέναις χορδαῖς. καὶ γὰρ ἐκεῖ οὐχ ἡ ἁρμονία πέπονθεν ἡ χωριστὴ, ἀλλ' ἡ χορδή. καὶ κινεῖ μὲν ὁ μουσικὸς κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἁρμονίαν· οὐ μὴν ἐκινήθη ἂν ἡ χορδὴ μουσικῶς, εἰ καὶ ὁ μουσικὸς ἐβούλετο, μὴ τῆς ἁρμονίας τοῦτο λεγούσης.

vero motûs ipsum animans esse videtur, eò quòd sit animâ præditum. Simile autem quodammodo est musico, quia & ipsum harmoniam quandam obtinet. Sed corpora passione sensili mota, similia sunt fidibus rectè attemperatis. Nam & illic harmonia separata nihil patitur, sed fides. Et musicus quidem movet secundùm harmoniam quâ pollet: nec tamen fides musicè moveretur, etiam volente musico, nisi harmonia id ipsum dictitaret.

κ'. Ἡ τῶν ἀσωμάτων προσηγορία, οὐ κατὰ κοινότητα ἑνὸς ταὐτοῦ γένους οὕτω προσηγόρευται, καθάπερ τὰ σώματα· κατὰ δὲ ψιλὴν τὴν πρὸς τὰ σώματα στέρησιν, ὅθεν τὰ μὲν αὐτῶν ὄντα, τὰ δὲ οὐκ ὄντα εἶναι οὐ κεκώλυται· καὶ τὰ μὲν πρὸ σωμάτων, τὰ δὲ μετὰ σωμάτων· καὶ τὰ μὲν χωριστὰ σωμάτων, τὰ δὲ ἀχώριστα· καὶ τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ ὑφεστηκότα, τὰ δὲ ἄλλων εἰς τὸ εἶναι δεόμενα· καὶ τὰ μὲν ἐνεργείαις τὰ αὐτὰ καὶ ζωαῖς αὐτοκινήτοις, τὰ δὲ ταῖς ζωαῖς παρυφιστάμενα ταῖς ποιαῖς ἐνεργείαις. κατὰ γὰρ ἀπόφασιν, ὧν οὐκ ἔστιν· οὐ κατὰ παράστασιν, ὧν ἔστι, προσηγόρευται.

XX. Appellatio incorporeorum non secundùm unius ejusdémque generis communitatem sic dicitur, quemadmodum corpora: sed secundùm nudam privationem respectu corporum. Quocirca non impedit, eorum alia entia, alia autem non entia esse: item alia ante corpora, alia post corpora: præterea, alia separata à corporibus, alia nequaquam separata: tum, alia per semet subsistentia, alia opis alienæ ad subsistendum indiga: item alia quidem cum actionibus vitiisque ex semetipsis motum habentibus eadem esse, alia autem una cum vitiis certis quibusdam actionibus existere. Nam secundùm negationem eorum, quæ non sunt; non secundùm affirmationem eorum quæ sunt, appellantur.

κα'. Τῆς ὕλης τὰ ἴδια κατὰ τοὺς ἀρχαίους τάδε· ἀσώματος, ἑτέρα γὰρ σωμάτων· ἄζωος, οὔτε γὰρ νοῦς, οὔτε ψυχὴ, οὐ ζῶν καθ' ἑαυτό· ἀνείδεος, ἀλλοῖος, ἄπειρος, ἀδύναμος. διὸ οὐδὲ ὄν, ἀλλ' οὐκ ὄν. οὐχ ὥσπερ κίνησις, μὴ ὄν· ἀλλ' ἀληθινὸν μὴ ὄν. εἴδωλον καὶ φάντασμα ὄγκου. ὅτι τὸ πρώτως

XXI. Materiæ proprietates secundùm antiquos hæ sunt: quòd sit incorporea: diversa enim à corporibus est. Quòd vitæ expers; neque enim intellectus, nec anima, nec aliquid per se vivens. Quòd informis, variabilis, infinita, impotens. Propterea neque ens, sed non ens. Neque ità non ens, sicuti motus: sed verum non ens. Simulachrum & phantasma molis: quia id est, quod primò subest moli: impo-

impotens, & appetitio subsistentiæ: consistens non in statu, sempérque contrarium in seipso apparens; parvum & magnum, item minus & majus: deficiens & excedens: quod semper fit, nec unquam permanet, neque tamen effugere elabiq; potest: defectus omnis entis. Ideóq; quicquid promittit, mentitur: & si magnum esse videatur, parvum est. Nam instar rei ludicræ fugit & evanescit in non ens. Fuga enim ejus non fit loco, sed dum esse desinit. Quapropter & simulachra quæ in ea sunt deteriori simulachro insunt: quemadmodum in speculo res alibi posita alibi apparet. Et repletum, uti quidem videtur, nihil tamen habens, cùm omnia habere videatur.

ἐν ὄγκῳ, τὸ ἀδυναμον, καὶ ἔφεσις ὑποστάσεως, καὶ ἑστὼς οὐκ ἐν στάσει· καὶ τὸ ἐναντίον ἀεὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ φανταζόμενον· μικρὸν, καὶ μέγα· καὶ ἧττον, καὶ μᾶλλον· ἐλλεῖπον καὶ ὑπερέχον· ἀεὶ γινόμενον, καὶ οὐ μένον, οὐδ᾽ αὖ φεύγειν δυνάμενον· ἔλλειψις παντὸς τοῦ ὄντος. διὸ ὃ ἂν ἐπαγγέλληται, ψεύδεται· κἂν μέγα φαντασθῇ, μικρόν ἐστιν· οἷον γὰρ παίγνιόν ἐστι, φεῦγον εἰς τὸ μὴ ὄν. ἡ γὰρ φυγὴ οὐ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολείψει. ὅθεν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ εἴδωλα, ἐστὶν ἐν εἰδώλῳ χείρονι. ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὸ ἀλλαχοῦ ἱδρυμένον, ἀλλαχοῦ φανταζόμενον. καὶ πιμπλάμενον, ὡς δοκεῖ, καὶ ἔχον οὐδὲν, καὶ δοκοῦν τὰ πάντα.

XXII. Omnes passiones circa idem versantur, circa quod & interitus. Via enim ad interitum susceptio passionis. Et ejusdem est interire, cujus est & pati. Nihil autem incorporeum interit. Quædam verò illorum aut sunt, aut non sunt, adeò ut nihil quidquam patiantur. Quicquid enim patitur, non ejusmodi esse debet; sed tale quod ab ingredientium & passionem inferentium qualitatibus alterari corrumpique possit. Nam quod illi inest non promiscuè à quovis alteratur. Quare nec materia patitur: est enim secundùm seipsam qualitatis expers: nec formæ rerum in eam ingredientium atq; egredientim patiuntur. Sed passio circa id quod ex utroque compositum, & cujus esse in utriusque conjunctione consistit. Hoc enim inter contrarias potentias qualitatésque, quæ materiam subeunt, & passiones in ducunt, sustinere passiones conspicitur. Quocirca quibus vita extrinsecus,

κϛ'. Τὰ πάθη περὶ τοῦτο πάντα, περὶ ὃ καὶ ἡ φθορά· ὁδὸς γὰρ ἐστιν εἰς φθορὰν ἡ παραδοχὴ τοῦ πάθους· καὶ τούτου τὸ φθείρεσθαι, οὗ καὶ τὸ πάσχειν ἐστίν· φθείρεται δὲ οὐδὲν ἀσώματον. τινὰ δὲ αὐτῶν ἢ ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, ὥστε πάσχειν οὐδέν. τὸ γὰρ πάσχον οὐ τοιοῦτον εἶναι δεῖ, ἀλλ᾽ οἷον ἀλλοιοῦσθαι, καὶ φθείρεσθαι ταῖς ποιότησι τῶν ἐπεισιόντων, καὶ τὸ πάσχειν ἐμποιούντων. τῷ γὰρ ἐνόντι ἀλλοίωσις οὐ παρὰ τοῦ τυχόντος. οὔτε οὖν ἡ ὕλη πάσχει· ἄποιος γὰρ καθ᾽ ἑαυτήν· οὔτε τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς εἴδη εἰσιόντα, καὶ ἐξιόντα· ἀλλὰ τὸ πάθος περὶ τὸ συναμφότερον, καὶ ᾧ τὸ εἶναι ἐν τῷ συναμφοτέρῳ· τοῦτο γὰρ ἐν ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσι, καὶ ποιότησι τῶν ἐπεισιόντων καὶ τὸ πάσχειν ἐμποιούντων ὑποληφθὲν θεωρεῖται. διὸ καὶ ὧν τὸ ζῆν ἔξω-

θεῖν, καὶ οὐ παρ' ἑαυτοῦ, ταῦτα τὸ ζῆν καὶ τὸ μὴ ζῆν παθεῖν δύναται. ὅσοις δὲ τὸ εἶναι ἐν ζωῇ ἀπαθεῖ, κατὰ ζωὴν μένειν ἀνάγκη· ὥσπερ τῇ ἀζωΐᾳ, τὸ μὴ παθεῖν, καθ' ὅσον ἀζωΐα. ὡς οὖν τὸ τρέπεσθαι καὶ πάσχειν ἐν τῷ συνθέτῳ, τῷ ἐξ ὕλης τε καὶ εἴδους, ὅπερ ἦν τὸ σῶμα· οὐ μὴν τῇ ὕλῃ τοῦτο προσῆν· οὕτω καὶ τὸ ζῆν καὶ ἀποθνήσκειν, καὶ πάσχειν κατὰ ταῦτα, ἐν συνθέτῳ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος θεωρεῖται. οὐ μὴν καὶ τῇ ψυχῇ καὶ ταῦτα συμβαίνει· ὅτι οὐκ ἦν ἐξ ἀζωΐας, καὶ ζωῆς συγκείμενον πρᾶγμα, ἀλλὰ ζωὴ, καὶ μόνον. καὶ τοῦτο ἐν τῷ ἁπλῆν οὐσίαν εἶναι, καὶ λόγον τῆς ψυχῆς αὐτοκίνητον.

non autem à semetipsis obvenit, ea & vivere & non vivere pati possunt. Quibus autem essentia in vita passionis experte consistit, ea secundùm vitam permanere necesse est. Sicuti vitâ carentibus, in quantum vitâ carent, impassibilitas necessariò convenit. Ergò mutari & pati composito ex materia formâq; hoc est corpori, nequaquam verò materiæ convenit: ità etiam vivere ac mori, & proinde pati, in composito ex corpore & anima conspicitur. Neq; id animæ contingit. Cùm non sit aliquid ex non vitâ vitâq; conflatum; sed vitâ solummodo constet. Idque adeò, quia essentia est simplex, & animæ ratio suo se motu movet.

κγ'. Ἡ νοερὰ οὐσία ὁμοιομερής ἐστιν, ὡς καὶ ἐν τῷ μερικῷ νῷ εἶναι τὰ ὄντα, καὶ ἐν τῷ παντελείῳ· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ καθόλου, καὶ τὰ μερικὰ καθολικῶς· ἐν δὲ τῷ μερικῷ, καὶ τὰ καθόλου καὶ μερικὰ μερικῶς.

XXIII. Substantia intellectualis ità omnibus partibus inter se similibus constat, ut & in particulari & in universali intellectu entia existant. Sed in intellectu universali particularia quoq; entia sunt universaliter: in particulari autem tam universalia quàm particularia sunt particulariter.

κδ'. Τῆς οὐσίας, ἧς ἐν ζωῇ τὸ εἶναι, καὶ ἧς τὰ πάθη ζωαί, ταύτης καὶ ὁ θάνατος ἐν ποιᾷ ζωῇ κεῖται, οὐκ ἐν ζωῆς καθάπαξ στερήσει. ὅτι μηδὲ πάθος ἢ ὁδὸς ἦν παντελῶς πρὸς τὸ μὴ ζῆν, ἡ ἀζωΐα ἡ ἐν αὐτῇ.

X X I V. Cujuscunque essentiæ esse consistit in vita, & cujus passiones sunt vitæ, ejusdem quoq; mors in certa aliqua vita consistit: non in omnimoda vitæ privatione. quoniam nec ipsa vitæ vacuitas quæ est in illa, passio sive via est quâ omnino vivere desinat.

κε'. Ἐπὶ τῶν ζωῶν τῶν ἀσωμάτων, αἱ πρόοδοι μενόντων τῶν προτέρων ἑδραίων καὶ βεβαίων γίνονται, καὶ οὐ φθειρόντων τι αὐτῶν εἰς τὴν τῶν ὑπ' αὐτὰ ὑπόστασιν, οὐδὲ μεταβαλλόντων. ὥστε οὐδὲ τὰ ὑφιστάμενα μετά τινος φθορᾶς ὑφίσταται, ἢ μεταβολῆς. οὐδὲ τοῦτο

XXV. In vitis incorporeis progressus seu emanationes fiunt prioribus firmis immotisque permanentibus, nec perdentibus quidquam de suo, vel mutantibus ad inferiorum productionem. Adeò ut nec producta cum corruptione vel mutatione aliquâ producantur. neq; quidquam

quam eorum ita existit, sicuti generatio cum corruptione & mutatione conjuncta. Sunt ergò ingenita atque incorruptibilia: & proinde etiam absque generatione & corruptione producta.

κατ' αὐτόν, ὡς ἡ φθορᾶς μετέχουσα γένεσις, καὶ μεταβολῆς. ἀγένητα ἄρα καὶ ἄφθαρτα, καὶ ἀγενήτως καὶ ἀφθάρτως γεγονότα κατὰ τοῦτο.

XXVI. De eo quod est supra mentem multa quidem per intelligentiam dicuntur. Sed multò rectiùs otio & vacatione intellectûs, quàm intelligendo perspicitur. Quemadmodum de dormiente, dum vigilator, multa quidem affirmantur; quorum tamen cognitio atque experientia per somnum percipitur. Nam simili simile cognoscitur: quia omnis cognitio assimilatio est ad id quod cognoscitur.

κϛ'. Περὶ τοῦ ἐπέκεινα νοῦ, κατὰ μὲν νόησιν πολλὰ λέγεται· θεωρεῖται δὲ ἀνοησίᾳ κρείττονι νοήσεως· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ καθεύδοντος, διὰ μὲν ἐγρηγόρσεως πολλὰ λέγεται· διὰ δὲ τοῦ καθεύδειν ἡ γνῶσις, καὶ ἡ κατάληψις. τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γινώσκεται· ὅτι πᾶσα γνῶσις, τοῦ γνωστοῦ ὁμοίωσις.

XXVII. Non ens aut ipsi producimus, separati ab ente: aut præconcipimus animo, conjuncti cum ente. Proinde si separemur ab ente, non præconcipimus animo illud non-ens quod est supra ens; sed fingimus non ens, falsam quandam & ementitam passionem, quæ homini digredienti à semetipso contingere solet. Nam ut unusquisque reverà & per se reduci poterat ad illud non-ens quod est suprà ens: (sic ab ente ac seipso digrediens) transit ad non-ens quod entis defectus & carentia est.

κζ'. Μὴ ὂν τὸ μὲν ὑφιστῶμεν, χωρισθέντες τοῦ ὄντος· τὸ δὲ προεννοοῦμεν, ἐχόμενοι τοῦ ὄντος· ὡς εἴγε χωρισθείημεν τοῦ ὄντος, οὐ προεννοοῦμεν τὸ ὑπὲρ τὸ ὂν μὴ ὄν· ἀλλὰ ὑφιστῶμεν ψευδὲς πάθος τὸ συμβεβηκὸς περὶ τὸν ἐκστάντα ἑαυτοῦ. καὶ γὰρ αὐτὸς ἕκαστος ὥσπερ ὄντως καὶ δι' ἑαυτοῦ ἐστιν ἀναχθῆναι ἐπὶ τὸ ὑπὲρ τὸ ὂν μὴ ὄν, καὶ παραχθῆναι ἐπὶ τὸ κατάπτωμα τοῦ ὄντος μὴ ὄν.

XXVIII. Corporis substantia nil impedit per-se incorporeum, quin sit ubicunq; & quomodocunq; velit. Nam ut id quod mole caret corpori est incomprehensibile, nec quidquam ad ipsum pertinet: sic incorporeo id quod mole præditum est officere non potest, sed instar non entis adjacet. Neq; incorporeum motu locali hinc indè quò vult fertur: (locus enim molem corpoream comitatur.) Neq; à corporibus coercetur. Nam quod mole

κη'. Οὐδὲν πρὸς τὸ ἀσώματον τὸ καθ' ἑαυτὸ ἡ τοῦ σώματος ἐμποδίζει ὑπόστασις, πρὸς τὸ μὴ εἶναι ὅπου βούλεται, καὶ ὡς θέλει. ὡς γὰρ τῷ σώματι τὸ ἄογκον ἀληπτον, καὶ οὐδὲν πρὸς αὐτό· οὕτω τῷ ἀσωμάτῳ τὸ ὀγκῶδον καὶ ἀντιπρόσωπον, καὶ ὡς μὴ ὄν, κεῖται· οὐδὲ τοπικῶς διέρχεται τὸ ἀσώματον ὅπου βούλεται. ὄγκῳ γὰρ

συνωθεῖσαι τόπον· οὐδὲ συνοχωροῦνται σωμάτων ὄντων· τὸ γὰρ ὁπωσοῦν ἐν ὄγκῳ συνοχωρεῖσθαι δύναται, καὶ τοπικῶς ποιεῖται τὰς μεταβάσεις. τὸ δ' ἄογκον παντελῶς καὶ ἀμέγεθες ὑπὸ τοῦ ἐν ὄγκῳ ἀκράτητον, τοπικῆς τε κινήσεως ἀμοιρεῖ. διαθέσει τοίνυν τινὶ ἐκεῖ εὑρίσκεται, ὅπου καὶ διάκειται, τόπῳ ὂν πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ. διὸ ποιᾷ διαθέσει, ἢ ὑπὲρ οὐρανόν, ἢ ἐν μέρει τινὶ τοῦ κόσμου κατείργεται. ὅταν δὲ κρατηθῇ ἔν τινι μέρει τοῦ κόσμου, οὐκ ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται· ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ φανερὰ ἡ παρουσία αὐτοῦ γίνεται.

quocunq; tandem modo præditum est, id & coerceri, & motu locali transitum facere potest. Quod autem omnino molis magnitudinisq; expers est, nec ab eo quod mole præditum est contineri potest, nec motus localis est particeps. Certâ igitur quâdam dispositione isthic reperitur, quo affectu inclinat; loco interim & ubiq; & nullibi existens. Ideóq; certâ quâdam dispositione vel suprà cœlum, vel in quâdam mundi parte continetur. Verùntamen cùm in aliqua parte mundi continetur, oculis non conspicitur: sed præsentia ejus ex ipsius operibus apparet.

κθ'. Τὸ ἀσώματον ἐν σώματι κατακλεισθῇ, οὐ συγκλεισθῆναι δεῖ, ὡς ἐν ζωγρείῳ θηρία· συγκλεῖσαι γὰρ αὐτὸ οὐδὲν οὕτω δύναται καὶ περιλαβεῖν σῶμα. οὐδ' ὡς ἀσκὸς ὑγρόν τι ἕλκει ἢ πνεῦμα· ἀλλ' αὐτὸ δεῖ ὑποστῆσαι δυνάμεις ῥεπούσας ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὸ ἑνώσεως εἰς τὸ ἔξω· αἷς δὴ κατιὸν συμπλέκεται τῷ σώματι. δι' ἐκτάσεως οὖν ἀρρήτου ἡ εἰς σῶμα συνείρξις. διὸ οὐδ' ἄλλο αὐτὸ κατεδεῖ, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτό· οὐδὲ λύει μὲν θραυσθὲν τὸ σῶμα, καὶ φθαρέν, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτὸ στρέψαν ἐκ τῆς προσπαθείας.

XXIX. Incorporeum si in corpore contineatur, non ideò concludi necesse est, quemadmodum feræ in roborario: (nullum enim corpus idipsum tali modo concludere complectiq; potest.) neque ut uter humorem aliquem aut flatum cohibet. Sed ipsum incorporeum facultates seu potentias quasdam à sui cum ipso corpore conjunctione extrinsecus vergentes substituat oportet, quibus descendens corpori connectitur. Itaque per ineffabilem sui ipsius extensionem fit ut corpore coerceatur. Ideóque nec aliud quidquam, sed ipsum sese alligat: quapropter nec corpus vulneratum corruptúmque, sed ipsum sese avertendo ab affectu corporeo, exsolvit.

λ'. Τῶν μὲν ὅλων καὶ τελείων ὑποστάσεων οὐδεμία πρὸς τὸ ἑαυτῆς γέννημα ἐπιστρέφεται· πᾶσαι δὲ αἱ τέλειαι ὑποστάσεις πρὸς τὰς γεννησαμένας εἰσὶν ἀνηγμέναι ἄχρι καὶ τοῦ κοσμικοῦ σώματος. τέλειον γὰρ ὂν ἀνῆκται πρὸς τὴν ψυχὴν, νοερὰν οὖσαν· καὶ κύκλῳ διὰ τοῦτο κινούμενον. ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ πρὸς

XXX. Universalium perfectarúmq; substantiarum nulla ad progeniē suam convertitur: sed omnes perfectæ substantiæ ad autores suos reducuntur, etiam usque ad corpus mundanum. Cùm enim perfectum sit, ad animam intellectu præditam subrectum est; ideóque movetur in orbem: anima autem ejus ad men-

tem:

tem: mens verò ad primum principium subrigitur. Ad hoc itaque omnia, exordio inde ab ultimo ducto, pro suis quódq; viribus perveniunt. reductio autem illa ad primum vel ex propinquo vel ex longinquo fit. Hæc ergò non appetere solummodo Deum, sed & frui illo pro viribus, dici possunt. Particularibus autem seu divisis substantiis, & quæ vergere ad multa possunt, insitum quoq; est ut ad progenies suas se convertant. Unde & in hisce delictum existit: in hisce probrosa perfidia. Hasce ergò materia malo inficit, eò quòd in ipsam deflecti possunt, cùm ad Deum quoque converti queant. Adeò ut perfectio quidem secunda primis substituat, conservans ea conversa ad prima: imperfectio verò prima quoq; ad postrema deflectit, & efficit ut ament, ea quæ ante ipsa deflexerunt.

XXXI. Deus ubiq; est, quia est nusquam: & mens ubiq; quia nusquam: & anima ubique quia nusquam. Sed Deus quidem ubiq; & nusquam eorum omnium quæ post ipsum sunt: sed isthic tantùm est quemadmodum est atq; vult: mens autem in Deo quidem, sed ubique, & nusquam eorum quæ sunt post ipsum: & anima in mente & in Deo ubique, & nusquam in corpore: corpus autem in anima, & in mente, & in Deo. Et ut omnia entia & non entia ex Deo, & in Deo; nec tamen ipse entia vel non entia, nec in iis. Nam si solummodo ubiq; esset, ipse utique omnia, & in omnibus esset: at quia idem etiam nusquam est, omnia fiunt per ipsum, & in ipso, quia ipse est ubique.

τὸν νοῦν· νοῦς δὲ πρὸς τὸ πρῶτον. δῆλον τοίνυν ἅπαντα ἐπὶ τοῦτο, ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου ἀρξάμενον, καθ' ὃ δύναται ἕκαστον. ἡ δὲ πρὸς τὸ πρῶτον ἀναγωγὴ, προσεχὴς μέν τις ἢ πόρρωθεν ἐστί· διὸ ταῦτα οὐκ ἐφίεσθαι μόνον τοῦ θεοῦ λέγοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ἀπολαύειν κατὰ δύναμιν· ἐν δὲ ταῖς μερισταῖς ὑποστάσεσι, καὶ πρὸς πολλὰ ῥέπειν δυναμέναις, ἔνεστι καὶ πρὸς τὰ γεννήματα ἐπιστρέφειν. ὅθεν καὶ ἐν ταύταις ἡ ἁμαρτία, ἐν ταύταις ἡ λελοιδορημένη ἀπιστία. ταύτας οὖν ῥυποῖ ἡ ὕλη, τῷ ἐπιστρέφεσθαι ἐπ' αὐτὴν δύνασθαι, δυναμένας ἐστράφθαι καὶ πρὸς τὸ θεῖον. ὅθεν ἡ μὲν τελειότης ὑφίστησι τὰ δεύτερα ἀπὸ τῶν προτέρων, τηροῦσα αὐτὰ ἐπεστραμμένα πρὸς τὰ πρῶτα· τὸ δ' ἀτελὲς στρέφει καὶ πρὸς τὰ ὕστερα τὰ πρῶτα, καὶ φιλεῖν ταῦτα ποιεῖ τὰ πρὸ αὐτῆς ἀποστραφέντα.

λα'. Ὁ θεὸς πανταχοῦ ὅτι οὐδαμοῦ· καὶ ὁ νοῦς πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ· καὶ ἡ ψυχὴ πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ. ἀλλ' ὁ θεὸς μὲν πανταχοῦ καὶ οὐδαμοῦ τῶν μετ' αὐτὸν πάντων· αὐτοῦ δὲ ἔστι μόνον ὡς ἔστι καὶ ἐθέλει. νοῦς δὲ ἐν θεῷ μὲν, πανταχοῦ δὲ καὶ οὐδαμοῦ τῶν μετ' αὐτόν. καὶ ψυχὴ ἐν νῷ τε καὶ θεῷ πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ ἐν σώματι· σῶμα δὲ καὶ ἐν ψυχῇ, καὶ ἐν θεῷ. καὶ ὡς πάντα τὰ ὄντα, καὶ μὴ ὄντα ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν θεῷ, καὶ οὐκ αὐτὸς τὰ ὄντα, καὶ οὐκ ὄντα καὶ ἐν αὐτοῖς· εἰ μὲν γὰρ μόνον ἦν πανταχοῦ, αὐτὸς ἂν ἦν τὰ πάντα, καὶ ἐν πᾶσιν, ἐπεὶ δὲ καὶ οὐδαμοῦ, τὰ πάντα γίνεται δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ, ὅτι

πανταχοῦ

πανταχοῦ ἐκείνου. ἕτερα δὲ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς οὐδαμοῦ. οὕτω καὶ νοῦς πανταχοῦ ὢν καὶ οὐδαμοῦ, αἴτιος ψυχῶν, καὶ τῶν μετ' αὐτάς. καὶ οὐκ αὐτὸς ψυχὴ, οὔτε τὰ μετὰ ψυχὴν, οὐδ' ἐν τούτοις· ὅτι οὐκ ἦν μόνον πανταχοῦ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ οὐδαμοῦ· καὶ ἡ ψυχὴ οὐ σῶμα, οὔτε ἐν σώματι, ἀλλ' αἰτία σώματος· ὅτι πανταχοῦ οὖσα τοῦ σώματος, ἔστιν οὐδαμοῦ. καὶ ἔστι γε ἡ πρόοδος τοῦ παντὸς, εἰς τὸ μήτε πανταχοῦ ἅμα, μήτε μηδαμοῦ εἶναι δυνάμενον, ἀλλ' ἀνὰ μέρος ἑκατέρων μετέχον.

λβ'. Ὥσπερ τὸ ἐπὶ γῆς εἶναι ψυχῇ οὐκ ἔστιν, οὐ τὸ γῆς ἐπιβαίνειν, ὡς τὰ σώματα· τὸ δὲ προεστάναι σώματος, ὃ γῆς ἐπιβαίνει· οὕτω καὶ ἐν ᾅδου εἶναι ἐστὶ ψυχῇ, ὅταν προεστήκῃ εἰδώλου, φύσιν μὲν ἔχοντος εἶναι ἐν τόπῳ, ὑπόστασιν δὲ τὴν σκοτεινὴν κεκτημένου. ὥστε εἰ ὁ ᾅδης ὑπόγειος ἐστι τόπος σκοτεινὸς, ἡ ψυχὴ καίπερ οὐκ ἀποτεμνομένη τοῦ ὄντος, ἐν ᾅδου γίγνεται, ἐφελκομένη τὸ εἴδωλον. ἐξελθούσῃ γὰρ αὐτῇ τοῦ στερεοῦ σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ, ὃ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνελέξατο. ἐκ δὲ τῆς πρὸς τὸ σῶμα προσπαθείας τὸν λόγον ἐχούσης τὸν μερικὸν προσβεβλημένον, καθ' ὃν σχέσιν ἔσχε πρὸς τὸ τοῖον σῶμα, ἐν τῷ ζῆν, ἐκ τῆς προσπαθείας ἐναπομόργνυται τύπος τῆς φαντασίας εἰς τὸ πνεῦμα, καὶ οὕτως ἐφέλκεται τὸ εἴδωλον. ἐν ᾅδου δὲ λέγεται, ὅτι τῆς ἀειδοῦς φύσεως ἐτύγχανε τὸ πνεῦμα, καὶ σκοτεινῆς. ἐπεὶ δὲ ἐφέλκει τὸ βαρὺ πνεῦμα καὶ ἔνυγρον, ἄχρι τῶν ὑπογείων τόπων, οὕτω καὶ αὐτὴ

Sunt autem diversa ab ipso, quia ipse quoq; nusquam est. Ità etiam mens ubiq; existens & nusquam, causa est animatum, & eorum quæ post animas sequuntur: nec ipse est anima, nec ea quæ sunt post animam, nec in illis. Quia non tantùm ubique est eorum quæ sunt post ipsum; sed & nusquam. Et anima nec corpus est, nec in corpore; sed causa corporis: quia dum ubiq; per corpus est diffusa, est nusquam. Atque hic progressus universi procedit usq; ad illud quod nec ubique simul, nec nuspiam esse potest; sed ex parte utriusque particeps est.

XXXII. Quemadmodum hoc est animæ esse in terra, non sic in terris versari sicuti corpora; sed præesse corpori in terris versanti: ità etiam esse in inferno est animæ, quando simulachro præest, quod naturam quidem talem habet ut sit in loco, subsistentiam verò in tenebris obtinet. Quare si infernus subterraneus & tenebrosus locus est, anima licèt non abstracta & divulsa ab ente in inferno existit, attrahens sibi simulachrum. Exeuntem enim eam ex solido corpore comitatur etiam spiritus quem ex sphæris collectum habebat. Sed enim ex affectu erga corpus rationem particularem objectam habeat, secundùm quam habitudinem quandam erga istiusmodi corpus obtinebat dum viveret, ex affectu illo propenso figura imaginationis imprimitur spiritui, atq; ità simulachrum attrahitur. In inferno autem esse dicitur, quoniam informem obscurámq; naturam nactus est spiritus. Et quoniam gravis humidúsq; spiritus usq; ad subterranea

nea loca pertingit, hâc ratione & ipsa terram subire dicitur: non quòd ipsa illa substantia de loco in locum transeat, & in locis existat: sed quia transeuntium suam naturam per loca, & loca obtinentium corporum habitudines suscipit: suscipientibus ipsam hujusmodi corporibus pro cujusque aptitudine, ex certa quadam dispositione erga illam. Nam prout disposita fuerit, ità corpus suo ordini, proprietatibusq; definitum invenit. Ideoq; puriùs dispositæ corpus quamproximè ad immateriale accedens, æthereum scilicet, adjunctum est. Progressæ autem à ratione ad objectum imaginationis, corpus solare adnascitur. Sed effeminatæ & formarum amore captæ adjungitur corpus lunare. Delapsam verò in corpora, cùm secundùm informem ejus speciem ex humidis vaporibus composita existant, perfecta entis ignorantia, & caligo atq; infantia sequitur. Et sanè in ipso egressu, gerens adhuc spiritum ob humidam evaporationem turbatum, umbram attrahit, & prægravatur, spiritu ejusmodi suâ naturâ in terræ fundum contendente, nisi alia quædam causa ipsum in contrariam partem retrahat. Quemadmodum igitur terreâ hâc testâ circumtectam in terra degere necessum est; ità etiam humidum spiritum attrahens, simulachrum necessariò adjunctum habet. Attrahit autem humorem, cùm perpetuò adesse studet naturæ, cujus operatio in humore consistit, & quæ subterranea potiùs est. Ubi autem operam dederit ut à natura secedat, splendor siccus existit, nullâ umbrâ, ac nube obscuratus. Humiditas enim

λέγεται χωρεῖν ὑπὸ γῆν. οὐχ ὅτι ἡ αὐτὴ οὐσία μεταβαίνει τόπους, καὶ ἐν τόποις γίνεται· ἀλλ' ὅτι τῶν μεταβαίνειν τόπους, καὶ εἰληχέναι τόπους, σχέσεις ἀναδέχεται· δεχομένων αὐτὴν κατὰ τὰς ἐπιτηδειότητας τῶν σωμάτων ἐκ τῆς κατ' αὐτὴν ποιᾶς διαθέσεως. ὡς γὰρ ἂν διατεθῇ, ἐμβάλλεται σώματι, τάξει καὶ τόποις οἰκείοις διωρισμένῳ. διὸ καθαρώτατα μὲν διακειμένη σύμφυτον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἀύλου σῶμα, ὅπερ ἐστὶ τὸ αἰθέριον. προελθοῦσαν δὲ ἐκ λόγου εἰς φαντασίας προβολὴν, σύμφυτον τὸ ἡλιοειδές· θηλυνθεῖσαν δὲ καὶ παθαινομένην πρὸς τὸ εἶδος, παρακολουθεῖ τὸ σεληνοειδές. πεσοῦσαν δὲ εἰς σώματα, ὅταν κατὰ τὸ αὐτῆς ἄμορφον εἶδος ἐξ ὑγρῶν ἀναθυμιάσεων συνεστήκῃ, ἄγνοια ἕπεται τοῦ ὄντος τελεία, καὶ σκότωσις, καὶ νηπιότης. καὶ μὴν καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ, ἔτι κατὰ τὴν δίυγρον ἀναθυμίασιν τὸ πνεῦμα ἔχουσα τεθολωμένον, σκιὰν ἐφέλκεται, καὶ βαρεῖται· χωρεῖν ἀποδιδόντος τοῦ τοιούτου πνεύματος εἰς μυχὸν τῆς γῆς φύσει, ἂν μὴ ἄλλη τις αὐτὸ αἰτία ἀνθέλκῃ. ὥσπερ οὖν τὸ γεῶδες ὄστρεον περικειμένη, ἀνάγκη ἐπὶ γῆς ἰλυσπᾶσθαι· οὕτω καὶ ὑγρὸν πνεῦμα ἐφελκομένη, εἴδωλον περικεῖσθαι ἀνάγκη. ὑγρὸν δὲ ἐφέλκεται, ὅταν συνεχῶς μελετήσῃ ὁμιλεῖν τῇ φύσει, ἧς ἐν ὑγρῷ τὸ ἔργον, καὶ ὑπόγειον μᾶλλον· ὅταν δὲ μελετήσῃ ἀφίστασθαι φύσεως, αὐγὴ ξηρὰ γίνεται, ἄσκιος, καὶ ἀνέφελος.

ὑγρότης

ὑγρότης γὰρ ἐν ἀέρι νέφος συνίστησι ξηρότης δὲ ἀπὸ τῆς ἀτμίδος αὐγὴν ξηρὰν ὑφίστησιν.

λγ. Τὰ κατηγορούμενα τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ἐνύλου ἀληθῶς ἐστὶ ταῦτα. τὸ πάντη εἶναι διαπεφορημένον, τὸ μεταβλητὸν εἶναι, τὸ ὑφεστάναι ἐν ἑτερότητι, τὸ σύνθετον εἶναι, τὸ καθ' ἑαυτὸ αὐτὸ ὑπάρχειν, τὸ ἐν τόπῳ, τὸ ἐν ὄγκῳ θεωρεῖσθαι, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια· τοῦ δὲ ὄντως ὄντος, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότος αὐτοῦ, τὸ εἶναι ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, ὡσαύτως τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχειν, τὸ ἐν ταυτότητι ὑποστῆναι, τὸ ἀμετάβλητον εἶναι κατ' οὐσίαν, τὸ ἀσύνθετον, τὸ μήτε λυτὸν, μήτε ἐν τόπῳ εἶναι, μήτε εἰς ὄγκον διαπεφορῆσθαι, τὸ μήτε γινόμενον, μήτε ἀπολλύμενον εἶναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὧν ἐχομένους δεῖ μηδ' ἐπ' ἄλλον τὰς περὶ τῆς διαφόρου αὐτῶν φύσεως, καὶ αὐτοὺς λέγειν, καὶ ἄλλων λεγόντων ὑπακούειν.

nebulam in aere constituit: siccitas verò ex halitione splendorem siccum sudúmque producit.

XXXIII. Hæc de sensibili & materiali verè affirmantur: esse omnino extensúm seu diffusum, esse mutabile, subsistere in alteratione, esse compositum, ipsum per semetipsum existere; in loco, & mole corporeâ conspici: aliáque his similia. At de vero ente & per semetipsum subsistente hæc prædicantur: semper in semetipso situm esse, eodem modo atque secundùm idem se habere, ipsâ substantiâ in identitate consistere, esse immutabile secundùm substantiam, non compositum, nec dissolubile, nec in loco, nec mole distensum: nec ortum esse, nec interire: & quæ his sunt similia. Quam regulam sequentes, nihil immutatum vel alienum de diversa ipsorum natura, nec nosmetipsos loqui, nec alios loquentes audire convenit.

SECUNDA

SECUNDA PARS

ΤΩ͂Ν ΠΡΟ῀Σ ΤΑ᾽ ΝΟΗΤΑ᾽ ᾽ΑΦΟΡΜΩ͂Ν.

Quæ nunc primùm ex Vaticano Codice prodit.

De Virtutibus.

XXXIV.

ALIÆ sunt virtutes politici; aliæ tendentis ad contemplationem, quem & contemplativum idcirco, vel etiam contemplantem vocant: & aliæ mentis, quà mens, & ab animæ consortio pura. Virtutes politici in moderatione passionum positæ, hæ sunt: rationis ductum in vitæ officiis actionibúsq; sequi, & illi obtemperare. ideóque cum eò spectent, nè proximus ex conversatione nostra aliquid damni capiat, ex civilis conversationis congregatione politicæ vocantur. & prudentia quidem circa partem rationalem versatur: fortitudo circa irascentem: temperantia autem in consensu atq; concentu partis concupiscibilis cum ratione: Justitia verò ut singulæ harum proprio suo officio fungantur in imperando & obtemperando. At virtutes hominis ad contemplationem contendentis consistunt in abscessu ab inferioribus hisce: ideò & purgationes eædem appellantur: quæ in abstinentia ab actionibus quæ corporis ministerio fiunt, & ab affectionibus erga corpus, spectantur. hæ enim virtutes sunt animæ ad verum ens sese elevantis. at civiles hominem mortalem exornan , & præcedunt more anteam-

Περὶ Ἀρετῶν.

λδ΄.

ΑΛΛΑΙ ἀρεταὶ τοῦ πολιτικοῦ, καὶ ἄλλαι τοῦ πρὸς θεωρίαν ἀνιόντος καὶ διὰ τοῦτο λεγομένου θεωρητικοῦ, καὶ ἤδη θεατοῦ. καὶ ἄλλαι αἱ τοῦ νοῦ, καθὸ νοῦς, καὶ ἀπὸ ψυχῆς καθαρός. αἱ μὲν τοῦ πολιτικοῦ ἐν μετριοπαθείᾳ κείμεναι, τὸ ἕπεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν τῷ λογισμῷ τοῦ καθήκοντος κατὰ τὰς πράξεις. διὸ πρὸς κοινωνίαν βλέπουσαι τὴν ἀβλαβῆ τῶν πλησίον, ἐκ τοῦ συναγελασμοῦ τῆς κοινωνίας πολιτικαὶ λέγονται. καὶ ἔστι φρόνησις μὲν περὶ τὸ λογιζόμενον· ἀνδρεία δὲ περὶ τὸ θυμούμενον· σωφροσύνη δὲ ἐν ὁμολογίᾳ καὶ συμφωνίᾳ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς λογισμόν· δικαιοσύνη δὲ ἑκάστου τούτων ὁμοῦ οἰκειοπραγία, ἀρχῆς πέρι καὶ ἄρχεσθαι. αἱ δὲ τοῦ πρὸς θεωρίαν προκόπτοντος ἐν ἀποστάσει κεῖνται τῶν ἐντεῦθεν· διὸ καὶ καθάρσεις αὗται λέγονται, ἐν ἀποχῇ θεωρούμεναι, τῶν μετὰ σώματος πράξεων, καὶ συμπαθειῶν τῶν πρὸς αὐτό. αὗται μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς ἀφισταμένης πρὸς τὸ ὄντως ὄν. αἱ δὲ πολιτικαὶ τὸν θνητὸν ἄνθρωπον κατακοσμοῦσι· καὶ πρόδρομοί τε αἱ πολιτι-

καὶ

καὶ τῆς καθάρσεως. δεῖ γὰρ κοσμη-
θέντα κατ' αὐτὰς ἀποστῆναι τοῦ
σὺν τοῖς σώμασι πρῶτον τι
προηγουμένων. διὸ ἐν ταῖς καθάρ-
σεσι, τὸ μὲν μὴ δοξάζειν τῷ σώ-
ματι, ἀλλὰ μόνον ἐνεργεῖν, ὑφί-
στησι τὸ φρονεῖν· ὃ διὰ τοῦ καθαρῶς
νοεῖν τελειοῦται. τὸ δέ γε μὴ ὁμοι-
οπαθεῖν, συνίστησι τὸ σωφρονεῖν.
τὸ δὲ μὴ φοβεῖσθαι ἀφισταμένην τοῦ
σώματος, ὡς εἰς κενόν τι καὶ μὴ
ὄν, τὴν ἀνδρείαν. ἡγεμονοῦντος δὲ λό-
γου καὶ νοῦ, καὶ μηδενὸς ἀντιτείνον-
τος, ἡ δικαιοσύνη. ἡ μὲν οὖν κατὰ
τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς διάθεσις ἐν
μετριοπαθείᾳ θεωρεῖται· τέλος
ἔχουσα τὸ ζῆν ὡς ἄνθρωπον κατὰ
φύσιν. ἡ δὲ κατὰ τὰς θεωρητικὰς ἐν
ἀπαθείᾳ· ἧς τέλος, πρὸς θεὸν
ὁμοίωσις. ἐπεὶ δὲ καὶ κάθαρσις, ἡ
μέν τις ἦν καθαιρόντων, ἡ δὲ κεκα-
θαρμένων· αἱ καθαρτικαὶ ἀρεταὶ
κατ' ἄμφω θεωροῦνται τὰ σημαινό-
μενα τῆς καθάρσεως. καθαίρουσί τε
γὰρ τὴν ψυχήν, καὶ καθάρσει συνίζ-
σι. τέλος γὰρ τὸ κεκαθάρθαι τοῦ
καθαίρεσθαι. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ καθαίρειν
καὶ κεκαθάρθαι ἀφαίρεσις ἦν παν-
τὸς ἀλλοτρίου, τὸ ἀγαθὸν ἕτερον
ἂν εἴη τοῦ καθαίροντος. ὡς εἴγε
πρὸ τῆς ἀκαθαρσίας ἀγαθὸν ἦν τὸ
καθαιρόμενον, ἡ κάθαρσις ἤρκει.
ἀλλ' ἀρέσκει μὲν ἡ κάθαρσις, τὸ δὲ
καταλειπόμενον ἔσται τὸ ἀγαθόν,
οὐχ ἡ κάθαρσις. ἀλλ' ἡ ψυχῆς
φύσις οὐκ ἦν ἀγαθόν, ἀλλ' ἀγαθοῦ
μετέχειν δυναμένη, καὶ ἀγαθοει-
δής. οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο ἐν κακῷ. τὸ
οὖν ἀγαθὸν αὐτῇ ἐν τῷ συνεῖναι
τῷ γεννήσαντι· κακία δὲ τὸ τοῖς ὑ-
στέροις. καὶ διπλῆ γε κακία· τό,

bulonum purgationes. Hisce enim
exornatum abstinere oportet ab
actionibus, quæ primò & præcipuè
corporis opera fiunt. Ideóq; in pur-
gationibus prudentia est, non sequi
opiniones corporis, sed per se so-
lùm operari: quòd purè intelligen-
do perficitur. At ne iisdem cum
corpore affectionibus abripiatur, id
temperantia præstat. Fortitudo au-
tem ne metuatur discessus à corpore,
quasi in inane & non-ens. Ubi verò
ratio & mens principatum obtine-
at, nullo reluctante, ea justitia est.
Quocirca habitus secundùm politi-
cas virtutes in moderatione passio-
num spectatur: finem hunc sibi pro-
positum habens, ut hominem decet
secundùm naturã vivere. At habitus
secundùm virtutes theoreticas, in
carentia seu vacuitate affectionum:
cujus finis est similitudo cum Deo.
Quoniam verò purgatio alia qui-
dem est purgans, alia purgatorum;
purgativæ virtutes secundùm u-
tramq; purgationis significationem
spectantur. Nam & animam ex-
purgant, & adsunt purgatæ. Finis
enim purgandi est purum evadere.
Cúmq; & purgatio & puritas quasi
ablatio quædam sit omnis alieni,
utiq; bonum aliud quid erit à pur-
gante. Adeò ut si ante contractam
impuritatem bonum fuerit quod
purgatur, sufficiat ipsa purgatio.
Verùm purgatio quidem placet,
quod autem post eam reliquum
quæritur, bonum erit, non purga-
tio. At natura animæ non est bo-
num, sed quod particeps boni fieri
potest, & boni formæ. Aliàs non
incideret in malum. Bonum ergò ejus consistit in eo, si autori suo
conjungatur: malum autem ejus, si rebus inferioribus. Et duplex quidem
malum:

malum: primùm quòd inferioribus conjungatur: tum quòd cum nimiâ passionum vehementiâ id fiat. Ideóq; omnes politicæ virtutes quæ ab uno eam malo liberant virtutum nomen pretiúmque meruerunt. Purgativæ autem præstantiores: liberantes eam à malo quatenus anima est. Quapropter purgatam cum autore suo conjungi oportet; quare & virtus ejus post conversionem consistit in cognitione atque scientiâ veri entis; nequaquam autem nisi priora illa præcesserint. Restat ergò aliud quoddam tertium genus virtutum post purgativas ac politicas, animæ intellectualiter operantis. Hic sapientia & prudentia in contemplatione eorum quæ mens habet. Justitia proprii muneris functio, dum mentem sequitur, & secundùm mentem operatur. Temperantia autem, conversio intrinsecùs ad mentem. Fortitudo, passionum carentia, ad similitudinem ejus ad quod respicit, quod naturâ suâ est impassibile. Et hæ quidem semet invicem sequuntur, ut & cæteræ. Quartum genus virtutum est exemplarium, quæ in mente existunt; & animæ virtutibus longè antè stant: súntq; hæ illarum exemplaria, sicuti & animæ virtutes harum erant similitudines. Et mens quidem est in qua simul sunt omnia, velut exemplaria. Scientia verò prudentiæ instar est. Sapientia autem intellectus cognoscens. Quod autem ad semetipsum

τῷ τόπῳ συνεῖναι, καὶ μετὰ παθῶν ὑπερβολῆς· διὸ πᾶσαι αἱ πολιτικαὶ ἀρεταί, μιᾶς γοῦν αὐτὴν κακίας ἀπαλλάττουσαι, ἀρεταὶ ἐκλήθησαν καὶ τίμιοι. αἱ δὲ καθαρτικαὶ, τιμιώτεραι. καὶ τῆς ὡς ψυχὴν κακίας ἀπαλλάττουσαι. δεῖ τοίνυν καθαρθεῖσαν αὐτὴν συνεῖναι τῷ γεννήσαντι. καὶ ἀρετὴ ἄρα αὐτῆς μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῇ ὑπάρχει ἐν γνώσει, καὶ εἰδήσει τοῦ ὄντος· οὐχ ὅτι ἄνευ τῆς πρὸ αὐτῆς. Ἄλλο οὖν γένος τρίτον ἀρετῶν μετὰ τὰς καθαρτικὰς καὶ πολιτικάς, νοερῶς τῆς ψυχῆς ἐνεργούσης. σοφία μὲν καὶ φρόνησις ἐν θεωρίᾳ ὧν νοῦς ἔχει. δικαιοσύνη δέ, οἰκειοπραγία ἐν τῷ πρὸς τὸν νοῦν ἀκολουθεῖν, καὶ πρὸς τὸν νοῦν ἐνεργεῖν. σωφροσύνη δέ, εἴσω πρὸς νοῦν στροφή. ἡ δὲ ἀνδρεία, ἀπάθεια· καθ' ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν· καὶ ἀντακολουθοῦσί γε αὗται ἀλλήλαις, ὥσπερ καὶ ἄλλαι. τέταρτον δὲ εἶδος ἀρετῶν, τὸ τῶν παραδειγμάτων, ἅσπερ ἦσαν ἐν τῷ νῷ· κρείττους οὖσαι τῶν ψυχικῶν, καὶ τούτων παραδείγματα· ὧν καὶ τῆς ψυχῆς ἦσαν ὁμοιώματα. νοῦς μὲν ἐν ᾧ ἅμα πάντα, ὥσπερ παραδείγματα. ἐπιστήμη δὲ, ἡ φρόνησις. σοφία δὲ γινώσκων ὁ νοῦς· τὸ δὲ πρὸς αὐτόν, ἡ σωφροσύνη. τὸ δὲ οἰκεῖον ἔργον, ἡ οἰκειοπραγία. ἡ δὲ ἀνδρεία, ἡ ταυτότης, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν καθαρόν, διὰ δυνάμεως περιουσίας. Τέτταρα τοίνυν ἀρετῶν γένη τεττάρων· ὧν αἱ μὲν ἦσαν τοῦ νοῦ, αἱ παρα-

convertitur, temperantia. Quod proprio munere fungitur, id proprium justitiæ officium. Fortitudo autem, quòd in eodem semper statu & pura in semetipsâ ob virium præstantiam permanet. Quatuor ergò virtutum genera ostendimus, quarum aliæ quidem erant mentis, ex-

δείγματ. κ. αἱ

δειγματικαὶ, καὶ σύνδρομοι αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ· αἱ δὲ ψυχῆς πρὸς νοῦν ἀνορώσης ἤδη, καὶ πληρωθείσης ἀπ' αὐτοῦ· αἱ δὲ ὡς ψυχῆς ἀνθρώπου, καθαιρομένης τε καὶ καθαρθείσης ἀπὸ σώματος καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν· αἱ δὲ ψυχῆς ἀνθρώπου κατακοσμούσης τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὸ μέτρα τῇ ἀλογίᾳ ἀφορίζειν, καὶ μετριοπάθειαν ἐργάζεσθαι. καὶ ὁ μὲν ἔχων τὰς μείζους ἐξ ἀνάγκης ἔχει καὶ τὰς ἐλάττους· οὐ μὴν τὸ ἔμπαλιν· οὐκέτι μέντοι τοῦ ἔχειν καὶ τὰς ἐλάττους ὁ ἔχων τὰς μείζους ἐνεργήσει κατὰ τὰς ἐλάττους προηγουμένως, ἀλλὰ μόνον κατὰ περίστασιν τὴν τῆς φύσεως. Οἱ σκοποί, ὡς ἐφ' εἴρηται, καὶ κατὰ γένος διαφέρονται. τῶν γὰρ πολιτικῶν, μέτρον ἐπιθεῖναι τοῖς πάθεσι πρὸς τὰς πρακτικὰς τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας. τῶν δὲ καθαρτικῶν, τελέως τῶν παθῶν εἰς ἔννοιαν ἀφαιρουμένας· τῶν δὲ λοιπῶν ἀναλόγως τοῖς εἰρημένοις· διὸ καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς πρακτικὰς ἐνεργῶν, σπουδαῖος ἐστὶν ἄνθρωπος. ὁ δὲ κατὰ τὰς καθαρτικάς, δαιμόνιος ἄνθρωπος, ἢ καὶ δαίμων ἀγαθός. ὁ δὲ κατὰ μόνας τὰς πρὸς τὸν νοῦν, θεός. ὁ δὲ κατὰ τὰς παραδειγματικάς, θεῶν πατήρ. ἐπιμελητέον οὖν μάλιστα τῶν καθαρτικῶν ἡμῖν, σκεψαμένοις ὅτι τούτων μὲν ἡ τεῦξις ἐν τῷ βίῳ τούτῳ· διὰ τούτων δέ, καὶ ἡ εἰς τὰς τιμιωτέρας ἄνοδος. διὸ θεωρητέον, ἄχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον διά τε παραλαμβάνεσθαι ἡ κάθαρσις· ἔστι μὲν γὰρ ἀπόστασις σώματος, καὶ τῆς ἀλόγου παθητικῆς κινήσεως· πῶς δ' ἂν γένοιτο καὶ μέχρι τίνος, ῥητέον.

emplares scilicet, quæ cum ipsa substantia ejus concurrunt. Aliæ verò animæ, ut animæ jam ad mentem respicientis, & ab ea impletæ. Aliæ autem animæ hominis in purgando occupatæ, aut jam à corpore brutisque passionibus purgatæ. Aliæ verò animæ hominis exornantis hominem, eò quòd terminos modúmq irrationali facultati præstituit, & passionum moderationem inducit. Et is quidem qui majores obtinet, obtinet etiam necessariò minores: sed non vice versâ. Neq; enim majoribus instructus, quia & minores possidet, ideo primò & præcipuè secundùm minores operabitur: sed tantùm secundùm mortalis conditionis circumstantiam. Scopi quoq; uti dictum est, secundùm genera differunt. Scopus enim politicarum est modum adhibere affectibus, ad actiones ex naturæ præscripto obeundas. Purgativarum verò, affectuum penitus memoriam delere: cæterarum autem scopi, pro ratione illorum quæ diximus. Idcóque qui secundùm practicas virtutes operatur, vir probus est: qui secundùm purgativas, homo dæmonius, sive divinus, seu genius bonus. Qui verò secundùm solas intellectuales, Deus. At qui secundùm exemplares, Deorum Pater. Inprimis ergò purgativis nos studere oportet, id nobiscum considerantes, eas in hac vita obtineri posse; & per eas deinde gradus patere ad excellentiores. Idcóque videndum quousque & in quantum purgatio percipi possit. Est enim divortium à corpore, & ab irrationali passionum motu. Quomodo autem & quatenus obtingat, nunc dicendum.

Primò

Primò quidem veluti fundamentum & basis purgationis est, noscere semetipsum animam esse in re aliena, & substantiæ prorsus diversæ devinctam.

Secundò, quod ab hoc fundamento exsurgit: colligere semetipsum à corpore & quasi è diversis locis, ità ut omnino liber sis ab ejus affectionibus. Nam dum quis frequenter secundùm sensum operatur, licèt non cum propensione affectûs, & voluptatis perceptione id faciat, distrahitur nihilominus corporis curâ, dum per sensum cum eo conjungitur. Sed & sensibilium voluptatibus doloribúsve cum animi quadam inclinatione & affectûs propensione afficimur. Ab hujusmodi autem dispositione vel inprimis se purgare oportet. Id autem fiet, si necessarias etiam voluptates sensúsq; medelæ tantùm causâ admittat, aut doloribus propulsandis, nè impediatur. Tollendi autem & dolores. Aut si id fieri non possit, sensim subtrahendi: imminuti tamen, eò quòd sensu eorum non afficimur. Ira autem, quantùm fieri poterit, tollenda: nec ullo modo meditato consilio agitanda. Id si nequeat, saltem non admiscendum ei animi propositum; ut alterius sit subita nec præmeditata commotio. Quicquid autem absque animi proposito fit, id invalidum & exiguum est. Metus quoq; omnis tollendus. Nihil enim metuet. Sed & hic animi propositum absit. Verùm enimvero utendum & irâ & metu in admonendo. Omnis etiam mali cupiditas exterminanda. Cibo autem & potui non ipse, quà ipse, indulgebit. At rerum venerearum natu-

Πρῶτον μὲν δὴ οἷον θεμέλιος καὶ ὑποβάθρα τῆς καθάρσεως, τὸ γνῶναι ἑαυτὸν, ψυχὴν ὄντα ἐν ἀλλοτρίῳ πράγματι καὶ ἑτερουσίῳ συνδεδεμένην.

Δεύτερον, τὸ ἀπὸ τούτου ὁρμώμενον τοῦ πείσματος· συνάγειν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ τοῖς δὴ τόποις, πάντως γε μὴν ἀπαθῶς πρὸς αὐτὸ διατιθέμενον. ἐνεργῶν μὲν γάρ τις συνεχῶς κατ' αἴσθησιν, κἂν μὴ μετὰ προσπαθείας καὶ τῆς τοῦ ἡδέος ἀπολαύσεως τοῦτο ποιῇ· ἀλλ' οὖν ἐσκέδασται ὁ περὶ τὸ σῶμα συναφὴς αὐτῷ κατ' αὐτὴν γινόμενος. προσπάσχομεν δὲ ταῖς τῶν αἰσθητῶν ἡδοναῖς ἢ λύπαις σὺν προθυμίᾳ καὶ ἐπινεύσει συμπαθεῖ. ἀφ' ἧς δὲ μάλιστα διαθέσεως αὐτὸν προσήκει καθαίρειν. Τοῦτο δὴ ἂν γένοιτο, εἰ καὶ τὰς ἀναγκαίας τῶν ἡδονῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις, ἰατρείας ἕνεκα μόνον τις παραλαμβάνει, ἢ ἀπαλλαγῆς πόνων, ἵνα μὴ ἐμποδίζοιτο. ἀφαιρετέον δὲ καὶ τὰς ἀλγηδόνας. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε εἴη, πρᾴως ὑστερεῖν· ἀλλ' ἐλαττωθέντα τῷ μὴ συμπάσχειν. τὸν δὲ θυμὸν, ὅσον οἷόν τε, ἀφαιρετέον· καὶ μὴ μελετητέον πάντη. εἰ δὲ μὴ, μὴ αὐτὸν γοῦν συγκαταμιγνῦναι τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἄλλου εἶναι τὸ ἀπροαίρετον. τὸ δ' ἀπροαίρετον, ἀσθενὲς καὶ ὀλίγον. τόν τε φόβον πάντα. οὐδενὸς γὰρ φοβήσεται. τὸ δ' ἀπροαίρετον, καὶ ἐνταῦθα. χρηστέον δὲ ἄρα καὶ θυμῷ καὶ φόβῳ ἐν νουθετήσει. ἐπιθυμίαν δὲ παντὸς φαύλου ἐξοριστέον. σιτίων δὲ καὶ ποτῶν οὐκ αὐτὸς ἕξει, ᾗ τὸ αὐτός. ἀφροδισίων δὲ τῶν φυ-

σωματικῶν, οὐδὲ τὸ ἀπροαίρετον· εἰ δ' ἄρα, ὅσον μέχρι φαντασίας προπετοῦς, τῆς κατὰ τοὺς ὕπνους. ὅλως δὲ αὐτὴ μὲν πάντων ἡ ψυχὴ, ἡ νοερὰ τοῦ καθαιρομένου τούτων ἔστω καθαρά. βελτίων δὲ καὶ τὸ κινούμενον πρὸς τὸ ἄλογον τῶν σωματικῶν παθῶν, ἀσυμπαθῶς κινεῖσθαι καὶ ἀπροσέκτως. ὥστε καὶ τὰς κινήσεις εὐθὺς λύεσθαι τῇ γειτνιάσει τοῦ λογιζομένου. οὐκ ἔσται τοίνυν μέχρι προκοπῆς τῆς καθάρσεως· ἀλλὰ λοιπὸν παρ' ὧν ὁ λόγος ἀρέσκει. ὃν τὸ χεῖρον αἰδέσεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χεῖρον δυσχεραίνειν, ἂν ὅλως κινηθῇ, ὅτι μὴ ἡσυχίαν ἦγε παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ ἀσθένειαν ἑαυτῷ ἐπιτιμήσαι. καὶ αὗται μὲν ἔτι μετριοπάθειαι, ἐπίτασιν εἰς ἀπάθειαν λαμβάνουσαι. ὅταν δὲ παντελῶς τὸ συμπαθὲς ἐκκαθαρθῇ, συνέστι τούτῳ τὸ ἀπαθές. ὅτι καὶ τὸ πάθος τὴν κίνησιν ἐλάμβανε, τοῦ λογισμοῦ τὸ ἐνδόσιμον διὰ τῆς ῥοπῆς παρεσχηκότος.

Nymphis emanantium ex petris aquarum præsidibus optimè conveniunt. Verùm quod symbolum rectiùs quadret animabus in generationem corporúmq; productionem descendentibus, quàm textoria? Ideóq; Poeta ausus est dicere: *Nymphas in hisce texere purpureas telas, mirabile visu.* Nam caro in ossibus & circum ossa nascitur: quæ lapidum instar sunt in animalibus, & lapidi comparantur. Idcirco textoria ipsa non aliâ materiâ sed ex saxo constabant. Et telæ purpureæ omnino erit caro ex sanguine contexta. Sanguine enim purpureâ vellera imbuuntur, & animantium succo tingitur lana. Atqui sanguinis beneficio, & ex sanguine producitur caro. Et corpus animæ vestis est, quo induitur: res sanè visu miranda, sive compositionem ejus spectet, sive conjunctionem atque vinculum animæ conciliet. Sic & Proserpina omnium ex semente nascentium præses, telam texens ab Orpheo inducitur: cùm antiqui ipsum quoque cœlum peplum vocârint, veluti Deorú cœlestium velum seu tegumentú. Sed quid causæ, cur amphoræ non aquâ, sed favis repletæ sint? In his, inquit, apes sua mella recondunt. Ipsa enim vox, τιθαιβώσσειν, dicitur quasi τιθέναι τὴν βόσιν, quod est, ponere pastum. Pastus autem atque alimentum apiculis est mel. Cæterùm Theologi melle ad multa, eáque diversa symbola usi sunt; quia variis ex facultatibus constat. Nam & purgandi & conservandi facultate pollet. Mellis enim beneficio res incorruptæ permanent: & ulcera vetusta melle expurgantur: idémq; gustu dulce est, & ab apiculis ex floribus conge-

τῆ ἁρμοζούσαις ταῖς διὰ πετρῶν ἐξιόντος ὕδατος νύμφαις ὑπάρχουσι. ψυχαῖς δὲ εἰς γένεσιν κατιούσαις καὶ σωματουργίαν τί ἂν εἴη οἰκειότερον σύμβολον τούτων; διὸ καὶ ἀπετόλμησεν εἰπεῖν ὁ ποιητὴς ὅτι ἐν τούτοις φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι. ἐν ὀστοῖς μὲν γὰρ, καὶ περὶ ὀστᾶ ἡ σαρκοποιΐα· λίθος δὲ ταῦτα ἐν ζώοις, λίθοις ἐοικότα. διὸ καὶ οἱ ἱστοὶ, οὐκ ἀπ' ἄλλης ὕλης, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ λίθου ἐρρήθησαν. τὰ δ' ἁλιπόρφυρα φάρη ἄντικρυς ἡ ἐξ αἱμάτων ἂν ἐξυφαινομένη σάρξ. ἐξ αἵματος μὲν γὰρ ἁλουργῆ ἔρια· καὶ ἐκ ζώων ἡ βαφὴ καὶ τὸ ἔριον. δι' αἵματος δὲ καὶ ἐξ αἱμάτων ἡ σαρκογονία. καὶ χιτὼν γε τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ὃ ἠμφίεσται· θαῦμα τῷ ὄντι ἰδέσθαι, εἴτε πρὸς τὴν σύστασιν ἀποβλέπει, εἴτε πρὸς τὴν σύνδεσιν τοῦτο συνάγει τῆς ψυχῆς. οὕτω καὶ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ἡ Κόρη ἥπερ ἐστὶ παντὸς τοῦ σπειρομένου ἔφορος, ἱστουργοῦσα παραδίδοται, τῶν παλαιῶν καὶ τὸν οὐρανὸν πέπλον εἰρηκότων, οἷον θεῶν οὐρανίων περίβλημα. διὰ τί οὖν οὐχ ὕδατος πλήρεις οἱ ἀμφορεῖς, ἀλλὰ κηρίων; ἐν γὰρ τούτοις φησὶ τιθαιβώσσειν μελίσσας. δηλοῖ δὲ τὸ τιθαιβώσσειν, τὸ τιθέναι τὴν βόσιν. βόσις δὲ καὶ τροφὴ τὸ μέλι ταῖς μελίσσαις. κέχρηνται δὲ τῷ μέλιτι οἱ θεολόγοι πρὸς πολλὰ καὶ διάφορα σύμβολα, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν αὐτὸ συνεστάναι δυνάμεων. ἐπεὶ καθαρτικῆς ἐστι δυνάμεως, καὶ σωτηρητικῆς. πολλὰ γὰρ μέλιτι ἄσηπτα μένει· καὶ τὰ χρόνια τραύματα ἐκκαθαίρεται μέλιτι· ἔστι δὲ γλυκὺ τῇ γεύσει, καὶ συναθροιζόμενον ἐξ ἀν-

θῶν ὑπὸ μελισσῶν, αἳ βουγενεῖς εἰσὶ συμβέβηκεν. ὅταν μὲν ἐν τοῖς τὰ λεοντικὰ μυουμένοις, εἰς τὰς χεῖρας ἀνθ' ὕδατος μέλι νίψασθαι ἐγχέωσι, καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας παραγγέλλουσιν ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ καὶ βλαπτικοῦ καὶ μυσαροῦ. καὶ ὡς μύστῃ καθαρτικοῦ ὄντος τοῦ πυρὸς, οἰκεῖα νίπτρα προσάγουσι, παραιτησάμενοι τὸ ὕδωρ ὡς πολέμιον τῷ πυρί. καθαίρουσι δὲ καὶ τὴν γλῶσσαν τῷ μέλιτι ἀπὸ παντὸς ἁμαρτωλοῦ. ὅταν δὲ τῷ Πέρσῃ προσάγωσι μέλι ὡς φύλακι καρπῶν, τὸ φυλακτικὸν ἐν συμβόλῳ τίθενται. ὅθεν τινὲς ἠξίουν τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν, ἣν κατὰ ῥινῶν στάζει ὁ ποιητὴς, εἰς τὸ μὴ σαπῆναι τοὺς τεθνηκότας, τὸ μέλι ἐκδέχεσθαι· θεῶν τροφῆς ὄντος τοῦ μέλιτος. διὸ καὶ φησί που, νέκταρ ἐρυθρὸν· τοιοῦτον γὰρ ἐστὶ τῇ χροιᾷ τὸ μέλι. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ νέκταρος εἰ χρὴ ἀκούειν ἀντὶ τοῦ μέλιτος, ἐν ἄλλοις ἀκριβέστερον ἐξεταστέον· παρὰ δὲ τῷ Ὀρφεῖ ὁ Κρόνος μέλιτι ὑπὸ Διὸς ἐνεδρεύεται, πλησθεὶς γὰρ μέλιτος μεθύει, καὶ σκοτοῦται ὡς ὑπὸ οἴνου, καὶ ὑπνοῖ· ὡς παρὰ Πλάτωνι ὁ Πόρος τοῦ νέκταρος πλησθείς. οὔπω γὰρ οἶνος ἦν. φησὶ γὰρ παρ' Ὀρφεῖ ἡ Νὺξ τῷ Διὶ, ὑποτιθεμένη τὸν διὰ μέλιτος δόλον·

Εὖτ' ἂν δή μιν ἴδηαι ὑπὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν,
Ἔργοισι μεθύοντα μελισσάων ἐριβόμβων,
Δῆσον αὐτόν.

Ὃ καὶ πάσχει ὁ Κρόνος· καὶ δεθεὶς ἐκτέμνεται, ὡς ὁ Οὐρανός· τοῦ θεολόγου δι' ἡδονῆς δεσμεῖσθαι καὶ κατάγεσθαι τὰ θεῖα εἰς γένεσιν αἰνισσομένου· ἀποσπερματίζειν τε δυ-

stum, quæ ex bove nasci solent. Idcirco dum iis qui Leonticis sacris initiantur aquæ loco mel manibus lavandis affundunt, jubent eos manus ab omni malo noxióque scelere puras habere: quemadmodum iidem mystam igne purgandi facultate prædito peculiari ritu lustrant, aquam ut igni contrariam aversantes. Quin & linguam melle ab omni peccato expurgant. Verùm ubi Persæ frugum custodi mel offerunt, facultatem custodiendi seu conservandi in symbolo ponunt. Unde etiam nonnullis nectar & ambrosiam, quam poeta mortuorum naribus ad putredinem arcendam instillat, pro melle accipere placuit: cùm mel Deorum cibus sit. Ideóq; quodam loco vocat *nectar fulvum:* hujusmodi autem color est mellis. Sed utrùm pro nectare mel intelligendum sit, alibi accuratiùs examinabimus. Cæterùm apud Orpheum melle Saturno à Jove insidiæ struuntur. Nam melle repletus inebriatur, & quasi ex vino caligine offunditur & obdormiscit; quemadmodum apud Platonem Porus nectare distentus: necdum enim vinum erat. Nam nox apud Orpheum melle inescandi dolum Jovi his verbis suggerit:

Quamprimùm videas stratum sub quercubus altis
Roscido apum probe madidum dulcique labore,
Stringe illum vinclis.

Quod & Saturno evenit, qui vinctus castratur, sicuti Cœlum. Quo ipso poeta innuit, essentias divinas dulcedine inescatas vinciri atque in generationem deduci; &

voluptate

voluptate resolutas virtutes quasdam proseminare. Unde & Cœlum coeundi desiderio in terram descendentem Saturnus exsecat. Idem verò quod coeundi voluptas mellis dulcedo apud eos significat: quo inescatus Saturnus castratur. Saturnus enim ejúsq; orbis primus est eorum qui contra Cœlum moventur. Descendunt autem tam à Cœlo quàm à stellis errantibus virtutes quædam. Sed Cœli virtutes, Saturnus: Saturni deinde Jupiter excipit. Cùm ergò mel accipiatur & pro purgatione, & pro nativæ putredinis amuleto, & pro voluptate quæ in generationem deducit; proprium quoq; symbolum Nymphis aquaticis constituitur, ob immunem à putredine aquarum naturam, quibus præsunt, atque earundem vim purgatricem, & cooperationem ad generationem. Concurrit enim aqua ad generationem. Atq; hanc ob causam in crateribus & amphoris mellificant apes: cùm crateres fontium symbolum gerant. Quemadmodum juxta Mithram crater pro fonte ponitur; amphoræ verò vasorum, quibus ex fontibus haurimus. Fontes autem & rivuli Nymphis aquaticis proprii: & præcipuè Nymphis, animabus scilicet; quas propriè apes antiqui vocabant, dulcedinis operatrices. Unde & Sophocles non incongruè de animabus dixit:

νάμεις, εἰς ἡδονὴν ἐκλυθέντα. ὅθεν ἐπιθυμίᾳ μὲν συνουσίας τὸν οὐρανὸν κατιόντα εἰς γῆν ἐκτέμνει Κρόνος· ταυτὸν δὲ τῇ ἐκ συνουσίας ἡδονῇ παρίστανται αὐτοῖς ἡ τοῦ μέλιτος· ὑφ' οὗ δολωθεὶς ὁ Κρόνος ἐκτέμνεται. πρῶτος γὰρ τῶν ἀντιφερομένων τῷ οὐρανῷ ὁ Κρόνος ἐστὶ, καὶ ἡ τούτου σφαῖρα. κάτεισι δὲ δυνάμεις ἔξ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τῶν πλανωμένων. ἀλλὰ τὰς μὲν ἐξ οὐρανοῦ δέχεται Κρόνος· τὰς δ' ἀπὸ τοῦ Κρόνου, Ζεύς. λαμβανομένου τοίνυν καὶ ἐπὶ καθαρμοῦ τοῦ μέλιτος, καὶ ἐπὶ φυσικῆς συντηρήσεως, καὶ ἐπὶ ἡδονῆς εἰς γένεσιν καταγωγῆς, οἰκεῖον σύμβολον καὶ νύμφαις ὑδριάσι παρατίθεται, εἰς τὸ ἄσηπτον τῶν ὑδάτων, ὧν ἐπιστατοῦσι, καὶ τὴν καθαρτικὴν αὐτῶν, καὶ τὴν εἰς γένεσιν συνεργίαν. συνεργεῖ γὰρ γενέσει τὸ ὕδωρ· διὸ καὶ ἐν τοῖς κρατῆρσι καὶ ἀμφορεῦσι τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. τῶν μὲν κρατήρων σύμβολον τῶν πηγῶν φερόντων· καθὼς παρὰ τῷ Μίθρᾳ ὁ κρατὴρ ἀντὶ τῆς πηγῆς τέτακται. τῶν δ' ἀμφορέων, ἐν οἷς τὰ ἀπὸ τῶν πηγῶν ἀρυόμεθα. πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδριάσι νύμφαις. καὶ ἔτι γε μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς· ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ ὁ Σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη·

Examen errans mortuorum bombilat.

Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος· ἔρχεται τ' ἄλλη.

Quin & Cereris sacerdotes, ut Deæ terrenæ sacrorum antistites, melissas sive apes antiqui appellabant. Ipsámq; Proserpinam melilitam. Lunam quoque generationis

Καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν. αὐτήν τε τὴν Κόρην μελιτώδη· σελήνην τε οὖσαν γενέσεως προστάτιδα, μέ-

λισσαν

μέλισσαν ἐκάλουν· ἄλλως τε ἐπεὶ ταῦρος μὲν σελήνη. καὶ ὕψωμα σελήνης ὁ ταῦρος. βουγενεῖς δ' αἱ μέλισσαι· καὶ ψυχαὶ δ' εἰς γένεσιν ἰοῦσαι βουγενεῖς. καὶ βουκλόπος θεὸς ὁ τὴν γένεσιν λεληθότως ἀκούων. πεποίηνται ἤδη τὸ μέλι καὶ θανάτου σύμβολον· διὸ καὶ μέλιτος σπονδὴν τοῖς χθονίοις ἔθυον. τὴν δὲ χολὴν ζωῆς. ἤτοι δι' ἡδονῆς αἰνιττόμενοι ἀποθνήσκειν τὸν ψυχῆς βίον, διὰ δὲ πικρίας ἀναβιώσκεσθαι. ὅθεν καὶ τοῖς θεοῖς χολὴν ἔθυον. ἢ ὅτι ὁ μὲν θάνατος λυσίπονος. ἡ δ' ἐνταῦθα ζωὴ, ἐπίμοχθος καὶ πικρά. οὐχ ἁπλῶς μέντοι πάσας ψυχὰς εἰς γένεσιν ἰούσας μελίσσας ἔλεγον· ἀλλὰ τὰς μελλούσας μετὰ δικαιοσύνης βιοτεύειν, καὶ πάλιν ἀναστρέφειν εἰργασμένας τὰ θεοῖς φίλα. τὸ γὰρ ζῶον φιλόστροφον, καὶ μάλιστα δίκαιον, καὶ νηφαντικόν. ὅθεν καὶ νηφάλιοι σπονδαὶ, αἱ διὰ μέλιτος. καὶ κυάμοις οὐκ ἐφιζάνουσιν· οὓς ἐλάμβανον εἰς σύμβολον τῆς κατ' εὐθεῖαν γενέσεως, καὶ ἀκάμπτους· διὰ τὸ μόνον σχεδὸν τῶν σπερματικῶν δι' ὅλου τετρῆσθαι, μὴ ἐγκοπτόμενον ταῖς μεταξὺ τῶν γονάτων ἐμφράξεσι. φέροιεν ἂν τὰ κηρία καὶ αἱ μέλισσαι οἰκεῖα σύμβολα καὶ κοινὰ ὑδριάδων νυμφῶν, καὶ ψυχῶν εἰς γένεσιν νυμφευομένων. Σπήλαια τοίνυν καὶ ἄντρα τῶν παλαιοτάτων πρὶν καὶ ναοὺς ἐπινοῆσαι θεοῖς ἀφοσιούντων· καὶ ἐν Κρήτῃ μὲν Κουρήτων, Διΐ· ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ, σελήνῃ καὶ Πανὶ Λυκείῳ· καὶ ἐν Νάξῳ Διονύσῳ· πανταχοῦ

præsidem Apem vocabant. Quam & alio nomine Taurum dixerunt. Et exaltatio Lunæ est Taurus: Bovigenæ autem apes sunt. Et animæ in generationem progressæ hoc quoq; nomine vocantur. Et boum fur deus ille qui clanculum generationem audit. Mortis quoque symbolum mel fecerunt. Ideóque libamen mellis Diis terrestribus sacrificabant. Fel autem vitæ symbolum erat. Sive voluptatis dulcedine animæ vitam emori significarent; per amaritudinem verò eam reviviscere. Unde & Diis fel sacrificabant. Sive quòd mors miseriarum finis: vita autem hæc mortalis molesta & acerba est. Nec tamen promiscuè omnes animas in generationem progressas apes vocabant: sed eas quæ ex justitiæ præscripto victuræ: & postquam opera Diis grata perpetrâssent rursum ad Deum erant reversuræ. Animal enim hoc redire amat, & justitiæ observantissimum est, ac sobrium. Unde & libationes quæ melle fiunt, *νηφάλιοι*, sive sobriæ vocantur. Nec fabis insident; quas generationis continuæ rectâq; serie progredientis symbolum statuebant. Quia fabæ ferme solæ inter omnia quæ feruntur, scapo penitus pertuso & perforato sunt, nullis internodiorum obturationibus incisæ & interceptæ. Favi igitur apésque & propria & communia Hydriadum sive aquaticarum Nympharum symbola erant, atque animarum quæ veluti sponsæ ad generationem procedunt. Cùm igitur antiquissimi, etiam priusquam templa excogitarentur, specus & antra Diis consecrârint: & in Creta quidem Curetes Jovi: in Arcadia autem Lunæ & Pani Lyceo: & in Naxo Baccho: ubicunque

cunque verò Mithram agnoverunt, eidem Deo in specubus sacra fecerint: non satis erat Homero, Ithacensi antro gemina ostia attribuisse: sed addit prætera, alterum ostium ad Boream fuisse conversum, alterum verò divinius ad austrum: item Boreali illo patuisse descensum. Utrùm verò australi quoq; januâ descendi potuerit, non indicat: id solùm dicit, quòd

Invia prorsus
Est homini: præbétque viam immortalibus unis.

Proximum igitur est, ut inquiramus, quid sibi velit hæc narratio; sive ab aliis consecratum dedicatúmque antrum verâ fide poeta describat; sive occultum quid eo significet; seu merum ipsius figmentum sit. Sed cùm antrum hoc mundi imaginem symbolúmq; gerat, Numenius, & familiaris ejus Cronius duas aiunt in cœlo extremitates esse: quarum alterâ nihil remotius ad austrum, tropico hyberno; nec septentrionalius quidquam æstivo. Et æstivus quidem est ad signum Cancri; hybernus verò ad Capricornum. Et cùm Cancer nobis sit vicinissimus, optimâ ratione Lunæ, quæ terræ proxima est, attribuitur. Cúmque polus Australis nobis inconspicuus sit, ideo Capricornus maximè dissito & supremo planetarum, Saturno scilicet, tribuitur. Et signa à Cancro ad Capricornum hoc ordine situm suum obtinent. Primùm quidem Leo, domus solis: dein Virgo, Mercurii: Libra autem Veneris: Scorpius, Martis: Sagittarius, Jovis: Capricornus, Saturni. Rursum verso ordine à Capricorno, Aquarius, Saturni: Pisces, Jovis: Aries, Martis:

δ' ὅσοι τὸν Μίθραν ἔγνωσαν, διὰ σπηλαίου τὸν θεὸν ἱλασκόμενοι· τὸ Ἰθακήσιον σπήλαιον οὐκ ἠρκέσθη δίθυρον εἰπὼν Ὅμηρος· ἀλλὰ καὶ τὰς μὲν τινας πρὸς βορρᾶν τετράφθαι θύρας, τὰς δὲ πρὸς νότον θειοτέρας. καὶ καταβατάς γε τὰς βορείους· τὰς δὲ πρὸς νότον, εἴτι εἰ καταβαταὶ ἐπεσημήνατο· μόνον δὲ ὅτι,

Οὐδέ τι κείνῃ
Ἄνδρες εἰσέρχονται· ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

Ἔπεται τοίνυν ζητεῖν τὸ βούλημα, εἴτε τῶν καθιδρυσαμένων, ὥσπερ ἱστορεῖ ὁ ποιητὴς ἀπαγγέλλει, ἢ αὐτοῦ γε τὸ αἴνιγμα· εἰ δὲ αὐτοῦ πλάσμα τὸ διήγημα. τοῦ δὲ ἄντρου εἰκόνα καὶ σύμβολον φέροντος τοῦ κόσμου φασὶν ὁ Νουμήνιος, καὶ ὁ τούτου ἑταῖρος Κρόνιος, δύο εἶναι ἐν οὐρανῷ ἄκρα· ὧν οὔτε νοτιώτερόν ἐστι τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ· οὔτε βορειότερον τοῦ θερινοῦ· ἔστι δ' ὁ μὲν θερινὸς, κατὰ καρκίνον· ὁ δὲ χειμερινὸς, κατ' αἰγόκερων. καὶ προσγειότατος μὲν ὢν ἡμῖν ὁ καρκίνος, εὐλόγως τῇ προσγειοτάτῃ σελήνῃ ἀπεδόθη· ἀφανοῦς δ' ἔτι ὄντος τοῦ νοτίου πόλου, τῷ μακρὰν ἔτι ἀφεστηκότι, καὶ ἀνωτάτω τῶν πλανωμένων πάντων ὁ αἰγόκερως ἀπεδόθη, ἤγουν τῷ Κρόνῳ. καὶ ἔχουσί γε ἐφεξῆς αἱ θέσεις τῶν ζωδίων ἀπὸ μὲν καρκίνου εἰς αἰγόκερων, πρῶτα μὲν λέοντα οἶκον ἡλίου· εἶτα παρθένον ἑρμοῦ· ζυγὸν δὲ, ἀφροδίτης· σκορπίον, ἄρεος· τοξότην, Διός· Αἰγόκερων κρόνου· ἀπὸ δ' αἰγόκερω ἔμπαλιν, ὑδροχόον κρόνου· ἰχθύας διός· ἄρεος

κριόν·

κριὸν· ταῦρον, ἀφροδίτης. διδύμους, ἑρμοῦ· καὶ σελήνης λοιπὸν καρκίνον. δύο οὖν ταύτας ἔθεντο πύλας, καρκίνον καὶ αἰγόκερων οἱ θεολόγοι. Πλάτων δὲ δύο στόμια ἔφη. τούτων δὲ καρκίνον μὲν εἶναι δι' οὗ κατίασιν αἱ ψυχαί· αἰγόκερων δὲ, δι' οὗ ἀνίασιν. ἀλλὰ καρκίνος μὲν, βόρειος καὶ καταβατικός· αἰγόκερως δὲ, νότιος καὶ ἀναβατικός. ἔστι δὲ τὰ μὲν βόρεια, ψυχῶν εἰς γένεσιν κατιουσῶν. καὶ ὀρθῶς καὶ τοῦ ἄντρου αἱ πρὸς βορρᾶν πύλαι καταβαταὶ ἀνθρώποις. τὰ δὲ νότια, οὐ θεῶν, ἀλλὰ τῶν εἰς θεοὺς ἀνιουσῶν· διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, οὐ θεῶν ἔφη ὁδὸς, ἀλλ' ἀθανάτων· ὃ κοινὸν καὶ ἐπὶ ψυχῶν ἢ οὐσῶν καθ' αὑτὸ, ἢ τῇ οὐσίᾳ ἀθανάτων. τῶν δύο πυλῶν τούτων μεμνῆσθαι καὶ Παρμενίδην ἐν τῷ φυσικῷ φασὶ· Ῥωμαίους τε καὶ Αἰγυπτίους. Ῥωμαίους γὰρ τὰ κρόνια ἑορτάζειν, ἡλίου κατ' αἰγόκερων γινομένου. ἑορτάζειν δὲ τοὺς δούλους ἐλευθέρων ὑποδήματα περιβαλλομένους, καὶ πάντων ἀλλήλοις κοινωνούντων. αἰνιξαμένου τοῦ νομοθέτου, ὅτι κατὰ ταύτην τοῦ οὐρανοῦ τὴν πύλην, οἱ νῦν ὄντες διὰ τὴν γένεσιν δοῦλοι, διὰ τῆς κρονικῆς ἑορτῆς καὶ τοῦ ἀνακειμένου κρόνῳ οἴκου ἐλευθεροῦνται, ἀναβιωσκόμενοι καὶ εἰς ἀπογένεσιν ἀπερχόμενοι. καταβατικὴ δὲ αὐτοῖς ἡ ἀπ' αἰγόκερω ὁδός. διὸ ἰανούαν εἰπόντες τὴν θύραν, καὶ ἰανουάριον μῆνα τὸν θυραῖον προσεῖπον· ἐν ᾧ ἥλιος ἀπ' αἰγόκερω πρὸς ἑῴαν ἐπάνεισιν, ἐπιστρέψας εἰς τὰ βόρεια. Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους, οὐχ'

Taurus, Veneris: Gemini, Mercurii: deniq; Cancer Lunæ. Duas ergò has portas ponebant Theologi, Cancrum & Capricornum: quæ Plato duo ostia vocat. Ex hisce Cancrum aiunt esse, per quem animæ descendunt: Capricornum verò per quem rursus ascendunt. At Cancer quidem borealis & descensui aptus: Capricornus autem australis, & ascensui commodus. Partes verò septentrionales propriæ sunt animabus in generationem descendentibus. Et rectæ quidem portæ antri boream spectantes, descensui hominum patere dicuntur. Partes autem australes, non Deorum, sed ascendentium ad Deos. Eam ob causam non dixit Deorum viam, sed immortalium: quod animabus quoque commune est, quæ per se sive essentiâ suâ immortales sunt. Harum duarum portarum & Parmenidem libro de rerum natura meminisse, aiunt. Apud Romanos quoq; & Ægyptios eorum memoriam extare. Romanos enim Saturnalia celebrare Sole ad Capricornum accedente: celebrare verò ità, ut servos liberorum caligis induant, & omnia invicem communia habeant. Quo ipso legislator significare voluit, quòd juxta hanc cœli portam, iis quos nascendi conditio servos fecit, per festum Saturnaliorum & domum Saturno attributam liberantur, ubi reviviscunt & ad generationis fontem redeunt. Retrograda autem ipsis via, quæ à Capricorno incipit. Idcirco cùm januam vocent ostium, mensem quoq; Januarium quasi ostiarium appellârunt, quo sol à Capricorno versùs orientis plagam revertitur, cursum ad septentrionales partes

tes

tes diligens. Ægyptiis verò principium anni non Aquarius, ut apud Romanos, sed Cancer. Nam propè Cancrum est Sothis stella, quam Græci Canem vocant. Novilunium autem ipsis exortus Sothis, quòd generationis principium in mundo sit. Quapropter non orienti & occasui, nec æquinoctiis portas attribuerunt, arieti scilicet & libræ; sed austro & boreæ, portisque versùs austrum maximè australibus, & versùs boream maximè borealibus: quia antrum hoc animabus & Nymphis aquaticis sacrum erat. Animabus verò nascendis & denascendis loca illa maximè propria. Quocirca Mithræ peculiarem sedem juxta æquinoctia attribuerunt. Ideo arietis, Martii signi, gladium gestat; vehitúrque Tauro, signo Veneris: nam Mithra æquè ut Taurus autor productórque rerum est, & generationis dominus. Positus autem est juxta æquinoctialem circulum, habens à dextris partes septentrionales; à sinistris australes: adjuncto ipsi australi hæmisphærio à parte austri, eò quòd calidum sit: versùs boream verò, boreali; ob venti ejus frigiditatem. Cæterùm animabus in generationem progredientibus, & à generatione redeuntibus non sine ratione ventos adjungebant: eò quòd & ipsæ, ex quorundam sententia, spiritum attrahant; & substantiam spiritualem obtineant. Sed boreas quidem proprius iis quæ in generationem progrediuntur: ideóque moribundos boreæ aura afflans resocillat, ægrè animam trahentes. Contra austri flatus dissolvit. Illius enim aura congelat constringítq;, eò quòd frigidior sit, & in terrenæ genera-

ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις. ἀλλὰ καρκίνος. πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι. νουμηνία δ' αὐτοῖς ἡ Σώθεως ἀνατολή, γενέσεως κατάρχουσα τῆς εἰς τὸν κόσμον. οὔτ' ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει ταῖς θύραις ἀνέθηκαν, οὔτε ταῖς ἰσημερίαις, οἷον κριῷ καὶ ζυγῷ, ἀλλὰ νότῳ καὶ βορρᾷ, καὶ ταῖς κατὰ νότον νοτιωτάταις, καὶ ταῖς κατὰ βορρᾶν βορειοτάταις. ὅτι ψυχαῖς καθιέρωτο τὸ ἄντρον καὶ νύμφαις ὑδριάσι. ψυχαῖς δὲ γενέσεως καὶ ἀπογενέσεως οἰκεῖοι οἱ τόποι. τῷ μὲν οὖν Μίθρᾳ, οἰκείαν καθέδραν τὴν κατὰ τὰς ἰσημερίας ὑπέταξαν. διὸ κριοῦ μὲν φέρει ἀρηΐου ζῳδίου τὴν μάχαιραν· ἐποχεῖται δὲ ταύρῳ Ἀφροδίτης. ὡς καὶ ὁ ταῦρος δημιουργὸς ὢν ὁ Μίθρας, καὶ γενέσεως δεσπότης. κατὰ τὸν ἰσημερινὸν δὲ τέτακται κύκλον· ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχων τὰ βόρεια, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ νότια. τετάχασιν αὐτοῖς κατὰ μὲν τὸν νότον, τὸ κατ' αὐτὸν ἡμισφαίριον, διὰ τὸ εἶναι θερμόν· κατὰ δὲ τὸν βορρᾶν, τὸ κατ' ἐκεῖνον, διὰ τὸ ψυχρὸν τοῦ ἀνέμου. ψυχαῖς δ' εἰς γένεσιν ἰούσαις, καὶ ἀπὸ γενέσεως χωριζομέναις, εἰκότως ἔταξαν ἀνέμους· διὰ τὸ ἐφέλκεσθαι καὶ αὐτὰς πνεῦμα ὥς τινες ᾠήθησαν, καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν τοιαύτην. ἀλλὰ βορέας μὲν ὁ οἰκεῖος εἰς γένεσιν ἰούσαις. διὸ καὶ τοὺς θνήσκειν μέλλοντας, ἡ βορέου πνοὴ ζωγρεῖ ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. ἡ δὲ τοῦ νότου διαλύει. ἡ μὲν γὰρ πηγνῦσι ψυχροτέρα οὖσα, καὶ ἐν τῷ ψυχρῷ τῆς χθονίου γενέσεως

διακρατεῖ.

διακρατεῖ. ἡ δὲ διαλύει, θερμοτέρα οὖσα, καὶ πρὸς τὸ θερμὸν τοῦ θείου ἀναπέμπουσα. βορειοτέρας δ' οὔσης τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης, ἀνήκει τὰς τῇδε γινομένας βορρᾷ ἀνέμῳ ὁμιλεῖν· καὶ τὰς ἐντεῦθεν ἀπαλλαττομένας, νότῳ. αὕτη δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ τὸν μὲν βορρᾶν ἀρχόμενον μέγαν εἶναι· τὸν δὲ νότον, λήγοντα. ὁ μὲν γὰρ, εὐθὺς ἐπίκειται τοῖς ὑπὸ τὴν ἄρκτον οἰκοῦσιν· ὁ δὲ, μακρὰν ἀφέστηκε· χρονιωτέρα δ' ἡ ἐκ τῶν ἄποθεν ἀπορροή. καὶ ὅταν ἀθροισθῇ, τότε πληθύνει. εἰς γένεσιν δ' ὑπὸ βορέου πύλης τῶν ψυχῶν ἐρχομένων, ἐρωτικὸν διὰ τοῦτο ὑπεστήσαντο τὸν ἄνεμον. καὶ γὰρ,

Ἵππῳ εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ.
Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.

Καὶ τὴν Ὠρείθυιαν αὐτὸν ἁρπάσαι φασίν. ἐτέκνωσέ τε Ζήτην καὶ Κάλαϊν. τὸν δὲ νότον θεοῖς νέμοντες, ἱσταμένης τῆς μεσημβρίας, ἐν τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν τὰ παραπετάσματα ἕλκουσι. τὸ Ὁμηρικὸν δὴ τοῦτο φυλάσσοντες παράγγελμα, ὡς κατὰ τὴν εἰς νότον ἔγκλισιν τοῦ ἡλίου. καὶ οὐ θέμις ἀνθρώπους εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερά· ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν. ἱστᾶσιν οὖν καὶ σύμβολον τῆς μεσημβρίας καὶ τοῦ νότου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ μεσημβριάζοντος τοῦ θεοῦ. οὐκοῦν οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλων θυρῶν ἐφ' ὁποιασοῦν ὥρας ἐξῆν λαλεῖν, ὡς ἱερᾶς οὔσης θύρας· καὶ διὰ τοῦτο οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ οἱ παρ' Αἰγυπτίοις σοφοὶ, μὴ λαλεῖν ἀπηγόρευον διερχομένους ἢ θύρας, ἢ πύλας· σεβομένους ὑπὸ σιωπῇ θεὸν ἀρχὴν τῶν ὅλων ἔχοντα.

tionis frigiditate dominetur: hujus verò dissolvit; quia calidior est, & ad divinum calorem remittit. Sed cùm terra quæ à nobis habitatur magis ad boream vergat, animas hic nascentes boreæ venti consuetudine uti oportet; austri autem eas quæ hinc discedunt. Eadem quoq; causa est cur Boreas primo impetu vehemens sit: auster verò sub ipsum finem. Ille enim rectâ incumbit habitantibus sub septentrione: at hic longiùs distat: tardior verò ex longinquo afflatus: qui ubi coacervatur, tum demum augescit. Præterea cùm animæ à porta boreæ generationem ingrediantur, ideo amatorium hunc ventum finxerunt. Hinc apud Poetam:

Assimilatus equo se miscuit hisce jubato:
At illæ gravidæ bis sex pullos genuerunt.

Et Orithyiam eum rapuisse ferunt: ex qua Zeten Calainq; progenuit. Austrum verò Diis attribuentes, mero meridie in templis Deorum cortinas reducunt. Scilicet Homericum illud præceptum servantes, sole versùs austrum inclinante nefas esse hominibus deorum templa ingredi: *sed iter patet immortalibus unis.* Austrum igitur meridiei symbolum statuunt: cùm Deus meridiano tempore ostio immineat. Ideóque nec ad alias fores quocunq; demum tempore loqui fas erat: quasi sacræ sint fores. Atque eam ob causam Pythagorei & Ægyptiorum sapientes prohibebant, nè quis fores vel portas transiens loqueretur: Deum universi principium

pium silentio venerantes. Cæterùm nec Homerus ignoravit portas sacras esse: quod Oeneus apud ipsum supplicationis loco portam pulsans ostendit: (cujus oram

Asseribúsque fores compactas concutiens Gnatum.

Quin & Cœli portas Horis commissas novit, locis nebulosis principia sua habentes; quæ & aperiuntur & occluduntur per nubes:

Sive aperire velint densam, seu claudere nubem.

Quæ & remugire dicuntur, quia tonitrua per nubes eduntur.

Sponte suâ crepuêre fores cæli, quibus Horæ Præsunt.

Idem & Solis portas alibi commemorat, Cancrum & Capricornum significans. Hisce enim spatiis Sol à septentrione ad austrum descendens, & indè rursum ad partes boreales ascendens includitur. At Capricornus & Cancer prope lacteum circulum sunt, cujus extremitates occupant: Cancer quidem septentrionales; Capricornus verò australes. Cæterùm secundùm Pythagoram animæ sunt turba illa somniorum, quam in lacteum circulum congregari asserit: cui id nomen ab animabus, quæ in generationem delapsæ lacte nutriuntur. Et hanc ob causam illos qui animas evocant lac mulsum in libationibus adhibere: quippe quæ dulcedinis illicio in generationem venire avent; cum quibus lac unà gigni solet. Præterea regiones australes corpora exigua producunt. Calor enim maximè ea attenuare, atq; hoc ipso imminuere & exsiccare solet. E contrà in borealibus plagis

τα. οἶδε δὲ καὶ Ὅμηρος ἱερὰς τὰς θύρας, ὡς δηλοῖ παρ' αὐτῷ ὁ σείων Οἰνεὺς ἀνθ' ἱκετείας τὴν θύραν,

Σείων κολλητὰς σανίδας γουνούμενος υἱόν.

Οἶδε δὲ καὶ πύλας οὐρανοῦ, ἃς αἱ Ὧραι ἐπιστεύθησαν, ἀρχὰς ἐχούσας τῶν νεφωμένων τόπων· ὧν αἱ ἀνοίξεις καὶ τὰ κλεῖθρα διὰ νεφῶν.

Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Καὶ διὰ τοῦτο μυκώμεναι· ὅτι καὶ αἱ βρονταὶ διὰ νεφῶν.

Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι.

Λέγει δέ που καὶ ἡλίου πύλας· σημαίνων Καρκίνον τε καὶ Αἰγόκερων· ἄχρι τούτου προϊοῦσιν, ἀπὸ βορέου ἀνέμου εἰς τὸν νότον κατιών· κἀκεῖθεν ἐπανιὼν εἰς τὰ βόρεια. Αἰγόκερως δὲ καὶ Καρκίνος περὶ τὸν γαλαξίαν, τὰ πέρατα αὐτοῦ εἰληχότες· Καρκίνος μὲν τὰ βόρεια, Αἰγόκερως δὲ τὰ νότια. δῆμος δὲ ὀνείρων κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαί, ἃς συνάγεσθαί φησιν εἰς τὸν γαλαξίαν· τὸν οὕτω προσαγορευόμενον, ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων, ὅταν εἰς γένεσιν πέσωσιν. ᾧ καὶ σπένδειν αὐταῖς τοὺς ψυχαγωγοὺς μέλι κεκραμένον γάλακτι· ὡς ἂν δι' ἡδονῆς εἰς γένεσιν μεμελετηκυίαις ἔρχεσθαι· αἷς συγκυεῖσθαι τὸ γάλα πέφυκεν. ἔτι τὰ μὲν νότια μικροφυῆ ποιεῖ τὰ σώματα. τὸ γὰρ θερμὸν ἰσχναίνειν αὐτὰ μάλιστα εἴωθεν. ἐν αὐτῷ δὲ τούτῳ καὶ κατασμικρύνειν καὶ ξηραίνειν. ἔτι δ' ἐν τοῖς βορείοις πάντα μεγάλα

γάλα τὰ σώματα· δηλοῦσι δὲ Κελτοί, Θρᾶκες, Σκύθαι. ἥ τε γῆ κάθυγρος αὐτῶν οὖσα, καὶ νομὰς πλείστας φέρουσα. ἐπεὶ καὶ αὐτό γε τοὔνομα ἀπὸ τῆς βορᾶς. βορὰ δὲ ὄνομα τροφῆς. καὶ ὁ ἐκ γῆς οὖν πνέων τροφοῦ, ἅτε τρόφιμος ὤν, βορρᾶς κέκληται. κατὰ ταῦτα τοίνυν τῷ μὲν θνητῷ καὶ γένεσιν ὑποπεπτωκότι φύλῳ, τὰ βόρεια οἰκεῖα· τῷ δὲ ἀθανάτῳ, τὰ νότια· ὡς θεοῖς μὲν τὰ ἀνατολικά· δαίμοσι δὲ τὰ δυτικά. ἀρξαμένης γὰρ τῆς φύσεως ἀπὸ ἑτερότητος, πανταχοῦ τὸ δίθυρον αὐτῆς πεποίηνται σύμβολον. ἢ γὰρ διὰ νοητοῦ ἡ πορεία, ἢ δι' αἰσθητοῦ. καὶ τοῦ αἰσθητοῦ, ἢ διὰ τῆς ἀπλανοῦς, ἢ διὰ τῆς τῶν πεπλανημένων. καὶ πάλιν, ἢ διὰ τῆς ἀθανάτου, ἢ διὰ τῆς θνητῆς πορείας. καὶ κέντρον, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆν, τὸ δ' ὑπόγειον· τὸ μὲν, ἀνατολικόν· τὸ δὲ, δυτικόν. καὶ τὰ μὲν ἀριστερά· τὰ δὲ δεξιά. νύξ τε καὶ ἡμέρα· καὶ διὰ τοῦτο, παλίντονος ἡ ἁρμονία, καὶ τοξεύει διὰ τῶν ἐναντίων. δύο δὲ στόμια Πλάτων φησί· δι' οὗ μὲν ἀναβαινόντων εἰς οὐρανόν· δι' οὗ δὲ κατιόντων εἰς γῆν. καὶ τῶν θεολόγων πύλας ψυχῶν ἥλιον τιθέντων καὶ σελήνην· καὶ διὰ μὲν ἡλίου, ἀνιέναι. καὶ δύο πίθοι παρ' Ὁμήρῳ,

omnia corpora magna proveniunt. Exemplo sunt Celtæ, Thraces & Scythæ: & regio ipsorum humida est, & pascuis abundat. Cùm ipsum quoque Boreæ nomen veniat à vorando: quæ vox ad nutritionem spectat. Indè & ventus à terra nutrimentis affluente spirans, utpote nutritivus, Boreas quasi vorans fuit dictus. Hasce ergò ob causas mortalitati & nascendi legibus obnoxio generi propriè boreales partes conveniunt: immortali verò, australes. Sicuti Diis orientales; dæmonibus verò occiduæ tribuuntur. Cùm enim natura à diversitate cœperit, quicquid ubique bipatente aditu est, symbolum ejus constituerunt. Progressus enim vel per intelligibile, vel per sensibile. Et si per sensibile, aut per orbem fixum, aut per orbes planetarum. Rursúmque vel per immortalem, vel per mortalem viam. Et alter quidem mundi cardo supra terram, alter subterraneus: item alius orientalis, alius occidentalis. Et aliæ mundi partes sinistræ sunt, aliæ dextræ. Tum nox & dies. idcirco universi harmonia ex contrariorum concentu constat, & contrariis sibi invicem opposita est. Plato etiam duo ostia sive fauces commemorat, quarum altera patet ascendentibus in cœlum; altera descendentibus in terram. Sic & Theologi Solem ac Lunam animarum portas statuunt: quas per Solem ascendere, & descendere per Lunam volunt. Apud Homerum quoq; duo sunt dolia:

Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων.

Quorum hoc largitur mala, sed bona continet illud.

Πίθου νοουμένης καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν Γοργίᾳ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς μὲν καλοεργέτιδος, τῆς δὲ κακοεργέτιδος· καὶ τῆς μὲν λογικῆς, τῆς δ' ἀλό-

Sed & apud Platonem in Gorgia per dolium anima intelligitur. Quarum alia benefica, alia maligna: alia rationalis, alia verò rationis

onis est expers. Dolia autem vocantur animæ, quia certarum facultatum & habituum capaces sunt, & quasi fundi. Apud Hesiodum quoq; aliud dolium clausum videmus; alterum quod voluptas reserat, & per omnia diffundit, solâ spe remanente. In queiscunque enim mala & corrupta anima circa materiem effusa ordinem suum deserit, in illis omnibus bonâ spe seipsam pascere solet. Cùm ergò omne bipatens seu bipertitum naturæ symbolum gerat, rectè quoq; antrum hoc, non unum sed duo ostia habet, reipsâ inter se diversa: quorum alterum Diis, bonisque; alterum verò mortalibus, & deterioribus convenit: quæ Platoni quoque ansam præbuere ut & ipse Crateres statueret, & amphorarum loco dolia poneret: & duo ostia ut diximus, loco duarum portarum. cùm & Pherecydes Syrius recessus, & scrobes, itèm antra, januas portásque commemoret: quibus animarum generationes atque decessus significat. Sed nè antiquorum Philosophorum, ac Theologorum sententiis adducendis orationem nimiùm extendamus: universam hujus narrationis mentem satis superque hactenus à nobis explicatam arbitramur. Reliquum est, ut quid olivæ adnascentis symbolum sibi velit porrò exponamus. Egregium enim aliquid significare videtur: cùm non simpliciter adnasci, sed ad caput seu verticem nasci dicatur.

γοῦν πίθοι δὲ, ὅτι χωρήματα ἤπερ αἱ ψυχαὶ ἐνεργειῶν τε καὶ ἕξεων ποιῶν. καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, ὁ μέν τις νοεῖται πίθος δεδεμένος· ὁ δὲ, ὃν λύει ἡ ἡδονὴ, καὶ εἰς πάντα διασκεδάννυσι, μόνης ἐλπίδος μενούσης. ἐν ὅσοις γὰρ ἡ φαύλη ψυχὴ σκιδναμένη περὶ ὕλην τάξεως διαμαρτάνει, ἐν τούτοις ἅπασι ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ἑαυτὴν βουκολεῖν εἴωθε. Πανταχοῦ τοίνυν τοῦ διθύρου φύσεως ὄντος συμβόλου, εἰκότως καὶ τὸ ἄντρον οὐ μονόθυρον, ἀλλὰ δύο ἔχον θύρας, ἀνομοίως τοῖς πράγμασιν ἐξηλλαγμένας. καὶ τὰς μὲν, θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προσηκούσας· τὰς δὲ, θνητοῖς καὶ φαυλοτέροις. ἀφ' ὧν καὶ Πλάτων ὁρμώμενος, οἶδε καὶ αὐτὸς Κρατῆρας, καὶ ἀντὶ τῶν ἀμφορέων λαμβάνει πίθους, καὶ δύο στόματα, ὡς ἔφαμεν, τῶν δύο πυλῶν· καὶ τοῦ Συρίου Φερεκύδου μυχοὺς, καὶ βόθρους, καὶ ἄντρα, καὶ θύρας, καὶ πύλας λέγοντος καὶ διὰ τούτων αἰνιττομένου τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις, καὶ ἀπογενέσεις. ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων τε, καὶ θεολόγων ἐπεισκυκλοῦντες τὸν λόγον μηκύνωμεν, τὴν πᾶσαν βούλησιν καὶ διὰ τούτων παραδεδειχέναι ἡγούμεθα τοῦ διηγήματος. λείπεται δὲ παραστῆσαι τὸ τῆς πεφυτευμένης ἐλαίας σύμβολον, ὅτι ποτὲ μηνύει. καίτοι αὕτη καὶ περιττότερόν τι παρέστησιν· οὐχ ἁπλῶς παραπεφυτευμένη, ἀλλ' ἐπὶ κρατός.

Stat ramis diffusa in portus vertice oliva:
Quam propter jucundum antrum.

Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.
Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον.

Ea autem non fortuitò, ut quis fortè existimaverit, ità enascitur:

Ἔστι δ' οὐχ, ὡς ἄν τις νομίσειεν, ἀπὸ τύχης τινὸς οὕτω βλαστήσασα·

σασα· ἀλλ' αὐτὴ συνέχουσα τοῦ ἄντρου τὸ αἴνιγμα. ἐπεὶ γὰρ ὁ κόσμος οὐκ εἰκῆ, οὐδ' ὡς ἔτυχε γέγονεν· ἀλλ' ἔστι φρονήσεως θεοῦ καὶ νοερᾶς φύσεως ἀποτέλεσμα· παραπεφύτευται τῇ εἰκόνι τοῦ κόσμου τῷ ἄντρῳ, σύμβολον φρονήσεως θεοῦ, ἡ ἐλαία. Ἀθηνᾶς μὲν γὰρ τὸ φυτόν· φρόνησις δὲ ἡ Ἀθηνᾶ. Κρατογενοῦς δ' οὔσης τῆς θεοῦ, οἰκεῖον τόπον ὁ θεολόγος ἐξεῦρεν, ἐπὶ κρατὸς τοῦ λιμένος αὐτὴν καθιερώσας. σημαίνων δι' αὐτῆς, ὡς οὐκ ἐξ αὐτοματισμοῦ τὸ ὅλον τοῦτο, καὶ τύχης ἀλόγου ἔργον γέγονεν. ἀλλ' ὅτι φύσεως νοερᾶς καὶ σοφίας ἀποτέλεσμα, χωριστῆς μὲν οὔσης ἀπ' αὐτοῦ· πλησίον δὲ κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ σύμπαντος λιμένος ἱδρυμένης. ἀειθαλὴς δὲ οὖσα ἡ ἐλαία, φέρει τι ἰδίωμα οἰκειότατον ταῖς ἐν τῷ κόσμῳ τροπαῖς τῶν ψυχῶν, αἷς τὸ ἄντρον καθιέρωται. διὰ μὲν γὰρ τοῦ θέρους, τὰ λευκὰ τῶν φύλλων ἀνανεύει· διὰ δὲ τοῦ χειμῶνος, μεταστρέφει τὰ λευκότερα. ὅθεν καὶ ἐν ταῖς λιτανείαις καὶ ἱκετηρίαις τὰς τῆς ἐλαίας θαλείας προτείνουσιν· εἰς τὸ λευκὸν αὐτοῖς τὸ σκοτεινὸν τῶν κινδύνων μεταβάλλειν ὀττευόμενοι. φύσει μὲν οὖν ἀειθαλεῖ ἐλαία συνέχεται, ἀγαθὸν πόνων καρπὸν φέρουσα. ἀνάκειται δὲ τῇ Ἀθηνᾷ. καὶ τοῖς ἀθληταῖς ἐξ αὐτῆς δίδοται νικήσασι στέφανος· καὶ ἀπ' αὐτῆς ἱκετηρία τοῖς δεομένοις. διοικεῖται δὲ καὶ ὁ κόσμος ὑπὸ νοερᾶς φύσεως, φρονήσει ἀϊδίῳ καὶ ἀειθαλεῖ ἀγόμενος· ἀφ' ἧς καὶ τὰ νικητήρια τοῖς ἀθληταῖς τοῦ βίου δίδονται, καὶ τῶν πολλῶν πόνων τὸ ἄκος. καὶ ὁ τοὺς ἐλεεινοὺς ἀνακτώ-

sed occultam antri significationem complectitur. Cùm enim mundus non temerè & casu extiterit; sed sapientiæ Dei & intellectualis naturæ sit opificium; antro, quod mundi imaginem gerit, oliva apponitur; sapientiæ divinæ symbolum. Nam Minervæ planta est: Minerva autem sapientia. Quæ cùm ex Dei vertice nata sit: proprium ei locum Theologus reperit, dum in ipso portus vertice consecrat. Significans eâ ipsâ, universum hoc non motûs temerarii, nec fortuiti casûs opus esse; sed naturæ intellectualis & sapientiæ absolutissimum artificium. quæ ab ipso quidem opere separata: propè tamen in totius portûs capite sita est. Verùm cùm semper vireat oliva, proprietatem quandam animarum in hoc mundo conversionibus convenientissimam sustinet: quibus animabus antrum hoc sacrum esse diximus. Nam æstate albicantia folia sursum prominent: hyeme verò candidiora invertuntur. Unde & in precibus supplicationibúsque ramos olivæ prætendunt: ominantes periculorum tenebras in candidam lucem sibi permutatum iri. Quocirca oliva naturâ semper virente constat, fructum laboris operæq; pretium proferens. Eadémque Minervæ attribuitur: & athletis victoribus corona ex ea datur. Et ramus supplex ex eadem præbetur oraturis. Ità mundus quoque ab intellectuali natura regitur, & æternâ ac semper virente agitur sapientiâ: quæ in hujus vitæ stadio certantibus victoriæ præmium & multorum laborum solamen tribuit: & ipse rerum opifex, qui mundum

mundum hunc continet, miseros supplicésque refocillat. In hoc ergo antro, inquit Homerus, deponenda est omnis peregrina sarcina. Hic denudatum ac supplicantis habitu indutum, afflicto corpore, omnibusq; superfluis abjectis, sensus etiam ipsos aversantem, ad oleæ radicem considere, & consilia cum Minerva conferre oportet: quomodo omnia quæ animæ insidiantur resecet ac circumcidat. Neq; enim sine ratione, mea quidem sententia, existimavit Numenius, Ulyssem in Odyssea Homeri imaginem gerere ejus qui generationem ordine transit; atque ita demum ad illos qui omnem procellam marisque æstum ignorant defertur:

Donec ad hos veniat, qui nec maris æquora norunt
Dissita, nec victum sale permiscere marino.

Cæterum & apud Platonem materiæ congeries, pontus, mare, ac procellarum æstus appellatur. Ideoq; Poetam Phorcynis portum appellasse arbitror.

Numinis æquorei Phorcynis nomine portus.

Quin & filiam ejus Thoosam sub principium Odysseæ commemoravit: ex qua Cyclops natus est, quem Ulysses orbavit oculo. Scilicet ut aliquid adesset, quod in patriam usque peccatorum memoriam ei refricaret. Unde & consessus sub oliva rectè illi convenit: quippe qui Deæ supplicat, & genialem dæmonem supplice ramo placat. Neque enim recta à sensibili hac vita discedere licebat ei, qui illam excæcârat, & una opera abolere

μένος καὶ ἱκέταις, ὁ συνέχων τὸν κόσμον δημιουργός. εἰς τοῦτο τοίνυν φησὶν ὁ Ὅμηρος δεῖν τὸ ἄντρον ἀποθέσθαι πᾶν τὸ ἔξωθεν κτῆμα. γυμνωθέντα δὲ καὶ προσαίτου σχῆμα περιθέμενον, καὶ κάψαντα τὸ σῶμα, καὶ πᾶν περίττωμα ἀποβαλόντα, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀποστραφέντα, βουλεύεσθαι μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς, καθεζόμενον σὺν αὐτῇ ὑπὸ πυθμένα ἐλαίας ὅπως τὰ ἐπίβουλα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ πάθη πάντα, καὶ περικόψῃ. οὐ γὰρ ἀπὸ σκοποῦ οἶμαι καὶ τοῖς περὶ Νουμήνιον ἐδόκει Ὀδυσσεὺς εἰκόνα φέρειν Ὁμήρῳ κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν, τοῦ διὰ τῆς ἐφεξῆς γενέσεως διερχομένου καὶ οὕτως ἀποκαθισταμένου εἰς τοὺς ἔξω παντὸς κλύδωνος, καὶ θαλάσσης ἀπείρους.

Εἰς ὅκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες οὐδ' ἔθ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι.

Πόντος δὲ καὶ θάλασσα, καὶ κλύδων, καὶ παρὰ Πλάτωνι ἡ ὑλικὴ σύστασις. διὰ τοῦτ' οἶμαι καὶ τοῦ Φόρκυνος ἐπωνόμασε τὸν λιμένα.

Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμὴν
ἁλίοιο γέροντος.

Οὗ δὴ καὶ θυγατέρα ἐν ἀρχῇ τῆς Ὀδυσσείας, τὴν Θόωσαν ἐγενεαλόγησεν· ἀφ' ἧς ὁ Κύκλωψ, ὃν ὀφθαλμοῦ Ὀδυσσεὺς ἀλαώσεν. ἵνα καὶ ἄχρι τῆς πατρίδος ὑπῇ τι τῶν ἁμαρτημάτων μνημόσυνον. ἔνθεν αὐτῷ καὶ ἡ ὑπὸ τὴν ἐλαίαν καθέδρα οἰκεία, ὡς ἱκέτῃ θεοῦ, καὶ ὑπὸ τὴν ἱκετηρίαν ἀπομειλισσομένῳ τὸν γενέθλιον δαίμονα. οὐ γὰρ ἦν ἁπλῶς τῆς αἰσθητικῆς ταύτης ἀπαλλαγῆναι ζωῆς, τυφλώσαντα αὐτὴν, καὶ καταργῆσαι συν-

τίμιος ἐσπούδαστο. ἀλλ' εἴ ποτε τῆς ταῦτα πολεμήσαντα μήνιδος ἁλίων καὶ ὑλικῶν θεῶν. οὓς χρὴ πρότερον ἀπομειλίξασθαι θυσίαις τε καὶ πόνοις, καὶ καρτερίᾳ· ποτὲ μὲν διαμαχόμενον τοῖς πάθεσι· ποτὲ δὲ γοητεύοντα καὶ ἀπατῶντα, καὶ παντοίως πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενον· ἵνα γυμνωθεὶς τῶν ῥακῶν πάντα καθέλῃ. καὶ οὐδ' οὕτως ἀπαλλαγῇ τῶν πόνων. ἀλλ' ὅταν παντελῶς ἔξαλος γένηται, καὶ ἄψυχος ἀπειρίᾳ θαλασσίων καὶ ἐναλίων ἔργων· ὡς πτύον τὴν κώπην ἡγεῖσθαι, διὰ τὴν ἐν ὀργάνοις καὶ ἔργοις παντελῆ ἀπειρίαν. Οὐ δεῖ δὲ τὰς τοιαύτας ἐξηγήσεις βεβιασμένας ἡγεῖσθαι, καὶ εὑρεσιλογούντων πιθανότητας. λογιζόμενον δὲ τὴν παλαιὰν σοφίαν, καὶ τὴν Ὁμήρου ὅση τις φρόνησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκρίβεια, μὴ ἀπογινώσκειν, ὡς ἐν μύθου πλάσματι εἰκόνας τῶν θειοτέρων ᾐνίττετο. οὐ γὰρ ἐνῆν ἐπιτυχῶς πλάσαι τὴν ὅλην ὑπόθεσιν, μὴ ἀπό τινων ἀληθῶν μεταποιοῦντα τὸ πλάσμα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου εἰς ἄλλην πραγματείαν ὑπερκείσθω τὸ σύγγραμμα. περὶ δὲ τῆς ὑποκειμένης ἄντρου, πέρας ἔχει τὰ τῆς ἑρμηνείας ἐνταῦθα.

studuerat: sed talis ansum marinorum & materialium Deorum ira prosequebatur. Qui sacrificiis laboribusque & tolerantia prius placandi erant. Interdum quidem passionibus repugnando; interdum præstigiis dolisque adhibitis, quibus in varias formas se transmutet: ut centonibus laceris exutus omnia detrahat. Ac ne sic quidem ab ærumnis liberabitur. Sed cum demum ubi mare omnino evaserit; & vivus adhuc videatq; maritimorum & materialium operum experientiam adeò perdiderit, ut ob extremam instrumentorum operúmque maritimorum ignorantiam, remum ventilabrum esse existimet. Neque existimandum est hujusmodi interpretationes esse coactas, & meras solertium hominum conjecturas. Verùm ubi animo priscam sapientiam recogitamus; & quanta Homeri prudentia fuerit, atq; in omni virtutum genere excellentia, non negandum, ipsum sub fabulæ figmento rerum divinarum imagines occultè significasse. Neq; enim totum hoc argumentum confingi potuisset, nisi figmentum quoddam ex rei veritate traheret. Sed hisce ad integri operis tractationem rejectis, propositi antri explicationi finem tandem imponimus.

ΤΕΛΟΣ.

Alia

Alia Appendix Sententiarum sive graduum ad intelligibilia.

Erutæ ex M. S. Codice, quem Cl. V. Aloysius Lolinus Bellunensis Episcopus Bibliothecæ Vaticanæ legavit.


XL.



Veteres entis incorporei proprietatem oratione quantùm fieri potest explicaturi, cùm idipsum unum esse dicunt; statim addunt, esse etiam omnia, sicuti unum aliquid eorum, quæ sensu cognoscuntur. Sed cùm unum hoc diversum esse cogitaverimus, eò quòd non videmus in illo quod sensibus expositum est, universum hoc unum quatenus unum, esse omnia; eò quòd omnia ipsum unum sint: ideo adjunxerunt, unum quatenus unum: ut incompositum aliquid intelligamus esse omnia in ente: néve coacervationem cogitemus. Et dum ubiqꝫ illud esse aiunt; addunt, esse nullibi: & cùm dicunt esse in omnibus, addunt esse nusquam in omni: & cùm dicunt esse in omnibus, & in omni particulari, quod ad illud suscipiendum aptum est; addunt, quòd sit totum in toto. Et proprietatibus omnino contrariis illud exprimunt: quas eo fine conjungunt: ut ficticias corporum cogitationes ab eo removeamus: quæ proprietates illas quibus ens cognoscitur, obumbrant.

XLI. Ubi substantiam in seipsa infinitâ potentiâ inexhau-

μ'.



Πρεσβῦται βουλόμενοι ὡς ἐνδέχεται διὰ λόγου τὴν τοῦ ὄντος ἀσωμάτου ἰδιότητα οἱ παλαιοί, ὅταν αὐτὸ ἓν εἴπωσι, προστιθέασιν εὐθὺς πάντα, καθὸ ἕν τι τῶν κατ' αἴσθησιν συνεστραμμένον. ὅταν δὲ ἀλλοῖον τὸ ἓν τοῦτο ἐννοήσωμεν, οὐχ ὁρῶντες ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ τὸ ὅλον τοῦτο ἕν, ὡς πάντα καθὸ ἕν, τοῦ πάντα αὐτὸ ἓν εἶναι, συνῆψαν τὸ ἓν καθὸ ἕν· ἵνα ἀσυνθέτως τι νοήσωμεν τὸ πάντα εἶναι ἐπὶ τοῦ ὄντος, καὶ συμφορήσεως ἀποστῶμεν. καὶ ὅταν πανταχοῦ αὐτὸ εἶναι εἴπωσι, προστιθέασιν ὅτι οὐδαμοῦ· ὅταν δὲ ἐν πᾶσιν ᾖ, καὶ ἐν παντὶ οὐδαμοῦ· ὅταν δὲ ἐν πᾶσιν ᾖ, καὶ ἐν παντὶ τοῦ ἐπιτηδείως αὐτὸ δέχεσθαι δυναμένου μεριστῶς, προστιθέασιν ὅτι ἐν ὅλῳ ὅλον. Καὶ ὅλως διὰ τῶν ἐναντιωτάτων αὐτὸ δεδηλώκασιν· ἅμα ταύτας λαμβάνοντες, ἵνα τὰς ἀναπλαστικὰς ἀπὸ σωμάτων ἐξορίσωμεν ἀπ' αὐτοῦ ἐπινοίας· αἳ παρακαλύπτουσι τὰς γνωριστικὰς ἰδιότητας τοῦ ὄντος.

μα'. Οἷον λάβοις ἀέναον οὐσίαν ἐν ἑαυτῇ κατὰ δύναμιν ἄπει-

ρον· καὶ νοεῖν ἄρξῃ ὑπόστασιν ἀκάματον, ἄτρυτον, οὐδαμῶς μὲν ἐλλείπουσαν· ὑπερεξαίρουσαν δὲ τῇ ζωῇ τῇ ἀκραιφνεστάτῃ, καὶ πλήρη ἐφ᾽ ἑαυτῆς ἐν αὐτῇ τε ἱδρυμένην, καὶ κεκορεσμένην ἐξ ἑαυτῆς, καὶ οὐδ᾽ ἑαυτὴν ζητοῦσαν· ταύτῃ ἐὰν περὶ τὸ ποῦ ἐπιβάλῃς, ἢ τὸ πρός τι· ἅμα τῷ ἠλαττῶσθαι ἐξ ἐνδείας τίνος ἢ πρός τι εὐθὺς ἐκείνην μὲν οὐκ ἠλάττωσας· ἑαυτὸν δὲ ἀπέστρεψας, κάλυμμα λαβὼν τὴν ὑποδραμοῦσαν τῆς ὑπονοίας φαντασίαν· οὐ γὰρ δὴ ὑπερβήσῃ παρελθὼν τὴν τοιαύτην, οὐδ᾽ αὖ στήσεις, οὐδ᾽ ἀπαρτίσεις· οὐδὲ καταλήξεις εἰς μικρὸν, ὡς οὐκ ἔτι ἐχούσης διδόναι ἐν τῷ κατὰ μικρὸν ἐπιλείπειν. ἀδιάλειπτος γὰρ μᾶλλον ἢ πᾶς πηγῶν τὸ ἀεὶ χεόμενον νοῶν καὶ ἀδιάλειπτον· ἢ συνθεῖν οὐ δυνηθεὶς, καὶ τῷ παντὶ ὁμοιωθῆναι, τοῦ ὄντος οὐδὲν ἐπιζητήσεις. ἢ ζητήσας παρεκβήσῃ εἰς ἄλλο βλέψαι· εἰ δ᾽ οὐδὲν ἐπιζητήσεις, στὰς ἐπὶ σαυτοῦ καὶ τῆς σαυτοῦ οὐσίας, τῷ παντὶ ὁμοιωθῆς· καὶ οὐκ ἐνσχεθῆς ἔν τινι τῶν ἀπ᾽ αὐτοῦ. οὐδ᾽ εἴπῃς οὐδὲ σὺ, τοσοῦτός εἰ· μὴ ἀφεὶς τοσοῦτος, γέγονας πᾶς· καίτοι καὶ πρότερον ἦσθα πᾶς· ἀλλὰ καὶ ἄλλό τι προσῆν σοι μετὰ τοῦ πᾶς· καὶ ἐλάττων ἐγίγνου τῇ προσθήκῃ. ὅτι μὴ ἐκ τοῦ ὄντος ἦν ἡ προσθήκη. οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ προσθήσεις. ὅταν δ᾽ οὖν τις καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γένηται τίνος τῇ πενίᾳ σύνοικος, καὶ ἐνδεὴς πάντων. ἀφεὶς οὖν τὸ μὴ ὂν, τότε πάντως χόρευε αὐτὸς ἑαυτοῦ. ὥστε * * *

ſtam animo conceperis: & cogitare cœperis ſubſiſtentiam indefeſſam ac inſuperabilem; nunquam quidem deficientem, ſed præditam præ aliis omnibus vitâ puriſſimâ, & ſemetipsa plenam, poſitam in ſe, & ſemetipsâ ſatis contentam, nihilque extra ſe quærentem: ei ſi locum & relationem ad aliud ſuperaddas, ſtatim eo ipſo, quòd loci & relationis ad aliud indigentiâ aliquid decedit, illam quidem non imminuis; ſed teipſum à vera cognitione avertis, dum ſubeuntem cogitationis imaginationem veli inſtar tibi obducis. Neque enim ſupergredi & excedere eam poteris, neq; ſiſtere, nec perfectiorem reddere, nec vel minimum mutare: quippe quæ nec minimum deficere poteſt. Indeficiens enim eſt, multò magis quàm ullus fons ſemper & indeficienter ſcaturiens cogitari poſſit. Eam ſi aſſequi nequeas, nec univerſo aſſimilari, nihil quod ipſius entis ſit quæres. Aut ſi quæſieris, digredieris ad aliud quid contemplandum. Sed ſi nihil præter ipſum quæſieris, perſiſtens in temetipſo & tuâ ſubſtantiâ, aſſimilaberis univerſo: nec hærebis in ulla re quæ ſit poſt ipſam. Ergò nec ipſe dicas, tantus ſum. Omittens illud tantus, fies univerſalis. Cùm & antea fueras univerſalis. Sed & aliud quid tibi aderit unà cum eo univerſali: & minor evaſiſti illâ appoſitione: cùm non ex ente appoſitio illa provenerit. Nihil enim illi apponere poteris. Ubi igitur ex non ente aliquid additur, comitatur paupertas & omnium rerum egeſtas. Relinque ergò non ens, tunc tibi ipſi omnium eris ſufficientiſſimus. *

recuperat

recuperat autem semetipsum, dimissis illis quæ abjectiorem & viliorem aliquem faciunt. Præsertim ubi quis se eorum aliquid quæ naturâ suâ exigua sunt, non eum qui revera est, esse putat. Simul enim & à seipso & ab ente recessit. Et ubi quis præsens adest illi, qui est præsens in ipso; tum etiam adest enti, quod ubiq; est. Sed ubi temetipsum negligis, recedis etiam ab illo. Tanti enim momenti est, hominem adesse illi quod ipsi est præsens; & abesse ab illo quod est extra ipsum. Si quidem verò ens nobis adest, abest autem non-ens; non adest nobis ens, dum nos adsumus rebus aliis. Non accedit illud ut adsit: sed nos ab illo recedimus, cùm non adest. Et quid mirum? Nam tu ipse præsens, non abes ab ipso: nec tamen ei ades. Esq; simul & præsens & absens, ubi alia respiciens teipsum inspicere negligis. Si ergò adeò tibi ipsi præsens, tibi tamen non ades: ideóq; teipsum ignoras: & omnia potiùs, tam vicina quàm longiùs abs te remota invenis, quàm teipsum, qui naturâ tibi ipsi es præsens: quid miraris, si id quod non est præsens, procul absit à te, qui longiùs ab illo abes; eò quòd & longiùs abes à temetipso? quantum enim tibi ipsi, licèt præsenti & inseparabiliter conjuncto, præsens aderis; tantum & illi præsens eris: quod suâ substantiâ minùs à te disjungi ac separari potest, quàm tu à temetipso. Adeò ut omnino cognoscere possis, & quid adsit enti, & quid ab eodem absit: licèt ipsum ubique sit præsens, & idem quoq; sit nusquam. Nam qui in propriam suam substantiam in-

ἀναλαμβάνει δὲ αὐτό, ἀφεὶς τὰ προσαναύσαντα καὶ κατασμικρύναντα. καὶ μάλιστα ὅταν ἐκεῖνα εἶναι αὐτὸν τὰ σμικρὰ τῇ φύσει, καὶ οὐχ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς τῇ ἀληθείᾳ δοξάζει. ἄπεισι γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἅμα, καὶ ἄπεστι τοῦ ὄντος· καὶ ἔστι τις ἐν αὐτῷ παρὼν παρόντι, τότε πάρει καὶ τῷ ὄντι πανταχοῦ ὄντι· ὅταν δὲ ἀφεὶς αὐτὸν, ἀπέσῃς κἀκείνου. τοσαύτην γὰρ ἀξίαν εἴληφε, παρεῖναι τῷ αὐτῷ παρόντι, καὶ ἀπεῖναι τοῦ αὐτοῦ ἐκστάντι. εἰ δὲ πάρεστι μὲν ἡμῖν τὸ ὄν, ἄπεστι δὲ τὸ μὴ ὄν, μετὰ δὲ ἄλλων οὖσιν οὐ πάρεστιν· οὐκ ἦλθεν ἵνα παρῇ, ἀλλ᾽ ἡμεῖς ἀπήλθομεν ὅτε οὐ πάρεστιν. καὶ τί θαυμαστόν; αὐτὸς γὰρ σὺ παρὼν, οὐκ ἀπεῖς αὐτοῦ. καὶ οὐ πάρει σαυτῷ, καίπερ παρών· καὶ αὐτὸς ὢν ὁ παρών τε καὶ ἀπών· ὅταν περὶ ἄλλα βλέπῃς, παρεὶς σαυτὸν βλέπειν. εἰ δ᾽ οὕτως αὐτῷ παρὼν οὐ πάρει, καὶ διὰ τοῦτο σαυτὸν ἀγνοεῖς, καὶ πάντα μᾶλλον οἷς πάρει, καὶ πόρρω σου ὄντα εὑρίσκεις, ἢ αὐτὸν σαυτῷ φύσει παρόντα· τί θαυμάζεις, εἰ τὸ οὐ παρὸν πόρρω σού ἐστι, τοῦ πόρρω αὐτοῦ, διὰ τὸ καὶ σαυτοῦ πόρρω γεγονότος; ὅσῳ γὰρ ἑαυτῷ πάρεσει καί τοι παρόντι καὶ ἀναποστάτῳ (ὄντι αὐτὸς γὰρ ὅσῳ πάρεσει,) τόσον κἀκείνῳ πάρεσει, ὃ δὴ οὕτω σοι ἐστὶν ἀναπόσπαστον κατ᾽ οὐσίαν, ὡς σὺ σαυτῷ. ὥστε καὶ πάρεστί τι καθόλου γινώσκειν, τί τε πάρεστι τῷ ὄντι, καὶ τί ἄπεστι τοῦ ὄντος· παρόντος πανταχοῦ, καὶ πάλιν ὄντος οὐδαμοῦ. τοῖς μὲν γὰρ δυναμένοις χωρεῖν εἰς τὴν αὐτῶν οὐσίαν νοερῶς, καὶ τὴν

αὐτῶν γινώσκοντι, ὡς αὐτῇ τῇ γνώσει καὶ τῷ εἰδέναι τῆς γνώσεως αὐτοὺς ἀπολαμβάνειν, καθ' ἑνότητα τὴν τοῦ γινώσκοντος καὶ γινωσκομένου· καὶ τούτοις παροῦσιν αὐτοῖς, πάρεστι καὶ τὸ ὄν. ὅσοι δ' ἂν παρεξέλθωσιν ἀπὸ τοῦ εἶναι ἑαυτῶν πρὸς τὰ ἄλλα, ἀποῦσιν ἑαυτοῖς ἄπεστι καὶ τὸ ὄν. εἰ δ' ἡμεῖς ἐπεφύκειμεν ἱδρῦσθαι ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ καὶ πλουτεῖν ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ μὴ ἀπέρχεσθαι πρὸς ὃ μή ἐσμεν, καὶ πένεσθαι ἑαυτῶν, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν τῇ πενίᾳ συνεῖναι, καίπερ παρόντος αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ τοῦ ὄντος οὐ τόπῳ, οὐκ οὐσίᾳ κεχωρισμένοι, οὐδ' ἄλλῳ τινὶ ἀποτετμημένοι, τῇ πρὸς τὸ μὴ ὂν στροφῇ χωριζόμεθα· δίκην ἄρα ταύτην ἀποτίνομεν, τῇ τοῦ ὄντος ἀποστροφῇ αὐτοῦ ἀποστρεφόμενοι καὶ ἀγνοοῦντες. καὶ τῇ πάλιν ἐν τῇ αὐτῶν φιλίᾳ ἑαυτούς τε ἀπολαμβάνοντες, καὶ τῷ θεῷ συναπτόμενοι. καὶ ὀρθῶς ἄρα εἴρηται, ὡς ἐν τινι φρουρᾷ. * * *

* * *

ἀποδιδράσκοντα. λύειν δὲ ἐκ τῶν δεσμῶν παρελθόντα· ὡς ἂν τοῦ πρὸς τὰ τῇδε ἐστραμμένου, καὶ ἑαυτὸν θεῖον ὄντα καταλελοιπότος, ὥς φησι, φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης. ὥστε πᾶς φαῦλος βίος δουλείας πλήρης· καὶ διὰ τοῦτο ἄθεός τε καὶ ἄδικος· ἐν αὐτῷ πνεῦμα πλῆρες ὑπάρχει τῆς ἀσεβείας· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀδικίας. καὶ οὕτω πάλιν ἐν ἰδιοπραγίᾳ ὀρθῶς εἴρηται ὑφεστάναι τὸ δίκαιον.

tellectu sese penetrare, eamque cognoscere possunt, ea ipsa cognitione, & cognitionis scientiâ semetipsos recuperare queunt: illâ scilicet unione quâ cognoscens & cognitum uniuntur. Et hisce sibimetipsis præsentibus, ens quoque ipsum est præsens. Sed qui à propriis suæ essentia ad alia digrediuntur, cùm absint à seipsis, ens quoque ipsum illis est absens. Verùm si nobis in eadem essentia per naturam subsistere liceat, & nostris pollere opibus, nec descendere ad illud quod non sumus, & egere nobismetipsis, ac propterea entis quoque ipsius licèt præsentis inopiâ laborare: & ab ente, à quo nec loco nec essentiâ separati, nec aliâ aliquâ re sejuncti sumus, conversione ad non-ens separamur: justam sanè hanc pœnam luimus, quòd aversione ab ente nosmetipsos aversamur, & ignoramus: ut vice versâ nostri amore nosmetipsos recuperamus, & Deo conjungimur. Quapropter rectè dictum fuit veluti in quodam carcere [*inclusam animum in corpore: & vinculis istic adstrictum teneri, ut solent mancipia*] fugitiva. Illi verò omni studio tentandum, ut istis vinculis se exolvat. Quippe qui conversus ad hæc inferiora, seipsum divino genere satum deseruit; ut ait ille, *à numine profugus errans*. Adeò ut omnis improba vita plena sit servitutis & impietatis: ideóq; profana & injusta. Cùm in ea spiritus sit plenus impietatis; ac proinde etiam injustitiæ. Hinc etiam rectè dictum fuit, jus & æquum reperiri in eo, dum quisque facit quod sui muneris est. & veræ justitiæ imaginem atque

exemplar

exemplar in eo consistere, dum iis quibuscum vivimus, id quod cuiq; convenit tribuitur.

XLII. Quod in alio essentiam obtinet, nec seorsim ab alio in seipso subsistit, si ad cognoscendum se in seipsum convertatur, absque eo in quo subsistit, abducens se ab illo, ipsum quoque perit & corrumpitur; separans seipsum à suo esse. Sed quod seipsum cognoscere potest sine eo in quo existit, abducendo seipsum ab illo; & quod sine proprio interitu idipsum facere valet, id nullo modo substantiam suam habere potest in illo, à quo se convertere in semetipsum sine proprio exitio, & cognoscere seipsum sine illo poterat. Si ergò visus, atque omnis sensibilis facultas, seipsam nec sentit, nec comprehendit, nec incolumis permanet, semetipsam à corpore separans: mens autem cùm seipsum à corpore sejungit, tunc intelligit maximè, & in seipsum convertitur, neque corrumpitur: manifestum est, potentias sensibiles corporis beneficio operationes suas obtinere: mentem verò non in corpore, sed in semetipso & operationes & essentiam obtinere.

XLIII. Incorporea præcipuè quidem dicuntur ac intelliguntur secundùm privationem corporis; quemadmodum materia secundùm antiquos, & species quæ est in materia, cùm abstracta à materia cogitatur: tum naturæ, & facultates; item locus, & tempus, ac termini. Omnia enim istiusmodi secundùm privationem corporis dicuntur. Sunt autem & alia incorporea abusivè sic dicta. Non quòd corpore

ἐν ᾗ ἀποτεμνομένη τῆς κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τὴν σωζόντων εἰκόνα κειται καὶ εἴδωλον τῆς ἀληθινῆς δικαιοσύνης.

μβ΄. Τὸ ἐν ἄλλῳ ᾧ ἔχον τὸ εἶναι, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ χωριστὸν ἀπ' ἄλλου μὴ ὑπάρχον, ἐὰν εἰς ἑαυτὸ στρέφηται εἰς τὸ γνῶναι ἑαυτὸ ἄνευ ἐκείνου ἐν ᾧ ὑφέστηκεν, ἀπολαμβάνον ἑαυτὸ ἀπ' ἐκείνου, νοσοῦν γὰρ καὶ φθείρεται αὐτό· τοῦ εἶναι χωρίζον ἑαυτό. τὸ δὲ γινώσκειν ἑαυτὸ δυνάμενον ἄνευ ἐκείνου ἐν ᾧ ἐστιν, ἀπολαμβάνον ἑαυτὸ ἀπ' ἐκείνου, καὶ δίον τε ὂν ἄνευ τῆς ἑαυτοῦ φθορᾶς τοῦτο ποιεῖν, ἀμήχανον οὐσιῶσθαι ἐν ἐκείνῳ, ἀφ' οὗ στρέφειν ἑαυτὸ εἰς ἑαυτὸ ἀπ' ἐκείνου, ἄνευ φθορᾶς, καὶ γινώσκειν ἑαυτὸ ἄνευ ἐκείνου ἐδύνατο. εἰ δὲ ὄψις μὲν καὶ πᾶσα αἰσθητικὴ δύναμις, οὔτε ἑαυτῆς ἐστιν αἴσθησις, οὔτε χωρίζουσα ἑαυτὴν τοῦ σώματος ἑαυτῆς ἀντιλαμβάνεται, ἢ σώζεται· νοῦς δὲ χωρίζων ἑαυτὸν ἀπὸ σώματος, τότε μάλιστα νοεῖ, καὶ εἰς ἑαυτὸν στρέφεται, καὶ οὐ φθείρεται· δῆλον, ὡς αἱ μὲν αἰσθητικαὶ δυνάμεις, διὰ σώματος κέκτηνται τὸ ἐνεργεῖν· ὁ δὲ νοῦς οὐκ ἐν σώματι, ἐν ἑαυτῷ δὲ κέκτηται τὸ ἐνεργεῖν τε καὶ εἶναι.

μγ΄. Ἀσώματα μὲν κατὰ στέρησιν σώματος λέγεται, καὶ ἐπινοεῖται κυρίως· ὡς ἡ ὕλη, κατὰ τοὺς ἀρχαίους, καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπὶ ὕλης, ὅταν ἐπινοῆται ἀπολειφθὲν ἀπὸ τῆς ὕλης, καὶ αἱ φύσεις, καὶ αἱ δυνάμεις· οὕτως δὲ καὶ ὁ τόπος, καὶ ὁ χρόνος, καὶ τὰ πέρατα. τὰ γὰρ τοιαῦτα πάντα κατὰ στέρησιν σώματος λέγεται. ἤδη δὲ ἦν ἄλλα καταχρηστικῶς λεγόμενα ἀσώματα, οὐ κατὰ στέρησιν σώματος,

κατὰ δὲ ὅλως μὴ πεφυκέναι γεννᾶν σῶμα, διὸ τὰ μὲν κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον, περὶ τὰ σώματα ὑφίσταται· τὰ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον, χωριστὰ τέλεον σωμάτων, καὶ τῶν περὶ τὰ σώματα ἀσωμάτων. σώματα μὲν γὰρ ἐν τόπῳ· καὶ πέρατα ἐν σώματι. νοῦς δὲ καὶ νοερὸς λόγος, οὔτε ἐν τόπῳ, οὔτε ἐν σώματι ὑφίσταται· οὔτε προσεχῶς ὑφίστησι σώματα, οὔτε παρυφίσταται σώμασιν, ἢ τοῖς κατὰ στέρησιν σωμάτων λεγομένοις ἀσωμάτοις. οὐδ' εἰ κενὸν οὖν τι ἐπινοηθείη ἀσώματον, ἐν κενῷ οἷόν τε εἶναι νοῦν. σώματος μὲν γὰρ δεκτικὸν ἂν εἴη τὸ κενόν. νοῦ δὲ ἐνέργειαν χωρεῖσαι ἀμήχανον, καὶ τόπον δοῦναι ἐνεργείᾳ· διττοῦ δὲ φανέντος τοῦ γένους, τοῦ μὲν οὐδ' ὅλως οἱ ἀπὸ Ζήνωνος ἀντελάβοντο· τὸ δ' ἕτερον παραδεξάμενοι, καὶ τὸ ἕτερον μὴ τοιοῦτον εἶναι καθορῶντες, ἀναιροῦσιν αὐτὸ, δέον ὡς ἄλλο γένος ἦν ὑποπτεῦσαι· καὶ μὴ ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ἕτερον, μηδὲ τοῦτο μὴ εἶναι δεξάσαι.

μδ'. Ἄλλο νοῦς καὶ νοητὸν, καὶ ἄλλο αἴσθησις καὶ αἰσθητόν· καὶ νῷ μὲν, τὸ νοητὸν σύζυγον· αἰσθήσει δὲ, τὸ αἰσθητόν. ἀλλ' οὔτε ἡ αἴσθησις ἀντιλαμβάνεται αὐτῆς καθ' αὑτὴν, οὔτε τὸ

* * *

αἰσθητόν· νῷ δὲ τὸ νοητὸν σύζυγον ὂν, καὶ τὸ νοητὸν τῷ νῷ, αἰσθήσει οὐδαμῶς ἐστιν ὑποπτωτον· ἀλλὰ νῷ νοῦς ἐστι νοητόν. εἰ δὲ νοητὸν τῷ νῷ ὁ νοῦς, ἑαυτῷ ἂν εἴη νοητὸν ὁ νοῦς. εἰ μὲν

careant; sed quòd nullum omnino corpus generare possint. Quamobrem illa prioris significatûs existunt circa corpora: sed secunda ista separata penitus à corporibus, & ab illis incorporeis quæ circa corpora existunt. Nam corpora quidem in loco: & termini in corpore. Sed mens & ratio intellectualis nec in loco nec in corpore subsistunt: neq; corpora suâ affinitate constituunt: neque existunt cum corporibus vel incorporeis, secundùm corporis carentiam sic dictis. Et si vacuum aliquod incorporeum cogitetur, mens in illo vacuo nequaquam esse potest. Nam vacuum poterit corpus recipere: sed nec mentis operationem suo ambitu continere, nec locum actui præbere potest. Sed cùm duplex sit genus incorporei; alterum Zenonis sectatores nullo modo recipiunt: alterum recipiunt quidem; sed cùm alterum ejusdem generis non esse videant, tollunt id omnino. Cùm potiùs existimare deberent, id alterius generis esse: non autem opinari, quia non est idem cum altero, idcirco omnino non esse.

XLV. Aliud est intellectus & intelligibile: & aliud sensus & sensibile. Et intellectui quidem affine conjunctúmq; est intelligibile: sensibile autem sensui. Sed nec sensus semetipsum per sese comprehendere potest; nec sensibile. Intelligibile autem cùm intellectui sit affine, & intellectu intelligatur, nequaquam cadit sub sensum. Sed intellectus intelligitur intellectu. Si verò intellectus intellectu cognoscitur, intelliget utique intellectus semet-

ipsum

ipſum. Si ergò intellectus cognoſcitur intellectu, non ſenſu; erit utiq; intelligibile quid. Si verò intelligibilis intellectui, non autem ſenſui; erit etiam intelligens. Idem ergo intelligens & intelligibile, totus toti: non ut is qui terit, & is qui teritur. Neque igitur, aliâ parte intelligitur, & aliâ intelligit. Impartibilis enim eſt: & totus toti intelligibilis. Nihil enim non intelligens in eo cogitandum. Ideóque non quidem unam ſui partem intelligit, alteram verò non intelligit. quatenus enim non intelligit, intellectu deſtitutus erit. Neq; ergò diſcedens ab uno ad alterum tranſit. A quocunque enim non intellecto diſcedit ſecundùm id intellectu deſtitutus erit. Si verò non ſucceſſivè unum poſt alterum ab eo intelligitur, intelligit ſimul ſemélq; omnia. Si ergò omnia ſimul, neq; hoc quidem nunc, illud verò poſtea intelligit: omnia ſimul ei adſunt, & inſtans & ſempiternum. Si ergò præſens illi adeſt, tollitur & præteritum & futurum, in indiviſibili hujus inſtantis momento. Ità ut illud ſimul, & ſecundùm multitudinem, & ſecundùm temporis intervallum ei adſit. Ideo omnia ſecundùm unum, & in uno, eóque nec loci nec temporis intervallo diviſo inſtanti. Quod ſi ità ſit, nec intellectus intelligens hinc indè diſcurrit: quare nec motus ejus eſt, ſed actus, qui ſecundùm unum in uno, & incrementum & mutationem, & diſcurſum omnem tollit. Quòd ſi multitudo adſit ſecundùm unum ſimúlque operatio nulli temporis intervallo obnoxia, neceſſariò hujuſmodi ſubſtantiæ id quoq; tribuendum,

ὢν νοητὸς ὁ νοῦς, καὶ οὐκ αἰσθητός, νοητὸν ἂν εἴη. εἰ δὲ νοητὸς νῷ, καὶ οὐκ αἰσθήσει, νοοῦν ἂν εἴη. ὁ αὐτὸς ἄρα νοῶν καὶ νοούμενος, ὅλον ὅλου. καὶ οὐχ ὡς ὁ τρίβων καὶ τριβόμενος· οὐκ ἄλλῳ οὖν μέρει νοεῖται, καὶ ἄλλῳ νοεῖ. ἀμερὴς γὰρ καὶ νοητὸς ὅλος ὅλῳ. καὶ νοῦς δι' ὅλου, ἐπίνοιαν οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ ἀνοησίας ἔχων. διὸ οὐχὶ τόδε μὲν ἑαυτοῦ νοεῖ, τόδε δὲ οὐ νοεῖ. καθὸ γὰρ οὐ νοεῖ, ἀνόητος ἔσται. οὐδὲ ἀφιστάμενος οὖν τοῦδε, ἐπὶ τόδε μεταβαίνει. ἀφ' οὗ γὰρ ἀφίσταται, μὴ νοῶν ἐκεῖνο γίνεται. εἰ δὲ μὴ τόδε μετὰ τόδε ἐπ' αὐτοῦ γίνεται, ἅμα πάντα νοεῖ· ἐπεὶ οὖν πάντα ἅμα, καὶ οὐ τὸ μὲν νῦν, τὸ δὲ αὖθις, πάντα ἅμα νῦν καὶ ἀεί.

* * *

εἰ οὖν ἐπ' αὐτοῦ τὸ νῦν, ἀνήρεται δὲ ἐπ' αὐτοῦ τὸ παρεληλυθὸς καὶ τὸ μέλλον, ἐν ἀδιαστάτῳ τῷ νῦν ἀχρόνῳ παραστήματι· ὥστε τὸ ὁμοῦ, κατά τε τὸ πλῆθος, κατά τε τὸ χρονικὸν διάστημα ἐπ' αὐτοῦ. διὸ καθ' ἓν πάντα, καὶ ἐν ἑνί, καὶ ἀδιαστάτῳ, καὶ ἀχρόνως· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ τὸ πόθεν ποι ὢν τῷ νῷ, οὐδὲ κίνησις ἄρα· ἀλλὰ ἐνέργεια, καθ' ἓν, ἐν ἑνί, αὔξην τε ἀφῃρημένη καὶ μεταβολῆς, καὶ διεξόδου πάσης. εἰ δὲ τὸ πλῆθος καθ' ἓν, καὶ ἅμα ἡ ἐνέργεια καὶ ἄχρονος, ἀνάγκη παρυπεστάναι τῇ τοιαύτῃ οὐσίᾳ τὸ ἀεὶ ἐν ἑνὶ

ὄν.

ὄν. τοῦτο δέ ἐστιν αἰών. παρυπέστη ἄρα νῷ ὁ αἰών. τὸ δὲ μὴ καθ' ἓν ἐν ἑνὶ νοοῦντι, ἀλλὰ μεταβατικῶς καὶ ἐν κινήσει, καὶ ἐν τῷ τὸ μὲν καταλείπειν, τὸ δὲ ἐπιλαμβάνειν, καὶ μερίζειν, καὶ διεξοδεύειν, παρυπέστη χρόνος. τῇ γὰρ τοιαύτῃ κινήσει παρυφίσταται τὸ μέλλειν καὶ παρεληλυθέναι. ψυχὴ δὲ μεταβαίνει ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο, ἐπαμείβουσα τὰ νοήματα· οὐκ ἐξισταμένων τῶν προτέρων, οὐδὲ πόθεν ἄλλοθεν ἐπεισιόντων τῶν δευτέρων· ἀλλὰ τὰ μὲν ὥσπερ ἀπελήλυθε, καίπερ μένοντα ἐν αὐτῇ. τὰ δ' ὥσπερ ἀλλαχόθεν ἐπῆξεν. ἀφῖκτο δ' οὐκ ἀλλαχόθεν, ἀλλ' αὐτῆς καὶ αὐτόθεν εἰς ἑαυτὴν κινουμένης, καὶ τὸ ὄμμα φερούσης εἰς ἃ ἔχει κατὰ μέρος. πηγῇ γὰρ ἔοικεν οὐκ ἀπορρύτῳ, ἀλλὰ κύκλῳ εἰς ἑαυτὴν ἀναβλυζούσῃ ἃ ἔχει. τῇ μὲν οὖν ταύτης κινήσει παρυφίσταται χρόνος· τῇ δὲ τοῦ νοῦ μονῇ τῇ ἐν ἑαυτῷ, ὁ αἰών. οὐ διῃρημένος ἀπ' αὐτοῦ, ὥσπερ ὁ χρόνος ἐκ ψυχῆς· ὅτι καὶ αἱ παρυποστάσεις ἥνωνται ἐκεῖ. διαψεύδεται δὲ τὸ κινούμενον αἰών, δι' αὐτοῦ τὸ ἄμετρον τῆς κινήσεως εἰς ἔννοιαν λαμβανόμενον αἰῶνος· καὶ τὸ μένον πρὸς τὸ κινούμενον· χρόνον ἑαυτοῦ ὥσπερ τὸ νῦν αὐτοῦ καὶ διεξοδεῦον καὶ πολλαπλασιάζον κατὰ πρόοδον τοῦ χρόνου. διὸ καὶ ἐν στάσει τὸν χρόνον τινὲς οὐχ ἧττον ἢ ἐν κινήσει θεωρεῖσθαι ὑπελάμβανον, καὶ τὸν αἰῶνα ὡς ἐσόμενον τὸν ἄπειρον χρόνον. ὡς ἑκατέρου τὰ πάθη τὰ ἑαυτοῦ τῷ

quod ſemper in uno exiſtit. Id verò eſt æternitas. Adeſt ergò intellectui æternitas. Cæterùm quòd non ſecundùm unum in uno, ſed diſcurrendo, & cum motu intelligit: ità ut in intelligendo unum quidem relinquat, alterum verò comprehendat, & dividat, & ab uno ad alterum tranſeat; id tempus unà ſecum introduxit. Hujuſmodi enim motui convenit futurum & præteritum. Anima autem ab uno ad alterum, mutatis ſubinde conceptibus, tranſit: non ut priores excidant, & ſecundi aliunde ſubeant: ſed priores iſti quaſi tranſierunt, licèt in ea permaneant: hi verò quaſi aliunde ſuccedunt. Succedunt autem non aliunde: ſed dum ipſa ex ſeſe in ſemetipſam movetur, & oculum ad ea dirigit quæ per partes ipſi adſunt. Similis enim eſt fonti, non foràs emananti; ſed aquas ſuas per orbem refundenti in ſeipſum. Hujus ergò motui convenit tempus: ut mentis in ſemetipſa ſtabilitati, ævum: ídque non diviſum ab ea, ut tempus ab anima. Nam iſthìc duo illa ſimul ſubſiſtentia unita ſunt. Sed id quod in perpetuo motu eſt mentitur ſpeciem æternitatis, ob immenſam motûs longitudinem æternitatis opinionem gignens. Et ævum quod fixum permanet mentitur ſpeciem temporis moti: quaſi ſuum illud inſtans ſecundùm temporis decurſum percurrat & multiplicet. Ideo nonnulli non minùs in ſtatu ſeu quiete, quàm in motu tempus conſiderari exiſtimabant: & ævum, ſicuti dixi, eſſe tempus infinitum. Ac ſi alterùm alteri proprias ſuas affectiones tribuat. Cùm

tempus

tempus ſemper motum, eò quòd ſtabile idémque eſt, ſempiternitate ſuâ æternitatem referat: & æternitas in uno eodémque actu perſiſtens, ſuo ſtatu actúque ad tempus accedere videatur. Cæterùm in rebus ſenſibilibus tempus diſtinctum in diverſis diverſum eſt. Ut, aliud tempus Solis, aliud Lunæ, aliud Luciferi, & aliud in unoquoque alio. Ideóque diverſus diverſorum annus. Et annus cæteros complectens conſummatus perfectúsque ſecundùm motum animæ: ad cujus imitationem cætera moventur. Sed cùm animæ motus diverſus ſit à motu cæterorum; tempus quoque illius à cæterorum tempore diverſum. Idque momentis, & motûs localis ac tranſitivi intervallis diſtinctum.

ἑτέρῳ περιστάντος. τοῦ μὲν κινουμένου ἀεὶ ἀπὸ τοῦ ἑστῶτος κατὰ ταυτότητα τὸν ἀεὶ τὸν ἑαυτοῦ τὸν αἰῶνα ἀπεικονίζοντος· καὶ τοῦ ἑστῶτος ἐν ταυτότητι ἐνεργείας τὸν χρόνον τῇ ἑαυτοῦ μονῇ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας περιάπτοντος. λοιπὸν δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὁ διῃρημένος χρόνος ἄλλος ἄλλου. οἷον, ἄλλος Ἡλίου, ἄλλος Σελήνης, ἄλλος Ἑωσφόρου, καὶ ἐφ᾽ ἑκάστου ἄλλος. διὸ καὶ ἄλλου ἐνιαυτὸς ἄλλος· καὶ ὁ τούτους περιέχων ἐνιαυτὸς κεφαλαιούμενος εἰς τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν, ἧς κατὰ μίμησιν κινουμένων τούτων. ἀλλοίας δὲ τῆς ἐκείνης κινήσεως οὔσης, καὶ ἀλλοίας τῆς τούτων· ἀλλοῖος καὶ ὁ χρόνος ἐκείνης τῆς τούτων. διαστηματικὸς μὲν οὗτος καὶ ταῖς κατὰ τόπον κινήσεσι καὶ μεταβάσεσι.

ΤΕΛΟΣ.

SEquens Porphyrii ἀποσπασμάτιον Joannes Stobæus Eclogis Phyſicis inſeruerat: ſed librariorum feſtinatione, aut negligentia potiùs in Canteriano exemplari, ut alia plurima bonorum Auctorum fragmenta, omiſſum fuit. ideóque Vir Clariſſimus Andreas Schottus, qui omnibus modis rem literariam juvare ſtudet, hoc emblemate obſervationes ſuas ornare voluit, cùm ejus copiam ex Antonii Auguſtini codice nactus eſſet. Idem hic; ſed correctius nonnihil, ex optimo exemplari Vaticano reponere placuit cum latina verſione: quod fabuloſum hoc Brachmanorum antrum, & Tantalia aqua non malè cum antro Nympharum, & ſcaturientibus in eo aquis convenire videretur. tum vel maximè ut hujus loci indicio conſtaret, ex quibus fontibus veterum hæreticorum errores de Demiurgo promanârint, quos B. Irenæus, Epiphanius, aliique commemorant.

ΠΟΡ-

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

Ἐκ τοῦ

ΠΕΡΙ ΣΤΥΓΟΣ.

PORPHYRII

Locus ex Libro

DE STYGE.



Ἰνδοὶ οἱ ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς Ἀντωνίνου τοῦ ἐξ Ἐμισῶν εἰς τὴν Συρίαν ἀφικνουμένῳ Βαρδισάνῃ τῷ ἐκ Μεσοποταμίας εἰς λόγους ἀφικόμενοι ἐξηγήσαντο, ὡς ὁ Βαρδισάνης ἀνέγραψεν, εἶναί τινα λίμνην ἔτι καὶ νῦν παρ' Ἰνδοῖς, δοκιμαστήριον λεγομένην· εἰς ἣν ἄν τις τῶν Ἰνδῶν αἰτίαν ἔχων τινὸς ἁμαρτίας ἀρνῆται, τῶν δὲ Βραχμάνων τινὲς δοκιμάζουσιν αὐτὸν, τοῦτον τὸν τρόπον πυνθάνονται τοῦ ἀνθρώπου, εἰ θέλει διὰ τοῦ ὕδατος ποιῆσαι τὴν ἐξέτασιν. καὶ μὴ θέλοντα μὲν ὡς ὑπόδικον ἀποπέμπουσι, τὴν δίκην αἰτιάσοντα· παραδεχόμενον δὲ τὴν βάσανον εἰσάγουσι μετὰ τῶν κατηγόρων. καταβαίνουσι γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὸ ὕδωρ δοκιμασθησόμενοι μὴ συκοφαντῶσι. διέρχονται τοίνυν οἱ ἐπιβαίνοντες τοῦ ὕδατος εἰς ἕτερον μέρος τῆς λίμνης· τὸ βάθος δ' ἐστὶν ἄχρι τῶν γονάτων. πάντως ὅπως ἂν εἰς αὐτὴν ἐπιβάντος, ὅταν δὲ κατηγορούμενος ἐπιβῇ, ἀναμάρτητος μὲν ὢν, ἀδεῶς διέρχεται, ἄχρι τῶν γονάτων ἔχων τὸ ὕδωρ. ἁμαρτὼν δὲ, ὀλίγον προβὰς βαπτίζεται μέχρι κεφαλῆς.



Qui eo tempore, quo Antoninus Imperator, ex Emisis in Syriam descenderet Bardisanem virum ex Mesopotamia oriundum convenêre, narrabant eum scripto prodidisse, esse adhuc apud Indos lacum quem probationis vocant. ad hunc, si quis Indorum alicujus criminis accusetur & factum neget, adducitur: ubi nonnulli ex Brachmanis eum hoc modo examinant. primùm ex homine quærunt, num aquæ illius examen subire velit. si recuset, ut reum ad judicium remittunt: si examen probet, introducunt eum unà cum accusatoribus. nam & ipsi in aquam descendunt, ut explorentur nunquid fortè falsò accusant. transeunt ergò quotquot in aquam descenderunt in adversam partem lacûs: cujus altitudo non ultra genua ingredientium ascendit. Si ergò is qui lacum ingreditur culpâ careat, impavidus transit: aquâ ultra genua non pertingente. Si in culpa sit, mox ubi paulùm progressus fuerit capite tegitur.

nus aquæ immergitur. Tum Brachmanes extractum ex aqua vivum illis tradunt qui adduxerant: jubéntq; castigari, nullâ in eum mortis sententia latâ: ídque rarò usuvenire: quòd nemo factum negare ausit ob propositum aquæ examen. Atq; hâc quidē aquâ spontanea delicta apud Indos explorari. Esse autem aliam quæ tam voluntaria, quàm involuntaria, quinimo omnem vitam rectè actam exploret. De qua Bardisanes, cujus verba apponam, sic scribit: aiebant & antrum nativum ingentis magnitudinis in editissimo monte ferme juxta terræ meditullium esse. In illo antro statua est decem, ut videtur, aut duodecim cubitorum, habitu erecto; manibus in formam crucis extensis: cujus dextera faciei pars virilis est; sinistra muliebris. Atq; eâdem ratione brachium, ac pes, totúmq; dexterum latus virile: sinistrum verò muliebre. Ut ista partium commissio stuporem spectantibus incutiat: & quòd in uno, eodémq; corpore conjunctam inter se utriusq; lateris dissimilitudinem videant. Dexteræ mammæ illius statuæ Solem insculptum esse aiunt, sinistræ Lunam. Et in duobus brachiis sculptoris arte magnum numerum angelorum expressum, cæteráque quæ mundo continentur: videlicet cœlum, montes, mare, fluvium, oceanum, plantas, & animalia, & quicquid tandem in rerum natura existit. Hanc statuam aiunt Deum filio suo dedisse, cùm mundum conderet, ut exemplar sibi propositum haberet. Inquisivi etiam, ait, cujus materiæ esset. Sed & Sandales mihi affirmabat, & reliqui te-

λῆς. οἱ δὲ Βραχμᾶνες ἀνασπῶντες αὐτὸν ἐκ τοῦ ὕδατος παραδιδόασι τοῖς ἐνάγουσι ζῶντα, καὶ ἀξιοῦσι παιδευθῆναι χωρὶς θανατικῆς καταδίκης· γίγνεται δὲ τοῦτο σπανίως, τῷ μηδένα τολμᾶν ἀρνεῖσθαι τὸ ἁμάρτημα, διὰ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος ἔλεγχον. ἑκουσίων τοίνυν ἁμαρτημάτων δοκιμαστήριον Ἰνδοὺς τοῦτο ἔχειν τὸ ὕδωρ· ἀκουσίων δὲ ὁμοῦ καὶ ἑκουσίων καὶ ὅλως ὀρθοῦ βίου ἕτερον εἶναι, περὶ οὗ ὁ Βαρδισάνης τάδε γράφει. θήσω γὰρ τὰ κείμενα κατὰ λέξιν. ἔλεγον δὲ καὶ σπήλαιον εἶναι αὐτόματον μέγα ἐν ὄρει ὑψηλοτάτῳ σχεδὸν κατὰ μέσον τῆς γῆς· ἐν ᾧ σπηλαίῳ ἐστὶν ἀνδριὰς, ὃν εἰκάζουσι πηχῶν δέκα ἢ δώδεκα, ἑστὼς ὀρθὸς, ἔχων τὰς χεῖρας ὑπτιασμένας ἐν τύπῳ σταυροῦ. καὶ τὸ μὲν δεξιὸν τῆς ὄψεως αὐτοῦ ἐστιν ἀνδρεῖον· τὸ δ' εὐώνυμον θηλυκόν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ βραχίων ὁ δεξιὸς, καὶ ὁ δεξιὸς ποὺς, καὶ ὅλον τὸ μέρος, ἀρσενικόν· καὶ τὸ εὐώνυμον θηλυκόν. ὡς ἰδόντα τινὰ ἐκπλαγῆναι τὴν σύγκρισιν· πῶς διαιρέτως ἐστὶν ἰδεῖν τὴν ἀνομοιότητα τῶν δύο πλευρῶν ἐν ἑνὶ σώματι. ἐν τούτῳ τῷ ἀνδριάντι λέγουσι γεγλύφθαι περὶ τὸν μαζὸν τὸν δεξιὸν, ἥλιον· καὶ περὶ τὸν ἀριστερὸν, σελήνην. καὶ κατὰ τῶν δύο βραχιόνων τέχνῃ γεγλύφθαι ἀγγέλων ἀριθμὸν, καὶ ὄρη, καὶ θάλασσαν, καὶ ποταμὸν, καὶ ὠκεανὸν, καὶ φυτὰ, καὶ ζῶα, καὶ ἁπλῶς ὅσα ἐστί. τοῦτον τὸν ἀνδριάντα φασὶ δεδωκέναι τὸν θεὸν τῷ υἱῷ, ὁπηνίκα τὸν κόσμον ἔκτιζεν, ἵνα αὐτὸν ἔχῃ παράδειγμα. ἐξήτασα δὲ, φησὶ, ποίας ἐστὶν ὕλης, καὶ διεβεβαιοῦτο ὁ Σανδάλης, ἐμαρτύρουν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ἄλλοι, μηδένα

εἰδέναι

εἰδέναι ποίας ὕλης ἐστὶν ὁ ἀνδριὰς ἐκεῖνος. οὔτε γὰρ χρύσεός ἐστιν, οὔτε ἀργύρεος, οὔτε χάλκεος, οὔτε λίθινος, οὔτε ἄλλης ὕλης· ἀλλὰ μᾶλλον παραπλήσιός ἐστι ξύλῳ στερροτάτῳ καὶ ἀσηπτοτάτῳ· μὴ εἶναι δὲ ξύλον. προσετίθεσαν δὲ λέγοντες, ὅτι τῶν βασιλέων τις ἐθελήσας ἀνελκύσαι τρίχα ἐκ τῶν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ αἷμα ῥεῦσαι· καὶ ταραχθῆναι τὸν βασιλέα ἐκεῖνον, ὡς μόλις εὐξαμένων τῶν Βραχμάνων ἀνακτήσασθαι ἑαυτόν. ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς τούτου λέγουσι θεοῦ ἄγαλμα εἶναι, ὡς ἐπὶ θρόνου τινὸς καθήμενον. λέγουσι δὲ καὶ ἐν τοῖς καύμασιν ἱδροῦν ὅλον τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, καὶ ῥιπίζεσθαι ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, καὶ παύεσθαι τοῦ ἱδρῶτος· καὶ εἰ μὴ ῥιπίζοιεν πολλὴν φέρειν ἱδρῶτα, ὡς βρέχεσθαι τὴν περὶ αὐτὸν γῆν. ἐνδοτέρω δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ μετὰ πολὺ διάστημα εἶναι σκότος, ἔνθα μετὰ λαμπάδων εἰσέρχονται οἱ βουλόμενοι, καὶ εὑρίσκουσι θύραν τινά. ἐξ ἧς περιέχεται ὕδωρ, καὶ λιμνάζει περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ σπηλαίου. καὶ ὡς δοκιμάζοντες ἑαυτοὺς εἰσέρχονται διὰ τῆς θύρας ἐκείνης. καὶ ὅσοι εἰσὶ καθαροὶ ἀπὸ τῆς φαυλότητος τοῦ βίου εἰσέρχονται ἀνεμποδίστως ἀνοιγομένης τῆς θύρας· καὶ εὑρίσκουσι πηγὴν μεγίστην ὕδατος πάνυ διαυγεστάτου καὶ ποτιμωτάτου, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο περιέρχεται. οἱ δὲ ἐν καταγνώσει ὄντες πολὺ θλίβονται εἰσελθεῖν διὰ τῆς θύρας ἐκείνης, καὶ οὐ δύνανται, στενουμένης αὐτῆς· οἵτινες βιαζόμενοι ἐξομολογοῦνται ἐπὶ τῶν ἑτέρων εἴ τι ἥμαρτον· καὶ δέονται ποιεῖσθαι, ἵνα οἱ λοιποὶ εὔξωνται

stabantur, nomini quidquam de statuæ illius materia constare: cum nec aurea, nec argentea sit, neque ærea, nec lapidea, alteriúsve materiæ. Sed quam simillimam quidem esse ligno durissimo, nec ulli putredini obnoxio; neque tamen lignum esse. Addebant præterea regem quendam conatum fuisse evellere capillum aliquem eorum qui in cervicem statuæ dependent, & sanguinem indè profluxisse. Hunc regem istum tanto metu exanimatum fuisse, ut vix post longas Brachmanorum preces ad se redierit. Capiti ejus Dei effigiem veluti throno insidere ferunt. Quin & caloribus æstivis totam statuam sudore diffluere, & à Brachmanis ventilando refrigerari, sistique sudorem aiunt. Et nisi ventilabris calor temperetur, adeò largum effluere sudorem, ut humus circumcirca madescat. Post statuam hanc in interiore antri recessu longo intervallo tenebras esse. Eò cum facibus accensis ingrediuntur, quibus subeundi animus est: & offendunt ostium quoddam, ex quo aqua profluit, quæ in extremo antro lacûs instar restagnat. Per id ostium ingrediuntur, qui semetipsos probare cupiunt. Et quicunque à vitæ inquinamentis puri sunt, sine ullo impedimento intrant, largiùs sese aperiente ostio. Fontémque maximum undæ limpidissimæ & potui gratissimæ inveniunt: ex quo aqua illa, quam dixi, premanat. Sed qui crimini alicui obnoxii sunt, plurimùm in ostii illius ingressu luctantur: nec ingredi queunt, ostio sese coarctante. Hi coacti coram aliis, si quid peccati commiserint confitentur, rogántque ut reliqui De-

um

um pro se exorent: & longum temporis spatium jejuniis exigunt. Hic aiunt Sandalem dixisse, statuto quodam die congregari Brachmanos: & nonnullos quidem ibidem perpetuò commorari; alios verò aliunde convenire tempore æstivo, & autumno, dum fructuum copiâ abundat: cùm ut statuam illam videant, tum ob mutuum congressum: & ut quisque periculum in semetipso faciat, num quid per dictum ostium ingredi queat. Ibidem quæstiones pertractari aiunt de figuris corpori isti insculptis. Neque enim facilè omnes figuræ sciri possunt: cùm quòd multæ eæ sint, tum quòd omnia animalia & plantæ non uno in loco existunt. Atque hæc sunt, quæ Indi de aqua probationis apud se referunt. Cæterùm & Apollonium Tyanæum illius aquæ meminisse existimo: ejus inquam, quæ in antro est. Nam in literis, quas Brachmanis scribit, juramento quodam utitur. Non per Tantaliam aquam, quâ me initiastis. Puto enim ipsum aquam hanc Tantaliam vocare, quòd perpetuâ expectatione suspensos teneat eos, qui illam subire, potúmque ex ea haurire conantur.

περὶ αὐτῶν καὶ νηστεύουσι χρόνον τινὰ ἱκανόν. ἐκεῖ φασὶν εἰρηκέναι τοὺς περὶ τὸν Σάνδαλιν, συνάγεσθαι τοὺς Βραχμᾶνας ἡμέρᾳ μέντοι τεταγμένῃ· ἀλλὰ τοὺς μέν τινας ἐκεῖ ἔχοντας τὴν διατριβήν. τοὺς δὲ, ἀφικνεῖσθαι συνιόντας θέρους ὥρᾳ, καὶ τῷ ἐν φθινοπώρῳ πλεοναζούσης τῆς ὀπώρας, ἐπί τε τὴν θέαν τοῦ ἀνδριάντος, καὶ ὅπως τὸ ἀλλήλοις συμμῖξαι· καὶ εἰς τὸ πεῖραν ἑαυτῶν λαβεῖν, εἰ δύνανται εἰσελθεῖν διὰ τῶν εἰρημένων θυρῶν. ζητεῖσθαι δὲ ἐκεῖ ζητήσεις λέγουσι περὶ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐκείνῳ γλυφῶν· οὐδὲ γὰρ εἶναι ῥᾳδίως πάσῃ τῇ ἀνατυπώσει ἐπιστῆσαι· διά τε τὸ πολλὰ εἶναι, καὶ διὰ τὸ μὴ πάντα τὰ ζῷα καὶ φυτὰ ἐν μιᾷ χώρᾳ ὑπάρχειν. ἃ μὲν οὖν Ἰνδοὶ ἱστοροῦσι περὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δοκιμασίας εἶναι ὕδατος ἐστι ταῦτα. δοκῶ δὲ τούτου καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα μεμνῆσθαι τοῦ ὕδατος τοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ λέγων· γράφων γὰρ τοῖς Βραχμᾶσιν, ὅρκον τινὰ ὀμνύει. οὐ μὰ τὸ Ταντάλιον ὕδωρ, ᾧ με ἐμυήσατε. δοκεῖ γὰρ Ταντάλιον λέγειν τοῦτο, διὰ τὸ ἀεὶ τῇ προσδοκίᾳ κολάζειν τοὺς ὑπὸ τὸ πιεῖν αὐτοῦ ἐληλυθότας, κἀκ τούτου πιεῖν ἀφίεσθαι.

ΤΕΛΟΣ.

J. VALENTINI
Ad *Lectorem* Præfatio.

NOn mei est ingenii, amice Lector, aliorum laboribus etsi parum fausto auspicio confectis obtrectare. Ut verò intelligas cur novam Porphyrii de Abstinentia versionem susceperim, audias paulisper Clarissimum Holstenium in Dissertatione sua de Vita & scriptis hujus Philosophi sic conquerentem. Scripti fuêre à Porphyrio de Abstinentia ab esu animalium lib. 4. Opus nunquam satìs laudatum, quod Bernardus Fælicianus egregiè expressit Latino sermone. Quò neglecto nuper in Galliis nescio quis ineptissimâ versione vel delirio potiùs perpetuo optimum opus pessimè contaminavit: ut inter omnes malorum species, quibus iratum numen Porphyrianos mânes nomenque hactenus pressit, hanc facilè principem ducam, quòd in tam mali medici manus inciderit. *Tentare volui, bone Lector, utrùm ego aliquanto feliciùs medicum possem agere. Omnibus tamen auxiliis destitutus hanc interpretationem adornavi. Nè Latinum quidem interpretem ab Holstenio memoratum videre contigit. Codices manuscriptos nullos, licet quæsiverim sedulò, parare potui. Impressos duos tantùm habui, Florentinum scilicet, & qui eum xt' modis sequitur etiam ubi pessimè ille alter hallucinatur, Gallicanum. Spero nihilominus infinita à nobis sanata esse loca, partim ex Plutarcho, Josepho, & Eusebio, partim ex nostra conjectura: adeò ut non nisi de uno forsan aut altero loco est cur quis valdè queratur. Quod superest doctiss. Petavii in Ep. ad Lector. Epiphanio præfixâ verbis claudam:* Tu velim, Candide Lector, ad hanc lucubrationem nostram sic accedas, ut intelligas neque nihil à nobis hîc esse peccatum, sed si quæ in illo errata deprehenderis, ea pluribus cum bonis, si modò mihi plura bona sint, aut æqualibus, paucioribusve compenses, atque his fruare, illis veniam tribuas.

EJUS-

EJUSDEM

Ad Porphyrium περὶ ἀποχῆς *annotatiunculæ, quibus mutatæ Lectionis & interpretationis aliqua ratio redditur.*

Pag. 2. lin. 18. κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα] Vid. lib. 2. p. 76. l. 28. ἀφ' ὅτων εἰς ὅτα.] Similis ferè locutio occurrit apud Psell. de Dæm. ἀνθ' ὅτων ὅτα διαμείβομενοι.

Pag. 3. lin. 21. φόβον] Ad oram Gallicæ editionis pro φόβον substituebatur πόθον· & id videtur loci sensus postulare. lin. 26. ἰδιωτῶν.] Vid. p. 97.

P. 4. lin. 7. ὑπὸ τῶν &c. δεικνύντα ἀνείρηκασιν] legendum censeo ἀντειρηκόσι. Et sic reddidi locum, quasi ità se haberent verba, λύσιν, δεικνύντα ἀντειρηκόσιν ὅτι τὸ ἀληθὲς οὐκ' ἠπίσταντο ... ὑπὸ τῶν ἐμβεβαίων &c. Lin. ante § 4. *ex Heraclide Pontico*] Hæc verba in Gall. edit. huic § præfigebātur. Quæ ego primùm retinenda censui quia p. 21. Heraclides Ponticus inter eos numeratur, quorum argumenta contra abstin. Porphyrius hic recenset. Postea tamen deprehendi multa quæ § § 4, 5, & 6. adducuntur ipsissima esse Plutarchi verba ex lib. de solertia animalium desumpta, nonnihil tamen alicubi immutata. Nam, p. 5. § 5. legitur apud Porphyr. ποῖον ἐν θαλάττῃ, τίς ἐναργὴς [Plutarch. ἐν ὄρεσι] τέχνη --- ἐν ὡς πρὸς ὁμόφυλα, &c. Plutarch. ... ὡς προσήκει λογικοῖς καὶ ὁμοφύλοις πᾶσι τοῖς ζώοις ἐστιν ἀβλαβῶς καὶ μετ' εὐλαβείας προσφέρεσθαι μάθωμεν, ἔργον δεῖν εἰπεῖν. οὐδὲν ἔτ. Paulò post, φυλάττωμεν. ὡς καθ' &c.] Apud Plutarch. ità legitur, φυλάττωμεν, ᾧ, καθ' Ἡσίοδον, τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον, Ἰχθύσι μὲν, &c. Videtur in Plutarcho deesse Ζεὺς. ᾧ, κ. Ἡ. Ζεὺς &c. vel mutandum ᾧ apud Plut. in ὁς. Ego non consulto priùs Plutarcho verba verteram, & falsa apud Porphyr. interpunctio fecit, ut non omnino rectè interpretatus sim. Tollas periodi notam ad φυλάττωμεν & ἑκάτερον, & comma tantùm adjicias, omniáque perspicua fient. Versio carminum ex Hesiod. Grotiana est. De jure bell. l. 1. c. 1. § 11. Porphyr. finem versûs tertii mutavit. Sic enim apud Hesiod. legitur ἔργ. v. 277. --ἢ πολλὸν ἀρίστη Γίνεται--.

P. 6. § 7. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἐπικούρου.] Hæc verba usque ad § 13. Clariss. Gassendus in sua *Epicuri Philosophia* olim Latina fecerat. Quod si in mentem mihi venisset, cùm primùm huic operi manum admoverem, aliquâ laboris mei parte memetipsum levâssem. Quod postea feci à § 9 usque ad § 54.

P. 8. l. 26. ὅπως ἀνδρείαν ἐνδῶσι &c.] Videtur deesse οὐχ' ante ὅπως, cui respondeat in lin. 29. ἀλλ' ὅπως.

P. 9. lin. 26. προσμηχανωμένων &c.] Verborum constructio videtur satis perplexa. In interpretatione

tatione sensum, opinor, secuti sumus, etsi non verborum formam. Delendum est τὰς, & sic magis ad verbum interpretari licet, *iis qui primi multitudinem rexerunt, quædam adinvenientibus ad ferinos*, &c.

P.10.l.12. ἐξέρεισμα] Conjicio legendum esse ἐξοεισμὸν. Cui bono enim fuisset feras irritare?

P. 11. ferè ad finem. ὁμοίως τε μικρῶν, &c.] Rectiùs sic, *sive exiguæ, sive magnæ sint molis*.

P.13 ὡς ἂν δὴ τοῖς, &c.] Verba ista πίραχας, &c. sæpè apud Hom. usurpantur, sed nunquam, quantum ego scio, de crudis carnibus. Post ἀποδεδωκυίας τῆς supple φύσεως, vel quid tale.

Pag. 14. lin. 11. πήγασι, &c.] Vid. l. 4. § 21.

P. 15. lin. 21. τὸ δ' ὅλως] Sic meliùs: *Quòd nonnulli verò ab hoc animali prorsus abstinent ejusdem est momenti ac quòd nos camelum nolumus comedere.*

P.18.l.24. ἐπιχειροῦντα ᾗ τοῖς ἢ τοῖς, &c.] Substituimus ἐπιχ. ᾗ ἢ τοῖς ζώοις συναν.

P.19. § 24. l. 1. pro συμβήσεται reposuimus συμβήσεται. § 25. Στρατείας ἕνεκα δεδώκασιν τὰς] Mallem τῆς. Paulò pòst, θύειν αὐτοῖς, &c.] Etsi interpretatio quam dedi fortè ferri possit, tamen meliùs sic, *tum feras iis mactare, tum mactatas comedere.* προσφέρεσθαι enim hoc sensu non semel apud Porphyr. occurrit. ibid. paulò pòst Προτηκλέως.] Legi debet Πεσκλέους. Vid. Pausan. p. 160. & Sylburg. in not. ad locum.

P. 20. lin. 5. Μόγος --- ἐν Μεθώνῃ.] Utrumque nomen corruptum est. Scribi enim debent Βογύας vel Βόγος & Μεθώνη. Vid. Dion. Caff. l. 50. p. 486. H. Steph. Ed. & Strabon. l. 8. p. 359. Narrat Dion. l. 48. p. 438. Bogudin istum, vel Bogum in Hispaniam transiisse eamque infestâsse. Templum igitur Herculeum quod memorat videtur istud in Gadibus. Strabo l. 3. p. 170.

P. 20. lin. pen. σημεῖον ἐπικείμενον.] Vid. p. 94. lin. 10. & p. 151. & Clem. Alex. strom. p. 633.

P. 23. lin. 4. Pro *somniatores* repone *vigiles*.

P. 24. lin. 22. Τῶν ὄντως ὄντων] Vid. p. 86. & Porphyr. sentent. § 36. & hujus libri p. 28. & 45. lin. 5. à fine pro συμπληρωτικὸν videtur legendum esse συμπληρωτικά.

P. 25. lin. 14. Τοῦ αὐτοῦ ἀεὶ εἶναι.] Suspicatus sum aliquid deesse, ideo interposui τοῦ. Ibid. versus finem loquitur de descensu animæ, & reditu sive ascensu. Vid. Iamblich. Protrept. p. 12. & Holsten. de Vit. & scrip. Pythagoræ ubi de hoc lib. Abstin. verba facit.

P. 26. lin. 34. τῆς γεύσεως.] Vid. Indicem hujus libri.

P. 27. lin. 1. μετὰ τῶν τοῖς σώμασι συμφύλων.] Sic forsan meliùs reddi potuit, *& non falsò, sicut ii qui rebus*, &c.

P. 29. lin. 6.] Ità priùs legebatur, ἱερεῖς πεινῶν ὀιςρωδέων. Gall. interpres ad marginem libri annotârat λοιπὸν, ego οὖν· utrumque in textum irrepsit. Posterius autem ego verius judico. Paulò pòst, Συμμιγμάτων ᾗ χείροσιν ἢ δυσώδεις ποιεῖ [*forsan* συμμ. ἢ χείροσιν δυσ.] οὐδεὶς.] Hoc οὐδεὶς erat conjectura

jectura Gall. interpretis, & omitti debuit. Putavi enim non opus esse ut mutaretur δυσ. sed ferri posse, δυμ. ἢ χ. δυσ. ποαί.

Pag. 30. l. 33. καταδεδούλωται αὐτῷ] meliùs αὐτόν. & κατὰ δ'. activè accipiendum est. Quod solet.

P. 31. lin. 27. pro περιήσεται prior interpres reposuerat περιθήσεται. Sed vel non mutandum est περιήσεται, vel totum ità legendum, ἢ εἰ ὅλως ὁ περιθήσεται.

P. 32. l. 15. δισμὸν] Vid. infrà p. 38, & 39. & 48. l. 3.

P. 33. l. 4. τὸ ἀνεστάντα] Meliùs esset τὸ ἐξεστάντα.

P. 34. παιδὸς] Vid. p. 37. lin. 15. & 29.

P. 35. δηλοῦται] Gall. interpres in margine notârat θηλοῦται. Sed δηλοῦται satìs rectè legitur, ut mihi videtur.

P. 36. ad fin. § 43. καλὸν γοῦν ἡμῖν &c.] Nescio quâ incuriâ horum verborum interpretatio in schedis iis quas ad Typothetas misi omissa erat. Ego sic in prioribus verteram, *Sedulitas autem nobis eam probitatem ingenerabit, cujus omnia opera ad rationis examen trutinata sint, quæque facilè inter partis rationis expertis motus à ratione præsidente cohiberi potest.* Non enim τὸ pro τὸ substituendum puto, quod fecit prior interpres, sed pro ἀκαθεκτον legendū censeo εὐκαθεκτον.

P. 40. l. 4. pro περιαιρεθέντων Gall. Interpres substituit περιαιρεθέντος. nescio quare. Nam ἡμῶν subintelligi debet ad quod referatur περιαιρ.

P. 42. l. 8. ἐλάχιστον &c.] Doctiss. Gassendus prolixiùs vertit: ego mallem breviùs. *Minima enim ex minimis est molestia.*

P. 45. l. 9. ὀκτὼ ἀπὸ &c.] Eam historiam narrat Porphyr. in vita Plotin. de Rogatiano Senatore. Ibid. § 54. μηδὲ διὰ χάριν ἢ περὶ ἑκάστου * ἐυλαβῆς γίνεσθαι, ὥσπερ ὅτῳ * βίος γε κόπτω.] Ità in Florent. & Gall. Edd. legebatur iste locus. Interpres Gall. ea quæ videtis uncis inclusa ad marginem annotaverat. Nescio cui bono. Nihil enim horum ope possum de Porphyrii mente expiscari. Et sanè frustrà, ubi desunt manuscripti cod. conjecturis certatur locis tam corruptis medelam afferre.

P. 46. lin. 31. ἵνα] Libenter interponerem μετριότης ad hiatum supplendum.

P. 53. l. 19. ἀφ' ἑστίας] Apud Euseb. Præp. Evang. l. 1. est ἐφ' ἑσ. Ubi doctiss. Vigerus vertit *ad focum domesticum.* Et sanè rectiùs, quàm ego *à Vesta.* Ibid. l. 24. πλάνης κλιμακτῆρι, &c.] In Eusebio aliter legitur, καὶ πλάνης ἐρευνητὴς μαστὴρ ὁ ἄνθρωπος γιγνόμενος, τῆς ἀναγκαίας ζωῆς μετὰ πολλῶν πόνων καὶ δακρύων ἀπάρξατο τοῖς θεοῖς. Quæ ità reddidit doctiss. Interpres, *cùm homo curiosus erroris indagator effectus post multorum laborum atque lacrymarum guttas necessariæ vitæ primitias Diis obtulit.* Verba ut in Porphyrio leguntur commodè reddi possunt ut jam sum interpretatus, si pro γιγνόμενος scriberetur περιγιγ. Vigerus censet ἐρευνητὴς in Euseb. esse glossema explicans μα-

 στὴρ

στήρ. Paulò pòst lin. ult. φυλάττομ] Euseb. φυλαττον.

P. 54. l. 6. ἐκβαίνοντα] conjiciebam legi oportere ..ικταί.Euseb. confirmat, ubi reperitur σημαίνοντα. Ib. l. pen. ὡς ἱερεῖς αὐτοῖς] mallem ὡς ἱερεῖς αὐτοῖς. Ib. ἀλληλεστιων βίον] Vide Casaub. ad Athen. l. 14. c. 12.

P. 55. στροντα] Vid.p.63. lin. 7. Postea § 7. πέμπουσι γὰρ ειλυσπίαι] Locus hic sanè si quis alius mihi molestias creavit. Meursius citat hæc verba in Græc. Fer. l. 4. in Θαργηλ. sic. πέμπουσι γὰρ ειλυς, πόα, ἄγρωσις ἐπὶ πυείων ἠγνιπείας, &c. Ego omnibus perpensis sic conjicio legi debere, ειλυσπωμένη ἄγρωσις ἐπὶ πυρίων ἱκετηρίας, ὑπεια δ. μ. κ. π. παλάθη ἠγνιπεία, &c. ut imprimenda curavi. Meursius enim loco citato probat hanc pompam factam fuisse Soli & Horis in Tharg. & Pyanepsiis. In Pyanepsiis autem θάλλος ἐλαίας qui ab Eustathio vocatur ἱκετηρία præferebatur. Vide Meurs. ibid. Hæc ἱκετηρία ut videtur, baccas habuit, quibus, ait Porphyrius, ἄγρωσις circumvolvebatur, licèt alii omnes dicant ἔρια. Ergò forsan meliùs, ειλυσπώμενα ἔρια ἐπὶ πυρίων ἱκετηρίας. Παλάθη fortasse glossema est τῆς ἠγνιπεία. De ollæ in eodem festo usu vide Meurs. in πυανεψ. ὀρθοστάτης nomen esse placentæ, idque ex figura impositum patet ex Polluce. Ibid. paulò pòst. προσεχέστων] Meliùs in Eusebio l. 3. c. 14. προσηκόντων.

P. 56. l. 30. Versus illi ex Hesiod. ἐργ. v. 133. sic antea corrupti erant, —οὐδ' ἱδεῖν μακάρων, &c. & ἢ θέμις ἀθανάτοις &c.

P. 57. l. 36. βίβαιον priùs legebatur. Ego βιαίως commodius putavi,cui opponitur ἑκούσιον. Lin. 41. Ἰκάρω] Meurs. corrigit Ἰκαρίω. Vide in Pop. Attic. Ἰκαρεία.

P. 58. Διιπόλια] Vide Meurs. Græc. Fer. Ibid. § 11. μλωύει δὲ κὴ' ἥκιστα] Scribendum videtur, μλωύει ἢ ἥκιστα ἐκ τῆς ἀδικίας—.

P. 59 l. 1. & 4. Τέγε & διαζεῖν mutanda duxi in τέγε & διώσειν. lin. 31. pro ποιμαίνουσιν legi debet πημαίνουσιν ex Euseb. loc. cit.

P. 63. Τυράννων] Opinor Porphyrium respicere illam historiam quæ habetur apud Diodor. Sic. l. 11. & Herodot. lib. 7. de Gelone & ejus sociis.

P. 64. Versionem illorum carminum Antiphanis debemus clarissimo Grotio in excerptis. p. 617. Sic autem secundum & tertium ille legit

> Τεκμήριον δ', ὅταν γὰρ ἑκατόμβας τινὲς
> Θύωσιν, ταύτας κὴ λιβανωτὸς ἐπιτίθη.

Cætera enim quæ interponuntur putavit ex interpretamento nata. Sequentes Menandri versus idem Grotius vertit. Paulò pòst legebatur Τυνίχῳ. Sed non est inventus aliquis ejus nominis. Reposuimus igitur Phrynichum, Tragœdum Æschylo contemporaneum.

P. 65. Sophoclis carmina illi adducta interpretatus est idem Grotius.

P. 65.

P. 66. lin. 3. pro ἴδυῖα, ἱδρύντα, & pro ἱμβάσδω, ἱμβάδω legendum putamus. ἀγνεία, &c. à cæteris disjungebantur. Iniquè sanè ut ego arbitratus sum. Idcirco in locum suum restitui. Ibid. § 21. ὑπὸ τῶν ἐγκύρβεων ςηλῶν, &c.] Existimavi legi posse hæc verba fortasse meliùs, ὑπὸ τῶν ἐν Κύρβει ςηλῶν, αἱ τῶν Κρήτηθι εἰσι, &c. Nam primò etsi nôssem κύρβεις fuisse apud Athenienses ligna vel lapides Pyramidales, in quibus leges ad sacra spectantes scribebantur, tamen nusquam comperio in illis Κύρβεσι aliquid ad sacra Corybantica pertinens descriptum fuisse, nec quod amplius est, invenio istos ritus apud Athenienses unquam publicè obtinuisse. Scio quid de Μητρώῳ dici potest. Sed neque id videtur satis clarè hoc probare, Præterea ἐγκυρβεων unico vocabulo nullibi occurrit: Et si sine exemplo hic admitteretur, non satis video qui commodè reddi possit. Κύρβιν verò Cretæ esse oppidum patet ex Steph. περὶ πόλ. in Ἱεράπυτνα. Corybantas etiam ex Phrygia in Cretam translatos, & sacra ista illuc itidem transmissa fuisse possem, si tanti esset, multis probare. Ità ut congruè satis in Phrygia sacrorum Corybantiorum αὐτόγραφα esse, in Creta verò ἀντίγραφα dicere liceat. Sed nihil hac in re statuo. Docti judicent.

P. 67. γαλαπλοῖς τε ζώοισι] Vide Athen. l. 12. c. 1.

P. 69. lin. 5. Interserui ἐν. Confirmat Euseb. codex. Postea lin. 12. pro ἀποδιδόντ] substitui ἀποδιδόναι Euseb. ἀποδιδόντας.

P. 70. § 26. ζωοθυτῶν εἰ τὴν αὐτὴν ἡμᾶς &c.] Ità legebatur. Ex conjectura correxeram ζωοθυτοῦντας. In quo postea vidi mecum conspirantem Vigerum. Τρόπον etiam suppleveram. Confirmat Eusebius.

P. 72. l. 6, 7. ἐξειργάσαντο τῶν &c.] In not. ad Psell. Gaulminus hæc verba citat, ac si legi deberet ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀειμαντείων, εἴπη, &c. & pro ἀειθμῶν reponit ἀρθμῶν, h. e. φίλων, vel συγγενῶν. Ego præfero generalius verbum ἀνθρώπων.

P. 73. l. 3. ἀπορρήξαντα, & ἤια] Reposueram ἀπορρήξαντας & ἤια. Postea reperi Vigerum in Euseb. idem olim statuisse.

P. 76. l. 10. pro βίασμα substituerat Gall. Interp. μίασμα.] Mihi non videtur necessaria mutatio. Nolui tamen omittere. Aliis forsan magis placebit. Ibid. l. 11. ἀνακτῆσαι.] mallem ἀναιρεῖσθαι εἰς ὕστατον.

P. 78. l. 6. à fine ἀπαρχῆς γὰρ, &c.] Totus hic locus ità apud Euseb. Præp. lib. 4. c. 12. legitur. ἀπαρχὴ γὰρ ἑκάστῳ ὧν δίδωσιν ἡ θυσία, καὶ δι' ὧν ἡμῖν τρέφει καὶ εἰς τὸ εἶναι συνέχει ποιοῦσαν. Sensus idem est cum eo, quem verba ut à me in Porphyrio emendata præ se ferunt.

P. 79. § 36.] De numeris. Vide Iambl. de Vita Pyth. c. 28. p. 135. & Petr. Bungum de Numerorum mysteriis. c. 3. Ibid. lin. antepen. conjicio legendum ὁμόφωνον. Vid. Euseb. Præp. l. 5. c. 8. & seqq. p. 82. lin. 7. pro αἰτίοις lege [illegible].

P. 83. lin. 2. * ἐ πλεῖον τι] Apud Euseb. l. 4. c. 22. legitur οἱ πλέον, &c. Doctiss. Interpres sic vertit. —*Genus hoc Dæmonum — ut in locis terræ vicinioribus cupiditatis explendæ causâ libentiùs frequentiusque versatur*, &c.

P. 84. lin. 15. pro ἐκκαίει imprimendum curavi ἐκκαίειν. Confirmat Euseb. lin. 18. pro ξενοδοξίαις Euseb. legit κενοδοξ. l. 26. pro ὃ reposueram ᾧ. Ità postea reperi in Euseb.

P. 85. lin. 5. Πλάτων] Vid. Hierocl. Fragm. nuper edita. p. 208. Ibid. lin. 28. πῶσαν γινώσκειν] Melius esset πῶς ἂν γνώσειεν, ut reposui.

P. 90. § 48. Vid. Psell. de Dæmonibus. & Gaulm. Not. pag. 142.

Pag. 93. § 54. Ἀειστοζώλης ἵδ@] Vid. Meurs. de Pop. Attic. in Μελίτη.

Pag. 95. lin. 1. Ἰφικράτης.] Multùm diúque quæsivi quisnam esset hic Iphicrates. Vidi tandem Doctiss. Vigerum hac in re desperabundum. Opinatus sum mihi homunculo nimìs arduum fore, cui expediendo tantus Gigas non sufficeret. Ibid. lin. 13. μεγάλlω πόλιν.] Vid. de la Cerda in Tertull. de spectac. n. 93. P. 95. lin. 29. Βάλκαις] Miror interpretem Gallicum non subodoratum fuisse mendum in isto verbo. Lege Βάρκαις. Vid. Polyb. l. 1.

P. 96. Ferè ad finem. Τίς ὠδὶς μωεῖς.] Vid. Grotii excerpt. p. 923. Seqq. etiam carmina p. 97. Ψαστὶ, &c. idem Grotius vertit.

P. 97. lin. 34. πάντα χίλια] Mallem sic legere, πέντε χίλια ἅπαξ, *uno eodemque tempore* 5000 *immolavit*. Pro πάντ' ἂν] substitui πῶς ἂν. Inveni postea apud Euseb. τοτ' ἂν, &c.

P. 98. lin. 13. οἰκεῖον ᾗ καὶ τὸ μετρίως, &c.] Putavi legi oportere οἰκείων. Ideóque verti ut videtis. Nunc ex Eusebio edoctus, qui habet etiam οἰκεῖον, meliùs sic reddi potest, *consentaneum etiam Diis esset, moderatè quidem ex aliis libare*. Ib. paulò póst. ὑπαπαστάσιν τι καὶ καταλλήσιον, &c.] Euseb. cod. habet ὕπαρας. καὶ καταχλίσ. ὁ σωτ. δέοντιν. Paulò pòst, εἰ μνημονεύεις.] Grotius vertit. V. excerpt.

P. 101. lin. antepen. χύσιν eo sensu accepi, quo legitur in V. l. χύσιν, ἄθροισιν, πλῆθ@.

P. 104. ἡμῶν τὰ ὦτα, &c.] Vide Psell. de Dæm. 142. Schol. Apollon. ad v. 118.

P. 106. lin. 5. Ante ὅπως videtur deesse τινά.

P. 107. l. 4. pro ὧν videbatur commodiùs ὡς.

P. 109. l. 9. κατὰ σάρκα.] Potuit reddi *corporis*. Eo enim sensu observavi non semel usurpari hoc vocabulum, etiam apud τοὺς ἔξω.

P. 110. l. 14. Post ὁμοίως reposui ἔχει.

P. 111. lin. 10. Illud οἱ poni videtur pro ὡς. lin. 16. pro δῖδεν ὡς reposui οἴδασιν. Paulò pòst pro ἔγραψεν & ἐποίησεν, ἂν legi debere ratus sum.

P. 113. lin. 10. In interpretationem mendum irrepsit. Lege sic. *Ab Aristotele præsertim plurimis hac in re indagatis*. Ibid. lin. 4. à fine

fine pro χάκωνται reponendum curavi κακάκων].

P. 115. l. 9. ἥλιν] Potiùs legi debet Θεῶ. Ferri tamen poteſt ἥλιν. Sed non eſt tàm commoda lectio. lin. 18. Illud ὅτι nihil valet. Ideo delendum videtur. lin. 35. legebatur ἀφθ. εἰ. Transpoſui εἰ ἀφθ. τῆς.

P. 116. lin. 5. pro δείξειν legi δείξειν. lin. 16. ἐῦ ἀναπλέοντων] Ego libenter legerem ἀνήπλοντο.

P. 117. l. 13.] Videtur ἐκ delendum eſſe. lin. 35. πόνων] Vid. Pſel. de Dæm.

P. 120. lin. ult. πλὴν τῶν ἰχθύων] Conjicio legendum πλὴν τῶν τοιούτων.

P. 122. lin. 19. περικάμψαι] Subſtitui πρὸς καμάτας. pro ἀντίδυλα legebatur priùs ἂν δῦλα. Vide Plutarch. de Soler. Animal.

P. 123. lin 12. Supplevi τὸ δίκαιον. Senſus enim verborum id flagitavit.

P. 125. A ſectione 21. ad § 25. deſumuntur verba ex Plutarcho. Uſus ſum Xylandri verſione, aliquibus hîc illîc immutatis. Emendationes igitur quæ in iſto intervallo occurrunt, Plutarchi autoritate fulciuntur. Nec idcirco hîc memorabo: Sed eas ſolùm quæ meâ ſolius conjecturâ nituntur: Igitur lin. 39. Interpono μὴ ex conjectura.

P. 127. l. 17. pro ἐπιπορδομένας reperitur apud Plutarch. — ὁμῆμα. Sed, ut mihi quidem videtur, non rectè. Potiùs igitur iſta verba ità verterem (non ut Xylander) *Nam ſæpenumero dum ſcriptionem aliquam oculis percurrimus, verba ad aures noſtras accidentia latent nos & effugiunt.*

P. 128. lin. 6.] Pro καὶ θήρατρα, πάλιν αὐτοῖς ἀλῶσιν ἀποδράσεις τῶν ἐπιβουλευόντων legitur apud Plutarchum, καὶ θήρατρα πάλιν αὖ τοῖς ἀλωπεκιδεῦσι καὶ ἀποδρ. τ. ἐπ'. Sit Porphyr. lectio melior, potiùs ità verterem, —*& indagines, rursúsque ſibi ab inſidiatoribus captis effugia.*

P. 129. lin. 25.] Pro μηδὲν repoſui μηδένα. Et quoniam non viſus eſt Xylander mentem Plut. attigiſſe, verſionem mutavi.

P. 131. lin. 9. ἵππων μὲν, &c.] Diſcrepat hîc immane quantum Porphyr. Codex à Plutarcho. Plut. enim legit παραβαλλομένων πελαργοῖς ἵππων πιλαμίων. Sequor in interpretatione Plutarchum. De equis enim parentes alentibus nulla apud ſcriptores eſt mentio, quod ſciam; de ciconiis autem crebra; Vid Suid in ἀντιπελαργεῖν,

Lin. 30.] Τὸ λυγγέιον ſupplevi ex Plut. De Lyncur. vid. Biſciolæ. Hor. ſubſec. Tom. 2. l 2. c. 4.

P. 134. lin. 23.] Videbatur deeſſe οἰκείως, quod ex conjectura legerem. Γένεσις pro natura non ſemel. Vid. Indicem.

P. 135. lin. 22.] Pro κακοποιῆται leg. κακοποιοί. lin. 34.] Interpono οὐκ.

P. 138. lin. 8.] Pro κατέρχει mallem κατῆρχε, quoniam verba conſequentia id poſtulare videntur, ἐδίηθησαν, &c. Lin. 11, & 12. ἀλείπτον καὶ ἀνενδεῆ] Prætuli ἄλειπτον καὶ ἀνενδεῆ. Lin. 36. ἐντεῦθεν γε τὸ τῆς &c.] Locus

 diſtortus

distortus & luxatus. Legerem lubens, ἀλλ' ἐνλεῖθ. γ. τὸ τ. φυτ. ἡ. ἐλάττωμα θρίωσιν δεῖ τὸ θρίωμάτιον, &c.

P. 139. lin. 24. κόρον ἐ βλέπῃ] Nescio an satis sanus sit hic locus. Mallem τὸν νῦν, de quo sæpiùs loquitur Porphyrius. Sed ἐπέχω. Lin. 28.] pro διάζειν legendum διχάζειν. Lin. 39.] mallem pro προκείμενα ὑποκείμενα, ut opponatur τοῖς κάτωθεν.

P. 140. lin. 19. τῶν κακῶν, &c.] Videbatur legi debere τῶν καλῶν, & hanc esse loci mentem. *Nos cupiditates nostras explere semper conamur: sed frustrà: quia verè bona non quærimus, quæ animæ nostræ hiatus & rimulas magis cōplerent, quàm quæ inter extrinseca maximè videntur necessaria:* Lego enim στεγόντων pro στεγ.

P. 144. § 3.] Hinc usque ad § 6 multa desumpsit Porphyr. ex Plutarcho in Vit. Lycurgi. A quo adjutus eram in locis corruptis emendandis.

P. 146. lin. 15. ἄμβωνι] *Labris*. Ità Xylander. Sed vid. Casaub. in Athen. Ibid. lin. pen. *opes sacrosanctas*] Secutus sum *Xylandrum*, qui ità Plutarchi verba transtulit: & meritò. Nam apud Plutarch. ità se habet locus. ἄσυλον, μᾶλλον δὲ ἄζυλον.

P. 148 lin. 9.] Nescio quid sibi velit istud ὄντως. Forsan legend. κοινῶς. lin. 30. ὁ ἀπὸ ἑστίας λεγόμενος παῖς.] Potiùs lege ἐφ' ἑστίας ut idem sit, qui ὁ ἐπὶ βωμοῦ apud Euseb. Præpar. l. 3. c. 12.

P. 151. lin. 26. οὐκ ἀπυκροτάντων] Vellem istud οὐκ deletum. lin. 39. ἢ καθ' ὕπνον, &c.] Forsan sic legi possunt ea verba, ἃ καθ' ὕπνον ὡς ἀπτ. εἰξεῖν.

P. 152. lin. 28.] Pro ὁμηλίκων lege συνηλίκων. V. Salmas. in Solin.

P. 153. lin. 13. pro, ὑμνοῦντες reponendum censui ὑμνεῖν. Versùs fin. pag. λόγος ἐμμεῖναι] Videbatur locus corruptus & mutilatus. Ideò supplevi & correxi δεῖ τοῦ ἐμμεῖναι. Ibid. sermo fit de Ægyptiis sacerdotibus, cæterísque sacrorum ministris. De quibus vid. Causin. observ. ad Hor. Hieroglyph. 37. & 39. & Clem. Alex. Stromat. l. 6. p. 456.

P. 154. lin. 19. καὶ ὁμοίως πω] Lege ex Euseb. ὁμοίως πα. Lin. antepen. ὧν ἕκαστος τῶν θεῶν παρ.] Apud Euseb. ἣν ἕκαστος τῶν θεῶν παρέσχεν, ἱδρύσαντο. Doctiss. Vigerus totam periodum sic vertit, *Enimverò sic illi summam in res omnes Dei potestatem per animantes naturâ secum pastúque conjunctas, quas Deorum singuli declarârunt, venerari solent.* Ego sic reddidi, ac si σωνόμων significaret: animalia quæ in singulis νομοῖς alebantur. Quorum unumquodque Deum aliquem exhibuit. Ut enim una provincia Leonem, alia Lupum præbuit, &c. ità Divinæ potestatis varietas variis harum præfecturarum sive νομῶν animalibus repræsentabatur. Verba sic optimè legi posse arbitror --ἣν [h. e. δύναμιν] ἕκαστος τῶν θεῶν π. Eam potentiam quam Dii singuli ostenderunt, sub variorum animalium imaginibus venerabantur. Lin. ult. ὕδωρ καὶ πῦρ.] Vid. Causin. ad Hieroglyph. 41. l. 1.

Pag. 155. lin. 9. ὁδοῦ] Apud

Euseb.

Euseb. ὑδῷ. Sanè longè meliùs. Vid. Scalig. in Tibul.l.1. Eleg.3. & Kircher. in Obelisc. Pamphyl. interpret. p.491. lin.16. Ἄνυβιν.] Apud Euseb. Ἄναβιν p.94. & p. 117. Ἄναμιν. Lin. 19. ὁ δὴ μετ' &c.] Euseb. sic ὁ δ᾽ μετ' ὀλίγον φάγοι ἂν τὰ ἴδια αὐτῷ, ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκευασμένα. Hæc lectio præferenda. Locum sic vertit Euseb. interpres. *Ille verò paulò pòst ea tantùm comedit, quæ sibi ex privato penu, tanquam homini, parata & apposita fuerint.* Quæ habet Porphyr. ibid. de Accipitre & Scarabæo illustrant Caussin. ad Horum. & Kirch. in Idea Hieroglyph.

P. 156. lin. 8.] pro ἴβεσι repoſui ἴβισι. lin. 19.] pro ἀγνείαν, ἄγνοιαν. lin. 28. παντὸς ζώου λογικοῦ, &c.] Vid. Kircher. Ide. Hieroglyph. p. 312. lin. 12. Ἐσσαῖοι] Hinc ad § 14. verbatim ferè transcripta sunt omnia ex Josepho. Usus sum igitur versione Rufini (ut creditur) nisi quòd aliqua minùs commodè reddita subinde immutârim. Emendationes autem quæ in isto occurrunt intervallo pleræque Josephi ipsius cod. authoritate nituntur.

P. 159. § 12. ferè ad initium, εἰς αὐτὸν] Videntur verba præ se ferre, ac si Esseni Soli preces funderent. Sed vid. Salmas. in Solin.

P. 104. lin.5. à fine] Videtur redundare οὐκ. Versio Menandri ibid. est Grotiana in excerptis.

P. 165. lin. 23.] pro Σύμβυλος legi debet Εὔβουλος. Vide Voss. de Hist. Græcis. lin. penul. legitur ὑαίνας. Transtuli *Leænas* autoritate Kircheri, quem velim consulat, quicunque ea quæ sequuntur de Persarum mysteriis pleniùs intelliget.

P. 166. lin. 14. λασύρας] nescio, ut ingenuè fatear, quid sibi velit ista vox. Gall. interpres reddidit *Lacertos*. Id etiam ego fecissem, si quis eo nomine apud Romanos occurreret. Lin. 18.] pro σαῦρον opinor legi debere ταῦρον. Ita enim aliquando appellari solere solem possem, si tanti esset, multis probare. Lacertum verò dictum fuisse nondum mihi constat. Lin. 1. λεοντικὰ] Vid. Porphyr. de antro Nymph. lin. 37. ῥοιᾶς καὶ μήλων] Vide Julian. Or. 5. pro matre Deorum. Lin. 38.] pro ὁ legendum τό.

P. 167. lin. antepen. τιμωμένοις] ex conjectura lego τιμωρουμένοις. Vide initium Tract. Porphyr. de Styge.

P. 168. lin. antepen.] superfluum est ἀρχικῶς.

P. 170. lin. 7.] pro σκέψονται videtur legendum esse σκήψονται.

P. 172. § 19.] Versus istos Euripidis vertit Grotius in Excerptis.

P. 173. lin. 33. καὶ ἐναντίον, μονώσει δ᾽ καὶ λήψει, &c.] potiùs legendum, καὶ ἐναντίον μονώσει, λήψει δ᾽ τῶν εἰκ.

P. 174. lin.7.] Videtur καὶ post συμπλοκῆ redundare.

P. 179. lin. 5. à fine ἐμπύροις] Petit. legit ἐμπυρίμοις. & lin. penul. καὶ πλάνοις ἐπιτελείοις. Vid. in leg. Attic. in principio. Mallem ἐπιμόνως.

F I N I S.

Erratа, quæ in lib. de Abſtin. irrepſerunt ſic corrige.

P.8.lin.27. ἐνδῶσι. p.14. l.6. *utebantur* p.18. l. 7. *hominibus*. p.28. l.32. ἐκλελυγισμένων. Ibid. l.17. pòſt *Philoſophus* dele *qui*, & l.18. pòſt *eſt* ſupple, *&*. p.51. l.13. *ſequi*. p.67. l.15. βωμός. p.77. l. 24. dele *eos*. p.86. l. 20. lege, *quia illis eſt diſſimilis*. p.87. l.27. *aliquo*. p.90. l. 26. ἐξισορηκαῖς. 94. l.31. *Iſter*. l.39. μυςήεια. p. 92. l.25. τι τῶν. & l.27. *omina*. p.103. l. 17. *lege* φθέγξις. lin.18. *noſtræ*. p.116. lin. ult. *tantùmque*. p. 117. l.9. *animantes*. p.138. l. 26. lege *ſequitur*. p.146. l.5. lege *lecti*. p. 148. l.9. ab ult. *interdicitur*. p.152. l.12. dele *res*. p.158. l. 12. poſt *quidem* interpone *opus*.

LUCÆ

LUCÆ HOLSTENII
de Vita & Scriptis
PORPHYRII PHILOSOPHI
DISSERTATIO.

CAP. I.

Historiæ pars βιογραφία. Vitæ Philosophorum quot modis & à quibus scriptæ. Suidas explicatus. Hæreses ex Philosophia ortæ. SS. Patrum testimonia de Porphyrii eruditione.



Ui vitæ magistram, & actionum humanarum speculum historiam dixêre, omnium optimè naturam, & dignitatem ejus perspexisse videntur. Nam cùm duo sunt quæ vitam humanam gubernant, sapientia ac prudentia: quarum illa divinarum, ac humanarum rerum cognitione animum supra se ad Deum & cœlestia erigit; altera verò consiliorum, actionúmque moderatricem in hoc vitæ stadio sese præbet: utraque sanè historiarum beneficio comparatur. Cùm enim propria pervestigatio difficilis sit, & αὐτοπτεία periculi plena, nec nisi longo itinere ad propositum finem perducat: historia unum sub aspectum exhibet, quicquid à præclaris ingeniis subtiliter investigatum, & multo cum labore repertum fuit: tum egregia virtutum exempla, & varios consiliorum eventus, casúsq; ancipites proponit: ut, quod Comicus ait, inspicere tanquam in speculum in vitas præstantium virorum liceat, atque ex aliis sumere exemplum sibi: & quid faciendum ac fugiendum sui sine parte perìcli cognoscere. nec solùm tutior ea, sed brevior quoque, faciliórque via est, quæ per exempla ducit: nihil enim efficacius illustri exemplo magni viri: ad cujus memoriam animus consilia factáque omnia, velut ad regulam, exigat: cujus virtute ad laudis & gloriæ studium concitetur. Atque ut ingens quædam pictura, magnam hominum actionúmq; varietatem artificis ingenio mirè confusam exhibens, illa ipsa varietate spectantium quidem oculos animósq; maximè oblectat: si tamen una præ cæteris luculenta effigies emineat, revocat ea spectatorem, & peculiari quadam voluptate detinet. Ità etiam integra quædam, & καθολικῶς scripta historia magnâ quidem præceptorum, atque exemplorum copiâ animum legentis instruit; sed si unius cujusdam præstantis viri virtutem & præclaras actiones accuratiori studio præ cætero opere expressam offendat, hæret animus consiliorum, factorúmque admiratione, & vehementiori affectu ad pulcherrimi

rimi exempli imitationem excitatur. Quocirca duplicem fermè ſcribendi rationem ab iis ſervatam videmus, qui aliorum res geſtas ingenii monumentis ad poſteritatis memoriam tranſmiſêre; ut vel integram alicujus gentis hiſtoriam continuo filo detexerent, aut præſtantis cujuſdam hominis vitam peculiari opere narrarent, & virtutes, vel vitia ejus vivis, quod aiunt, coloribus depingerent: ut ſeorſim poſita rectiùs ſingula perſpicerentur. Et hujus quoque, ni fallor, inſtituti principem auctorémque Homerum rectè dixerimus: qui utriuſque ſcribendi generis exemplar duplici opere propoſuit: quorum altero expeditionem Trojanam communibus omnium Græcorum conſiliis armíſque ſuſceptam, & colliſas inter ſe Europæ Aſiæq; vires deſcribit: Altero autem unius Ulyſſis prudentiam per varios periculorum caſus exercitatam omnibus artis, atque ingenii coloribus depictam exhibet. niſi quis fortè altiùs originem à Moyſe vetuſtiſsimo omnium hiſtorico, adeóque ab ipſo Dei ſpiritu repetere malit: cujus inſtinctu ſacram hiſtoriam literis conſignatam credimus. Divinus enim Moyſes cùm generis humani primordia, ſeriémque Patriarcharum, & Judaicæ gentis hiſtoriam, ſacra, ac leges quinque libris expoſuiſſet: peculiari quoque opere Jobi vitam, atque egregiam in extremis calamitatibus animi conſtantiam, & pietatem erga Deum edidit: ut Judæorum animos longâ ſervitute, & diuturnis erroribus afflictos tam inſigni patientiæ exemplo confirmaret: Nam & hujus libri autorem, vel interpretem Moyſem doctiſſimi quique credunt, eámq; ſcribendi rationem infiniti dein ſacri ac profani autores imitati fuêre. Sed cùm duplex vitæ genus ſit: alterum quidē quod in publicis rebus adminiſtrandis, & in belli paciſq; artibus excolendis verſatur, quod activum vocant: alterum verò quod omiſſâ publicorum negotiorum curâ, ſapientiæ ſtudiis, rerúmque divinarum atq; humanarum perveſtigationi impenditur, & contemplativum appellatur: primum quidem illud totum ad civilem ſocietatem ſpectat, quæ conjunctis multorum conſiliis, operíſque regitur: ideóque qui eam vivendi rationem ſequuntur, haud diſſimiles videntur hiſtrionibus, quorum quiſque ſuam perſonam ità ſuſtinet, ut omnium actiones ſimul conjunctæ unum drama exhibeant: alterum verò umbraticis ſcholarum porticibus aut Muſæi parietibus incluſum delitеſcit, & procul à fori ſtrepitu in privato otio ità degitur, ut ejus ſectatores μονῳδοῖς tragicis rectè compares, qui ſinguli per ſe ſuas partes abſolvunt: ac proinde autores, qui de claris in utroque genere hominibus ſcripſêre, in duas claſſes rectè diſtingui exiſtimo: ut altera quidem virorum belli, aut pacis artibus illuſtrium vitas complectatur: altera verò eorum qui ſapientiæ & doctrinæ laude claruerunt. Sed ut magnæ continentis regio aliarum provinciarum confiniis undique cincta, ob permixtos, confuſóſque vicinorum limites ægrè diſtinguitur: inſula autem, quam apertum mare circumluit, aut regio continuo montium tractu, vel deſer-

ta

ta arenarum solitudine definita, nullo negotio describitur: sic politicorum hominum vitæ, & res gestæ seorsim difficiliùs explicantur; quòd aliena multa iis permixta sunt: quæ cùm nec plenè narrari, nec omitti prorsus possint, minùs facilem historiam reddunt. Contrà verò quia sapientiæ studia in privato otio consectantur, eorum quoque vita peculiari opere rectiùs narratur: quæ fermè in præceptorum ac discipulorum enumeratione, tum in dogmatibus, operúmque titulis recensendis consistat. Et extant egregii in utroque genere scriptores, quos si hoc loco recenserem post eruditissimos viros, qui de Græcis, Latinísq; historicis nuper tractârunt, actum agerem. Sed paucis duntaxat de illis exponam, qui vitas virorum sapientiæ aut literarum studiis illustrium, quos Græci communi φιλοσόφων aut σοφιστῶν nomine complectuntur, scripsêre: quòd ad præsens nostrum institutum ea tractatio spectet. Hos scriptores in duo genera Theodoretus distinguit serm. 11, θεραπ. quorum alii dogmata tantùm & sententias Philosophorum recensent: alii vitas quoque singulorum dogmatis adjungunt: quibus tertium puto addendum esse eorum, qui vitas tantùm, seu elogia scripsêre: quales nunc extant Philostrati Βίοι σοφιστῶν, duobus libris comprehensi: & Philosophorum ac Sophistarum vitæ ab Eunapio scripti: quibus etiam accenseo Marini Neapolitani librum de vita Procli, quem alio nomine περὶ εὐδαιμονίας inscripsit: & Choricii orationem funebrem à Photio laudatam, quâ Procopii Gazæi vitam elegantissimè narrat: quam brevi cum integra Procli vita ex Vaticano manusc. publici juris faciam. Ad primum verò genus pertinent Plutarchi περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, h. e. *de placitis Philosophorum* libri quinque; eorúmque epitome: quæ nomine φιλοσόφου ἱστορίας inter Galeni opera extat: rectiùs autem Aetio Theodoreti testimonio tribuitur. eódem quoque referendi Xenophontis ἀπομνημονευμάτων, sive *Socraticarum dissertationum* libri quinque, & octo libri διατριβῶν Epicteti ab Arriano ad Xenophontis imitationem scripti: & ejusdem ὁμιλιῶν sive διαλέξεων libri xii. quos Photius in biblioth.& A. Gellius l.1. cap. 2. & l. xix. c. 1. tum Simplicius principio commentarii in Enchiridion Epicteti laudat: quorum quatuor tantùm hoc tempore supersunt. Ejusdem generis fuit Aristotelis συλλογὴ τῶν τοῖς Πυθαγορείοις ἀρεσκόντων, cujus testimonio Simplicius libro 2. de Cœlo bis térve utitur: & Alexandri Polyhistoris liber de Symbolis Pythagoreorum, citatus à Cyrillo libro v. c. Julianum. & Xenocratis Πυθαγόρεια, quæ Laertius commemorat. Item Eudemi ἀστρολογικὴ ἱστορία: quâ exposuit quid quisque in ea scientia invenisset: quam præter alios Simplicius ad 2. de Cœlo aliquoties citat; aliorúmq; similia opera, quorum nunc non est commemorandi tempus. Illi verò qui de vita & dogmatibus clarorum virorum, eorúmq; operibus tractârunt, longè plurimi ab antiquis recensentur: & supersunt etiam nunc præstantes aliquot in hoc genere scriptores, inter quos Herodotus, edito

to de genere & vita Homeri libro, principem locum meretur: extat etjam Plutarchi liber, quo decem oratorum Græciæ vitas complexus eſt. Longè autem celeberrimi ſunt Diogenis Laertii libri x. περὶ βίων, καὶ δογμάτων, καὶ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων. & Heſychii Mileſii liber περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν· quem Suidas vocat ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, & epitomen ejus ſuo operi inſeruit: id enim volunt ſequentia verba, οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον, cui loco ſaniſſimo & integerrimo fruſtra Cl. Meurſius medicinam facere conatur. neque enim Heſychii librum rectè Diogenis Laertii epitomen dixeris: cùm ille non ſolùm Philoſophos, ſed Grammaticos quoque & Rhetores, item poetas & hiſtoricos commemoret. Sed Suidam ea quæ illuſtrium virorum vitis ſuo operi inſeruit, magnam partem ex Heſychio tranſcripſiſſe non dubitabit qui utrunque contulerit. Et oſtendit mihi ejuſmodi πίνακας veteres manuſc. ex Suida collectos, aut potiùs à Suida tranſcriptos, Jacobus Sirmondus, vir ingenio & omnis eruditionis laude maximus. Extant præterea in hoc genere Philoſtrati libri viii. *de vita Apollonii*, & Iamblichi libri duo priores *de vita & ſecta Pythagoræ:* quos brevi cum aliis duobus edam. quatuor enim duntaxat ex vii. ad nos pervenêre. Et pertinent huc Porphyrii *de vitis Philoſophorum* libri iv. quorum primum nunc iterum in lucem profero; de quo opere paulò pòſt accuratiùs agendum erit. Hujus quoque generis ſunt Suetonii libri duo *de Illuſtrium Grammaticorum, Rhetorúmque vitis:* tum D. Hieronymi, & qui Hieronymum excepeperunt, Gennadii, Iſidori, Ildefonſi, atque Sigiberti *Illuſtrium Scriptorum catalogi:* quò etiam ſpectant xii *Prophetarum vitæ* ab Epiphanio ſcriptæ: ut & Euthalii diaconi libellus *de vita & peregrinationibus B. Pauli:* aliiq; ſimiles, quos ſtudiò omitto: cùm mihi non niſi de Philoſophorum vitis tractare propoſitum ſit. *Iſidori Philoſophi vitam* à Damaſcio ſcriptam legit Photius, & Suidas: qui plurima indè excerpſerunt. & incerti auctoris fragmenta de vita Pythagoræ ex eodem Photio Porphyrii libello ſubjunxi. Ariſtotelis quoque vitam incogniti autoris, cum J. Nunneſii commentario, ante aliquot annos in Belgio edidi. Eos verò Illuſtrium vitarum autores quos Athenæus, Diogenes, Suidas, aliíque laudant, quóſque temporum injuria nobis invidit, prolixum eſſet hìc commemorare: ex quibus maximè celebrantur Ariſtoxenus, Callimachus, Hermippus, Ariſtocles Meſſenius, Sotion, atque ejus abbreviator Heraclides: tum citati à Porphyrio hoc libro Antiphon, Hippobotus, Neanthes Cyzicenus, ſimiléſque alii. Cæterùm ſi quis tria illa ſcriptorum genera inter ſe contendat, apparebit haud dubiè, primum illud quod vitas tantùm aut elogia complectitur, non tam ad narrationem fidémque hiſtoricam, quam ad ſophiſticam ἐπίδειξιν comparatum eſſe: alterum quoque quod dogmata & placita tantùm recenſet, cùm nihil ferè πραγματικὸν contineat, philoſophicum potiùs quàm hiſto-

historicum esse dicendum: tertium verò illud propriè ad particularem historiam pertinere: quod & multo plus utilitatis ad solidam rerum cognitionem affert; cùm non dogmata solùm commemoret; sed id quoque præcipuè ostendat, unde & à quibus Græcorum sapientes doctrinam suam hauserint: dum peregrinationes eorum ad barbaras nationes, & longiorem cum iis consuetudinem narrat: indè enim manifestè apparet τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας Ἑλληνικὴν κλοπὴν & universam gentilium sapientiam ex Hebræorum & Chaldæorum fontibus derivatam fuisse, liquidò perspicitur: quod Cl. Alexandrinus Strom.v. & vi. & Eusebius præp. evang. lib. x. prolatis Græcorum testimoniis abundè comprobârunt: quo ipso Græcorum σπερμοφαγίας καὶ σοφιστικαὶ τερθρείαι, ut Eusebius vocat, & blasphemæ adversus religionem nostram calumniæ prorsus convelluntur:& sacrarum literarum fides atq; autoritas adstruitur: tum verò plurimorum errorum fontes ac principia, quos hæretici in Dei Ecclesiam invehere studuerunt, deteguntur. Philosophos enim plerorúmque hæreticorum patriarchas non injuriâ à Tertulliano appellatos fuisse, non uno exemplo ex hoc Porphyrii libello probari potest: Nam duplex Pythagoreorum συστοιχία, quæ τὰς ἀντικειμένας τῶν ἐνοποιῶν καὶ διακριτικῶν δυνάμεων συζυγίας complectitur, duo illa contraria Manichæorum principia haud dubiè nobis peperit: quos alia multa à Pythagora mutuatos esse unius Epiphanii lectione satis supérque constat: nam quod ille hær. *66*. cap.*9*. Manetem docuisse scribit, carnibus vescentem animam quoque devorare,& in animal illud mutari quod comederat: nonne id ex Pythagoræ ἀποχῇ derivatum: qui animantium esu abstinendum præcipiebat, διὰ τὴν τοῦ συγγενοῦς τιμήν, & quòd omnes animas ὁμογενεῖς crederet? cúmque idem Pythagoras docuisset, animam divinæ auræ particulâ ad inferiora prolapsam corpori velut carceri includi,& corporeæ affectionis vinculis captivam detineri:ex quib⁹ nisi purgata recesserit, recidere eam in alia corpora: purgatam verò tandem ad cognata sydera, & cœlestem animarum chorum reverti: Manes eadem illa dogmata sua fecit, ut ex citato Epiphanii loco videre est. Asserebat enim animam Dei particulam, avulsam à Deo à principibus contrarii principii, captivam in corpus detrudi: & post transmigrationem sive transfusionem in quinque corpora, tandem per lunam atque solem ad beatorum regionem transmitti: quam μεταγγισμὸν καὶ διαπορθμευσιν animæ vocabant: quæ deliria Epiphanius c. 28. & 55. abundè refutat. quibus affines sunt Origenis errores περὶ προϋπάρξεως τῆς ψυχῆς, quorum ἀφορμὰς atque ansam ex Pythagoræ & Platonis doctrina eum sumpsisse nemo philosophicæ historiæ peritus dubitat. Præterea, quòd Porphyrius mare lacrymam appellatũ a Pythagora prodidit,id omnino convenit cum Judæorum fabulis, qui Deum quotiescunq; calamitatum Judaicæ gentis reminiscitur, duas lacrymas in mare oceanum effundere docent? Cúmque Ægyptios Nilum, & Empedoclem mare terræ sudorem

rem appellâsse Proclus lib. 1. in Timæum, & Aristoteles Meteor. lib. 2. c. 3. testentur: quis non videt ex qua officina eorundem Manichæorum & Valentinianorum dogma prodierit: quos imbres principum materiæ sudores dixisse Irenæus & Titus Bostrensis lib. 1. atque Epiphanius hæresi 66. affirmant? quæ profana delicia à rustici illius Comici opinione parùm differunt, qui cœlo pluente Jovem per cribrum mingere credebat: aut à Poetarum fabulis, qui thermas Himerensium ex eo ortas finxere, quòd Hercules devictis gigantibus sudorem isthic abluisset. taceo enim de incantationibus, aliisque magicis præstigiis, quas cum Pythagora Basilidis atque Manetis sectatores communes habuere: ut & illa quæ de symbolica & mystica docendi ratione, de silentio & exploratione discipulorum: tum quæ de ὀνειροκριτικοῖς Hebræorum hoc opusculo traduntur. de quibus nonnulla in notis hisce attigi: alia ad uberiores in Iamblichum observationes servo.

Cæterùm cùm integrum Porphyrii opus, quod temporum injuria nobis invidit, proferre non licuerit: ut jacturam, quam res literaria tam luculentæ historiæ interitu fecit, aliqua parte supplerem, placuit ea quæ de ipsius Porphyrii vita scriptísque hactenus apud varios auctores observavi, in unum colligere: & accuratiùs nonnulla ad examen revocare, quæ minùs rectè à clarissimis nostri sæculi scriptoribus prodita videntur. qua in re cùm unicum illud mihi propositum habuerim, ut nostro studio ad sacræ ac profanæ historiæ cognitionem, tum ad Pythagoræ ac Platonis Philosophiam illustrandam nonnihil utilitatis accederet: facilem ab æquis judicibus veniam spero, si quà ab recepta magnorum virorum sententia discedam. nec quisquam existimaverit me vitio ἀνθολκῆς, aut contradicendi studio adversus publicum totius orbis præjudicium, Christi hostem, & veritatis calumniatorem defendendum suscepisse: cujus blasphemias & ipse toto animo detestor, & viro cætera maximo excidisse nollem: ingenii verò præstantiam & philosophandi subtilitatem cum sanctissimis Ecclesiæ scriptoribus summopere me admirari fateor. Et si fortè eorum auctoritate hujus scripti invidiam declinare liceat, producam hoc loco aliquot ipsorum testimonia, quibus Porphyrii ingenium ac doctrinæ magnitudinem, tum operum ejus præstantiam deprædicârunt: ut dum cum ipsis loquor, non nisi cum ipsis reprehendi & damnari possim. & Eusebius quidem, qui Porphyrii blasphemias xxx. libris refutavit, lib. 3. & 9. de præpar. Evang. in clarissimorum Philosophorum numero eum ponit, sive ut ipse loquitur, τῶν μάλιστα διαφανῶν καὶ πᾶσι γνωρίμων, κλέος τι οὐ μικρὸν εἰληφότας παρ' Ἕλλησιν ἀπενηνεγμένων. eodémque modo Cyrillus, libro primo contra Julianum ait illum ob profanam eruditionem δόξαν οὐκ ἀγεννῆ, hoc est, famam egregiam inter suos obtinere. Unde & Divus Augustinus libro septimo de Civitate Dei, c. 25. *Philosophum nobilem* ipsum appellat. quem libro 10. cap. 10. *doctiorem Platonicum:*

&

& cap. 32. *hominem non mediocri ingenio præditum.* alibi, *magnum gentilium Philosophum.* libro autem 19. c. 22. *doctissimum Philosophorum* vocat, *quamvis* (inquit) *Christianorum acerrimus inimicus.* adeò sanctissimi viri judicium nullo affectu præpediri potuit, quin eximiæ eruditionis laudem juratissimo hosti tribueret. Boethius autem non minùs sanctitatis & martyrii gloriâ, quàm omnis sacræ ac profanæ philosophiæ cognitione celebris, quanti Porphyrium fecerit id vel ex eo apparet, quòd libros ejus non solùm legerit, sed Latinè translatos iteratis commentariis illustraverit, ut ab aliis quoque iidem legerentur. tum quòd in explicatione Aristotelis & universa philosophandi ratione unum Porphyrium cæteris omnibus se præferre, ac sequi testetur. ut eum maximè Porphyrii exemplo Platonicam doctrinam cum Aristotelica conjunxisse existimem. quod honorifica de ejus eruditione scriptisque testimonia, quæ passim apud Boethium extant, clarissimè ostendunt. Libro in categor. ait se in exponendo Porphyrii sententiam secutum, *quòd videbatur expeditior planiórque esse.* ità & lib. 1. majorum commentariorum in librum de Interpretatione testatur se expositionem maximè à Porphyrio transtulisse. *hic enim*, inquit, *nobis expositor & intellectûs acumine, & sententiarum dispositione videtur excellere.* & ad text. 2. *Sed Porphyrius de utrisque acutè subtilitérque judicat, & Alexandri sententiam magis probat.* & mox addit: *quocirca Alexander vel propriâ sententiâ, vel Porphyrii auctoritate probandus est.* lib. 2. text. 14. *multas confusiones multósque in orationibus errores hic locus optimè intellectus, veracitérque perceptus sustulit: & hæc est expositio, quam nullus ante Porphyrium expositorum vidit.* & text. 21. ait Alexandri sententiam non quidem abhorrere à ratione, *sed Porphyrii esse meliorem:* additque eum *locum à Porphyrio diligenter esse expositum.* lib. iv. ad text. 46. improbata Hermini expositione ut nimis obscura, subjungit: *nos autem Porphyrium sequentes, eique doctissimo viro consentientes dicimus, &c.* & lib. v. textu 58. qui est de unitate enunciationum, cùm dixisset multos ejus loci caligine confundi, ut dignè exequi, & quod ab Aristotele dicebatur expedire non possent, allatis variorum explicationibus addit tandem: *Sed omnes hi nihil omnino intelligunt, sed est melior expositio quàm Porphyrius dedit.* Atque hæc Sanctorum hominum testimonia adduxi, nè opera, quàm Porphyrii scriptis restituendis atque illustrandis impendi, mihi fraudi sit apud eos, qui contra veterum auctoritatem omnes ipsius libros, & imprimis quidem illos quibus vertendis atque exponendis Boethius jam olim laborem impendit, à scholis ablegari, & ex manibus studiosorum excuti volunt; ut suppressâ & deletâ veterum memoriâ novas suas merces majori precio venditent. quibus saltem sufficere debebant clades illæ quas Gothorum & Saracenorum aliorúmque barbarorum inundationes rei literariæ intulerunt. Sed nunc de vita scriptisq; Porphyrii narrare aggrediar.

CAP. II.

Porphyrii patria & genus: nomen vernaculum Malchus: ætas per annos digesta: Sicula commoratio. D. Augustini sententia de Porphyrio Siculo.

PORPHYRIUS, ut quidem ipse in Plotini vita de se scriptum reliquit, patriam habuit Tyrum, nobilissimam & principem Phœniciæ civitatem. idémque Eunapius & Suidas, sive ipsius fidem, sive publicum omnium consensum secuti, prodiderunt. Parentes illi haud ignobiles fuisse Eunapius affirmat. & ipse in Plotini vita patris sui meminit, cum quo commune sibi Malchi nomen fuisse ait patriâ Syro-phœnicum linguâ: quod Græcâ βασιλέα, Latinâ regem significat. unde ex purpura, regiæ dignitatis insignibus, Porphyrii nomen Longinus præceptor ipsi fecit: quòd Græcis auribus Malchi nomen insolens ac barbarum videbatur. Verba ipsius Porphyrii in Plotini vita hæc sunt: γέγραφεν ὁ Ἀμέλιος βιβλίον, ὃ ἐπέγραψε μὲν (ità isthic est legendum) περὶ τῆς κατὰ τὰ δόγματα τοῦ Πλωτίνου πρὸς τὸν Νουμήνιον διαφορᾶς· προσπεφώνηκε δὲ αὐτὸ Βασιλεῖ ἐμοί. Βασιλεὺς δὲ τοὔνομα τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ προσῆν, κατὰ μὲν πάτριον διάλεκτον Μάλχῳ καλουμένῳ· ὅπερ μοι καὶ ὁ πατὴρ ὄνομα κέκλητο. τοῦ δὲ Μάλχου ἑρμηνείαν ἔχοντος Βασιλεὺς, εἴ τις Ἑλληνίδα διάλεκτον μεταβάλλειν ἐθέλοι, &c. *Amelius Librum composuit, quem inscripsit de differentia doctrinæ Plotini & Numenii: hunc librum mihi* Βασιλεῖ *hoc est, Regi nuncupavit. nam id nomen mihi Porphyrio erat: qui patriâ dialecto Malchus vocabar. quod nomen & patri meo fuit: at Malchi nomen, si quis in Græcam linguam transferre velit,* βασιλέα *sive Regem significat.* & subjungit; Longinum sibi sub vernaculo nomine Malchi librum inscripsisse: Amelium Græca voce Βασιλέως uti maluisse. idémque Eunapius hisce verbis in ejus vita refert: Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἀποτρέψας. *Porphyrio nomen initio fuerat Malchus, quod Syrorum linguâ regem sonat, sed detorta significatione ad purpuram, regium in vestimento insigne, Porphyrium, veluti purpureum nominavit Longinus.* atque hinc intelligendus Suidas, qui omisso Malchi nomine de solo illo Græco meminit: Πορφύριος, ὁ κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεὺς, Τύριος φιλόσοφος. *Porphyrius qui proprio nomine vocabatur Rex, Tyrius Philosophus.* item Hesychius: apud quem hodie legitur, Μάκκος, βασιλεύς· cùm olim haud dubiè scriptum fuerit Μάλχος. Nam Malchum regem significare Hebræorum, & Syrorum dialecto, præter quam quod notissimum est, testatur & D. Hieronymus in vita Malchi Eremitæ. *Erat illic quidam senex nomine Malchus, quem nos Latinè Regem possumus dicere, Syrus natione & linguâ:* & Ammianus Marcell. lib. 24. Assyriorum fluvium *Naar-malcha* commemorat,

memorat, qui *βασίλειος ποταμὸς* Straboni & Ptolomæo, inter Tigrin & Euphraten. *Alia* inquit, *fluminis pars Naar-malcha nomine, quod fluvius regum interpretatur, Ctesiphonta prætermeat.* Et Plinius lib. vi. cap. 26. *Ab Assyriis universis appellatum Armalchar* (potiùs Narmalcha) *quod significat regium flumen.* Cæterùm Malchi nomen non infrequens fuisse Syris vel sacræ literæ testantur, quæ summi sacerdotis servum hoc nomine commemorant: Et Cleodemum nescio quem prophetam, cui & Malchi nomen fuit, ex Alexandro Polyhistore laudat Fl. Josephus, antiq. Judaic. lib. 1. c. 16. qui Judæorum historiam ad exemplum Moysis conscripserat. Et Malchi ducis apud eundem mentio extat, lib. 1. de bell. Judaic. cap. 6. & 9. Et Eusebius lib. 7. cap. 2. Malchum martyrem Cæsareæ Palæstinæ passum refert. Malchum quoque Philadelphensem sophistam, rerum Byzantinarum scriptorem legit Photius, codice 78. quem falsò idcirco Suidas Byzantinum credidit. Et Malchi Eremitæ vitam scripsit D. Hieronymus, cujus modò memini: nè infinita Hebræorum nomina ex veteris testamenti historiis proferam, quæ ex eadem voce deducta fuerunt.

Quòd autem Malchi nomen Longinus cum altero illo Porphyrii commutavit, illi geminum gemellum est quod narrat Julius Capitolinus, Clodio Albino, cùm forte purpureâ matris illigatus esset fasciâ, joco nutricis Porphyrii nomen inditum fuisse. Nec dissimile est illud, quòd Græcorum Imperatorum liberis Πορφυρογεννήτων cognomen tribuebant: eò quòd recèns in lucem editi, velut paterni imperii hæredes, regiâ purpurâ involverentur. Quamvis alii id nomen iis impositum scribant à regia domo, quam Porphyram vulgò vocabant: qua de re ad secundam partem syntagmatis nostri Geographici uberiùs disserendi locus erit. De ætate Porphyrii strictim Suidas refert, vixisse eum sub Aureliano, & pervenisse ad tempora Diocletiani. Quod ex Eunapio hausit: qui Porphyrii vitam in Galienum, Claudium, Tacitum, Aurelianum & Probum Imperatores incidisse testatur. Verùm cùm ipse in Plotini vita diligenter annos ætatis suæ notet, & accuratam temporum servet rationem, operæ pretium fuerit pressiùs singula persequi, quæ usui nobis futura sint ad ea, quæ postea dicentur. Primùm ergò de suo ad urbem & Plotini scholam adventu sic scribit: Τῷ δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετ᾽ Ἀντωνίου τοῦ Ῥοδίου γεγονώς, καταλαμβάνω μὲν τὸν Ἀμέλιον ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα τῆς πρὸς Πλωτῖνον συνουσίας. ἦν δὲ Πλωτῖνος τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη καὶ ἐννέα. Ἐγὼ δὲ Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα αὐτὸς ὢν τότε ἐτῶν τριάκοντα. *Decimo Galieni Imperatoris anno ego Porphyrius è Græcia unà cum Antonio Rhodio Romam veniens Amelium reperi xviii jam annos familiariter Plotino usum. Plotinus autem decimo Galieni Imperatoris anno quinquagesimum nonum circiter ætatis annum agebat.*

Ego verò Porphyrius, cum primùm huic adhæsi, triginta tunc annos impleveram. Cùm ergò decimus Galieni annus in CCLXIV Christi incidat: subductâ temporum ratione constat, Porphyrium natum fuisse anno decimo Alexandri, qui est annus Christi CCXXXIII. Cæterùm cùm decennio antè, h.e. vigesimo circiter ætatis anno primâ vice Romam venisset, exiguum temporis spatium ibidem commoratus fuit, feriante tum à docendi munere Plotino. Cui cùm secundo hoc adventu sese adjunxisset, integros quinque annos operam dedit Sexto demum ad Lilybæum Siciliæ profectus; ut Probum virum insignem isthîc degentem accederet. Fuit is XV, seu postremus Galieni annus, qui est à Christo nato CCLXIX. utrumque ipse his verbis testatur: *Plotinus nonum & quinquagesimum ætatis annum tum agebat. Ego autem & hunc ipsum annum & insuper quinque alios cum ipso versatus sum, quin etiam decennio antè Romam veneram, &c.* de profectione Sicula paulò pòst subjungit: *quo tempore in Sicilia degebam, quò perveneram circa decimum quintum Galieni Imperatoris annum, Plotinus libros v. composuit.* Hæc eò diligentiùs ipsius Porphyrii verbis confirmanda duxi, quòd Illust. Card. Baronius cum decem & octo annos Romæ Plotinum audivisse referat: id Porphyrio adscribens, quòd Amelio tribuendum, ex loco superiùs producto apparet. Profectus autem fuit in Siciliam de consilio Plotini, qui atrâ bile laborantem eò ab urbe ablegavit. Hoc enim morbo adeò se percitum fuisse scribit, ut manus sibimetipsi inferre aliquando fuerit conatus, nisi amens propositum Plotinus suâ prudentiâ impedìisset. Qua de re ipsum loquentem præstat audire: *Ego*, inquit, *quandoque me ipsum interimere cogitabam: quod mirabiliter ille persensit, mihique domi deambulanti protinus adstitit, atque: studium istud propositúmq; meum nequaquam sanæ mentis esse, sed animi potius atrâ bile furentis, Itaque Româ abire me jussit. Huic ego obtemperans in Siciliam sum profectus, quòd audirem Probum quendam, egregium virum circa Lilybæum tunc degere. Quo quidem factum est, ut ab hoc animi proposito desisterem; sed interea impedirer, quo minùs Plotino usque ad obitum ejus adessem.* Mortuus enim est Plotinus in Campania, triennio post Porphyrii discessum, ætatis anno LXVI. post secundum Claudii Imperatoris annum; qui est annus Christi CCLXI. quo tempore Porphyrius ad Lilybæum vivebat: ut ipse sub principium vitæ Plotini testatur. Atq; hæc sunt quæ secundùm distinctam annorum rationem ex ipsius Porphyrii scriptis colligere licuit. De reliquo vitæ tempore vix quidquam certi statuere possumus: quamdiu in Sicilia fuerit commoratus; quibus postea locis vixerit: nec quando vivere desierit. Proferam tamen quæ sparsim hinc indè collegi, atque unum sub aspectum ea proponam, quibus Porphyrii vita illustrari poterit. Ubi id quidem principio dicendum, quod Vincentius Lirinensis, & Eusebius ipsius Porphyrii testimonio prodiderunt, cum fere puerum Alexandriam ad Origenem

genem audiendum profectum fuiſſe. Vincentii verba hæc ſunt de Origene, cap. 1. 23. *De cujus incredibili quadam ſcientia ſi quis referentibus nobis Chriſtianum non accipit teſtimonium, ſaltem teſtificantibus Philoſophis gentilem recipiat confeſſionem. Ait namque impius ille Porphyrius, excitum ſe famâ ipſius Alexandriam ferè puerum perrexiſſe, ibique eum vidiſſe jam ſenem; ſed planè talem tantúmque virum, qui arcem totius ſcientiæ condidiſſet.* Euſebius verò ſimilem locum ex tertio libro contra Chriſtianos adducit, libro ſexto hiſtor Eccleſiaſt. cap. 19. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας ἐξ ἀνδρὸς, ᾧ κἀγὼ κομιδῇ νέος ὢν ἔτι ἐντετύχηκα, σφόδρα εὐδοκιμήσαντος, καὶ ἔτι δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος παρειλήφθω Ὠριγένους. *Hujus autem abſurditatis exemplum ab Origene ſumatur, viro qui cum mihi admodum adoleſcenti familiaritas interceſsit, &c,* Unde miror Eunapium Origenem Porphyrii συμφοιτητὴν; ſive condiſcipulum vocâſſe, ídque ipſius Porphyrii verbis, cùm conſtet Originem lxix annos natum, anno Chriſti cclvi. qui fuit Galli & Voluſiani xxii, vel xxiii. Cæterùm cum Origenem, Philippo imperante, ac ſedente Fabiano Pontifice, Romam veniſſe Eccleſiaſtici annales teſtentur; puto non malè colligi Porphyrium Alexandriam profectum fuiſſe, aut ſub extremum Gordiani imperium, vel primis Philippi annis, qui Gordianum imperio exuit; circa ætatis annum xiii, vel xiv. Id enim ea verba, κομιδῇ νέος ὢν ἔτι, indicare videntur. Carthagini quoq; ſe vixiſſe teſtatur, lib. 3. de Abſtinentia, ubi perdicem ab ſe educatum refert, adeò cicuratum, ut vocem humanam intelligeret, eidémque reſpondere conaretur. Atque eò ex Lilybæo ipſum trajeciſſe veroſimile eſt. Athenis etiam aliquandiu verſatum eſſe, ubi omnia ſapientiæ ſtudia, maximè autem divini Platonis doctrina tum florebat, ex alio ejus loco apparet, quem Euſebius lib. x. de præparatione inſeruit, ex primo libro Philologicæ auſcultationis: ubi Plotini natalem apud Longinum epulis celebratum refert, & ſermones de autorum furtis inter convivas habitos commemorat. τὰ Πλατώνεια (inquit) ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι κέκληκεν ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ Νικαγόραν τὸν σοφιστὴν, &c. Unde videre eſt Porphyrium poſt obitum Plotini ex Sicilia eò commigrâſſe. Eunapius quoque poſt Siculam commorationem Romam eum rediiſſe, ac dicendi facultatem ſumma cum laude exercuiſſe teſtatur: ità ut Senatus populúſque Romanus magno eum in pretio atque honore haberet. Ubi tandem in profunda ſenectute deceſſiſſe dicitur. Quibus & hoc addo, editam ab eo Plotini vitam circa ſeptuageſimum ætatis annum: cùm ibidem referat, ſe anno ſexageſimo octavo ecſtaſi divinâ ſive exceſſu mentis correptum fuiſſe: niſi ea melancholici cerebri potiùs commotio, aut dæmonis in angelum lucis transfigurati ludicrum phantaſma, cum D. Auguſtino lib. 10. de Civ. Dei cap. x. cenſenda ſit. Fuit is annus Chriſti ccci, Diocletiani Imperatoris xviii. qui triennio poſt

imperio sese abdicans Constantium habuit successorem. Sed cùm Porphyrius dicto loco anni illius LXVIII, ut pridem elapsi meminerit; verisimile videtur, scriptam ab eo Plotini vitam in extrema senectute, & sub finem imperii Diocletiani. Nam illius tempora non excessisse Porphyrium rectè ex Eunapio affirmat Suidas. Cujus autoritate neglectâ, Illustriss. Ecclesiasticorum annalium autor multò longiùs, ad annum scilicet Constantini XXIII. atque ulteriùs vitam ejus producit, utì mox videbimus. In Sicilia cùm alios libros plurimos, tum scelcratos illos contra Christianam religionem à Porphyrio scriptos testatur Eusebius lib. 6. hist. eccl. cap. 19. & post ipsum D. Hieronymus in catalogo illustr. script. ubi Eusebii opera recenset. Id sanè non obscurè colligi potest, vixisse eum aliquot annos in Sicilia, & quidem famâ maximâ. Nam & Longinus post Plotini obitum indè illum in patriam evocat, & Plotini libros ad se mitti petit. tum D. Augustinus retractat. lib. II. cap. 31. ob longiorem in insula commorationem alium ab hoc nostro Philosopho credidit fuisse *Porphyrium Siculum illum*, ut ait, *cujus celeberrima est fama*. Qua in re similis ferè error est, nescio an Nicephori Callisti, an ejus interpretis, lib. v. c. 13. ubi dictus Eusebii locus transscribitur. Nam cùm Eusebius dicat, ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος, pro eo apud Nicephorum Porphyrius Siculus nunc legitur. Unde videre est eum in Siculo recessu magnum sibi & illustre scribendo nomen paràsse: quòd unius alteriúsve anni spatio vix fieri potuit. Quin & Isagogen de quinque vocibus ad Chrysaorium in Sicilia ab eo scriptam affirmat Ammonius: cujus verba inferiùs suo loco à me producentur; quamvìs ille aliam, & meo quidem judicio satìs ineptam Siculæ profectionis causam afferat.

CAP. III.

Porphyrium in Sicilia contra Christianos scripsisse. Baronii sententia ex Lactantio perpenditur. S. Methodius quando passus.

VErùm Illustrissimus annalium conditor, contra quam Eusebius & Hieronymus, non in Sicilia, sed in Bithynia eum impiis suis libris Christianam religionem oppugnâsse contendit: cujus sententiæ fundum habet Lactantii verba lib. v. de justitia, cap. 2. quæ pressiùs considerare operæ pretium fuerit. Refert ille, eo tempore quo Diocletianus crudelissimâ persecutione contra Christianos sæviret, & Ecclesias veri Dei funditus subversas demoliretur, duos extitisse, qui blasphemam linguam Imperatorum furori commodarent, scripto religionem Christianam oppugnare aggressi: alter quidem Philosophus, alter judex. Neutrum tamen nominat: credo nè suis scriptis ad posteritatis memoriam illorum nomina transmitteret, qui salutare Jesu Christi nomen impiis suis libris oppugnare & extinguere studuerant.

" *Ego*, inquit, Lactantius, *cùm in Bithynia literas oratorias accitus docerem, contigissétque; eodem tempore ut Dei templum everteretur, duo extiterunt ibidem qui jacenti atque abjectæ veritati, nescio utrùm superbiùs an importuniùs, insultarent: quorum alter antistitem se philosophiæ profitebatur; verum ità vitiosus, ut continentiæ magister non minus avaritiâ quàm libidinibus arderet; in victu tam sumptuosus, ut in schola virtutis assertor, parsimoniæ paupertatisque laudator, in palatio pejùs cœnaret quàm domi; tamen vitia sua capillo & pallio, & quod est maximum velamentum, divitiis prætegebat: quas ut augeret, ad amicitias judicum miro ambitu penetrabat, eosq; sibi repente autoritate falsi nominis obligabat; non modò ut eorum sententiam venderet, verùm etiam ut confines suos, quos ædibus agrisq; pellebat, à suo repetendo hâc potentiâ retardaret. Hic verò qui suas disputationes moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat, ipse adversus se gravis censor, & accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo justus populus nefariè lacerabatur, tres libros evomuit contra religionem nomenq; Christianum. Professus ante omnia Philosophi officium esse erroribus hominum subvenire, atque illos ad veram viam revocare, id est, ad cultus Deorum, quorum numine ac majestate, ut ille dicebat, mundus gubernaretur: nec pati homines imperitos quorundam fraudibus illici: ne simplicitas eorum præda ac pabulo sit hominibus astutis.* Quibus multa de totius operis instituto atque argumento subjungit, quæ apud ipsum legi malo. Qui nam ille fuerit, ait Illustrissimus annalium autor, quem Lactantius inter Philosophos hujus temporis sibi locum principem vindicâsse dicit, nullus alius quem opinari possimus occurrit, nisi Porphyrius: qui inter Platonicos horum temporum excellebat; quem & adversùs Christianam religionem commentarios edidisse exploratissimum est. Quamobrem ut quæ Lactantius tradit alicui alii adscribamus potiùs quàm Porphyrio, nulla, inquit, est ratio. Sanè cùm cogito quàm immani odio apud Christianos laborârint ii, qui bello adversùs Christum suscepto inclarescere voluerunt, & quàm detestabile istorum nomen Christianorum scriptis atque execrationibus evaserit: vix memoriam noménque hujus Philosophi, quisquis demum fuerit, intercidere potuisse arbitror: præsertim cùm nudo & aperto, quod aiunt, capite, in infaustum hoc certamen descenderit. Tum verò quod omnium gravissimè Christianos id tulisse testetur Lactantius, quòd illo potissimùm tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa crudelitas; nec quisquam diræ persecutionis metu veritatis afflictæ patrocinium suscipere auderet. Quæ odium haud dubiè auxerunt, ut mox respirante Ecclesiâ eò acrioribus animis in Christi hostem insurgerent; cùm nullum in principum favore præsidium, nullum in aperto jam atque æquo certamine effugium reliquum esset. Exosum fuit Celsi nomen, quòd primus ille Epicuri de grege porcus adversùs exorientem veritatis lucem grunnire sordido ore ausus fuisset. Nec minor

invidia excepit alterum Christi hostem Hieroclem, qui ignorantiæ suæ deliramenta φιλαλήθεις titulo inscripsit: ut fallaci illicio incautos irretiret. Julianus quoque Cæsar cùm desertis religionis nostræ sacris, erroribus paganorum turgens τὴν Ἑλληνικὴν ὀφρὺν stultè & arroganter adversus Christum sustulisset; & nè temerè à veritate defecisse videretur, stylo eam suscepisset oppugnandam, quam gladio exscindi non posse retro seculorum experientiâ didicerat; impii & θεομάχου nomine æternùm infamis evasit. Sed longè gravissima fuerunt odia adversus Porphyrium, contra quem universa Ecclesia Christi junctis viribus arma cepit. Triginta enim circiter scriptores Catholici blasphemias ejus refutârunt: si qua fides Fl. Lucii Dextri Chronicis. & ipsi Imperatores suis edictis nomen ejus perpetuùm infame esse voluerunt.

Hæc omnia dum cogito, pedibus in Illustrissimi Baronii sententiam discedere lubet: sunt tamen quæ non leviter me retrahunt. Primùm quidem Eusebii & D. Hieronymi autoritas, qui eum in Siculo secessu adversus Christianos scripsisse disertim testantur. Eusebius enim dicto loco ait, Ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐνστησάμενος· & D. Hieron. refert Eusebium edidisse *contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia,* libros xxx. tum librorum numerus non convenit: xv. enim, non solùm iii edidit, ut Hieronymus & Suidas testantur; tum verò inprimis temporum vitæq; ratio: nam nec ætas, nec vitæ Pythagoricæ institutum cum iis convenire videntur, quæ Lactantius de Asiatico illo Philosopho prodidit: nam cùm ἀκμὴ persecutionis Diocletiani, & Ecclesiarum demolitio, cujus Lactantius dicto loco meminit, in annum Christi CCCII incidat, qui fuit xix imperii Diocletiani, & Lxix ætatis Porphyrii; aliorum ego judicii facio, an ea quæ de libidinibus, de luxu, de assentatione & parasitismo aulico Asiatici illius Philosophi Lactantius refert, seni decrepito conveniant: ei præsertim qui siccum & sobrium Pythagoricæ vitæ institutum semper fuerat sectatus: quod diligentissimè ab ipso servatum libri περὶ ἀποχῆς ad Firmum Castricium scripti, abundè probant: neque enim amico intimo, & fraternæ necessitudinis vinculo sibi conjuncto eam vitæ & Philosophandi rationem tam operoso volumine suasurum fuisse existimo, si ipse eam neglexisset: nec quisquam veterum, quod quidem ego observârim, hujusmodi quid Porphyrio objicit: quem rabidum, furiosum, impium, blasphemum, veritatis & Dei hostem Eusebius, Hieronymus, Augustinus, aliique perpetuò cognominant: qui nullam ejus exagitandi materiam ansámque prætermiserunt. Et quamvis non ignorem plerosque Philosophos aliter disseruisse in schola, aliter domi vixisse: de Porphyrio tamen cur secus existimem, caussam hanc potissimùm habeo, quod eo ipso tempore, quo Lactantius Asiaticum illum Philosophum luxu & libidine obrutum contra Christianos scripsisse ait, Porphyrius parco & sobrio victu animum à corporis con-

tagione

tagione purum, & à sensuum communione abductum, ad vitam secundùm mentem extollere studuerit: quod quidem ea manifestè testantur quæ sexagesimo octavo ætatis anno sibi contigisse in Plotini vita retulit. accedit ingens ille librorum atque commentariorum numerus, quibus procudendis vitam omnem impendit: adeò ut extrema adhuc senectute Plotini scripta emendata, & concinno ordine digesta publicârit. Taceo quòd ipsa ætas haud exiguam respondendi materiam præbere, & delirii suspicione irrideri potuisset. Sed illud mihi argumentum omnium gravissimum videtur, quod Methodius Patarensis Episcopus Tyrius, qui nitidi compositiq; sermonis libros adversus Porphyrium confecit, ad extremum persecutionis Diocletiani, sive ut alii affirmant sub Decio & Valeriano, martyrio coronatus sit: hæc enim D. Hieronymi verba sunt de sanctissimo viro. Atque ut posterior illa opinio, de consummato martyrio sub Decio, manifestè falsitatis convinci potest ex eo, quòd Decio imperante Porphyrius, quem Methodius refutavit, vix vicesimum ætatis annum attigisset, & post xvi. integros annos demum in Siciliam profectus fuerit; ità posterior illa apertè ostendit, ante prædictum xix annum Diocletiani, & Porphyrium suas blasphemias edidisse, & Methodium iisdem respondisse: cùm Lactantius Christianos temporis gratiâ conticuisse disertim affirmet: quod nemo illum dicturum fuisse existimaverit, si Methodius tum solus communem Ecclesiæ caussam defendendam suscepisset. Nec reticuissent Eusebius atque Hieronymus, diligentissimi harum rerum observatores. Quis verò D. Augustinum rerum Ecclesiasticarum adeò vel imperitum vel immemorem fuisse existimet; ut cùm lib. x. Civit. Dei cap. 32. Porphyrium eo tempore vixisse dixisset, quo Diocletianus crudelissimâ persecutione Ecclesiam Christi oppugnabat; nec tot martyrum constantiâ ad veritatis viam agnoscendam permotum doleret; id tam opportuno loco omitteret, Porphyrium eo ipso tempore furentem imperatoris animum impiis suis libris adversus innocentes Christianos vehementiùs concitâsse, & veritati armis oppressæ importunâ insultâsse proterviâ: quo nomine Lactantius Asiaticum illum Philosophum maximè accusat? Ego D. Augustini verba apponam, ut eò faciliùs quisq; judicare possit. Ille enim cùm sub principium capitis scripsisset, Porphyrium libro 1. de regressu animæ dixisse: *Nondum receptam unam quandam sectam quæ universalem viam animæ contineat liberandæ:* subjungit deinde, *Quænam ista est universalis via, nisi quæ non suæ cuique genti propria, sed universis gentibus quæ communis esset, divinitus impertita est? quam certè iste homo non mediocri ingenio præditus, esse non dubitat: providentiam quippe divinam sine ista universali via liberandæ animæ genus humanum relinquere potuisse non credit. Neque enim ait non esse; sed hoc tantum bonum, tantùmque adjutorium nondum receptum, nondum in suam notitiam esse perlatum. Nec mirum, tunc enim Porphyrius erat in rebus*

humanis, quando ista liberandæ animæ universalis via, quæ non est alia quàm religio Christiana, oppugnari permittebatur ab idolorum dæmoniúmque cultoribus, regibúsq; terrenis, propter asserendum & consecrandum martyrum numerum, hoc est, testium veritatis: per quos ostenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis & commendatione veritatis esse toleranda. Videbat ergò ista Porphyrius, & per hujusmodi persecutiones citò istam viam perituram, & propterea non esse ipsam animæ liberandæ universalem putabat: non intelligens hoc quod eum movebat, & quod in ejus electione perpeti metuebat, ad ejus confirmationem, robustiorémque commendationem potiùs pertinere. Nonne certissimis rationibus ex hoc loco colligitur, vel Porphyrium postremæ illius persecutionis tempore non scripsisse: vel supinam D. Augustini fuisse ignorantiam aut oblivionem, qui tali loco rem tantam præteriret?

CAP. IV.

Porphyrii vitam non rectè produci ad Constantinum. M. Publius Optatianus Porphyrius poeta cum Porphyrio Philosopho confusus. Britannia fertilis tyrannorum provincia. Constantini edictum explicatum.

VErùm de hisce libera cuique per me sentiendi potestas esto, donec veritas aliorum studio diligentiùs limata, ex antiquitatis tenebris clarior elucescat. Sed in eo summo viro non temerè assentiendum existimo, quòd contra Eunapii atque Suidæ fidem Porphyrii vitam usque ad xxiii. annum Constantini Magni producit: tum in iis quæ de exilio & palinodia ejus prodidit: quæ eruditissimorum hominum animadversiones ac censuras non effugêre. Sed præstat ea hîc apponere, quæ ad annum Christi CCCXXV. ecclesiasticæ historiæ princeps scribit. *Quod ad Porphyrium spectat, qui adversus Christianam religionem tot tantasque blasphemias effutiisset, & ipsum Imperatorem contumeliis proscidisset, cùm inter alia, quod testatur Gildas, dixerit in ipsius odium, Britanniam fertilem tyrannorum provinciam esse; dignam laboribus mercedem eum recepisse Constantinus cùm tradat: non tantùm quod libri ejus fuerint incendio condemnati; sed & quòd exilio mulctatus sit: id affirmâsse videtur, ac planè insinuat, eundem Porphyrium adhuc, eo tempore quo hæc contra Arium scribebat, fuisse superstitem: quem ex testificatione S. Hieronymi abhinc post triennium, nempe anno xxiii ejusdem Constantini Imperatoris, misso ad eum insigni, ut ait, volumine, ab exilio liberatum apparet.* In quibus verbis docti viri jam pridem monuerunt Porphyrium philosophum confundi cum Publio Optatiano Porphyrio poetâ, Christiano quidem, sed cætera nugacissimo: nam de illo D. Hieronymum loqui testatur panegyricus ad Constantinum Augustum, qui adhuc superest. Et nè quis dubitandi locus relinquatur, apponam Poetæ exulantis versus, quibus Thaliam suam in præfatione alloquitur.

Hinc

Hinc trepido pede tecta petis venerabilis aulæ,
Horrida quòd nimiùm sit tua mundicies;
Hos habitus vatis præsentia fata merentur,
Vix locus hoc saltem præbuit unde venis.
Suppliciter tamen ire potes, dominúmque precari;
Squalor & hæ sordes conveniunt miseris.
Cùm dederit clemens veniam, natúmque larémque
Reddiderit, comptis ibis & ipsa comis.

Nec minùs in eo hallucinari videtur, quòd ex Gilda Britanno Porphyrium de Constantino Imperatore contumeliosè locutum, atque eam ob causam exilio damnatum fuisse colligit; cùm potiùs contrarium ex Gildæ verbis evincatur. *Igitur nunc omittens*, inquit, *priscos communésq; omnibus gentibus errores, nec enumerans patriæ portenta ipsa diabolica penè numero Ægyptiaca vincentia, & tacens vetustos immanium tyrannorum annos, qui aliis longè positis regionibus vulgati sunt: ità ut Porphyrius rabidus orientalis adversus Ecclesiam canis dementiæ suæ ac vanitatis stylo hoc etiam adnecteret;* Britannia, inquit, *fertilis provincia tyrannorum.* Quid quæso hîc de Constantino, aut Constantini ævo? cùm disertim de iis temporibus loquatur, quibus Britanni nec Romani Imperii potentiam, nec Christianæ religionis veritatem agnoverant. Atque aliter haud dubiè sensisset Vir judicii maximi, si D. Hieronymi locum, unde Gildas Porphyrii verba transcripsit, observasset: quem ex libro ad Ctesiphontem adversus Pelagianos adscribendum duxi. *Et ad extremum, quod solet nobis objicere contubernalis vester Porphyrius: quâ ratione clemens & misericors Deus ab Adam usque ad Moysen, & à Moyse usque ad Christi adventum, passus sit universas gentes perire ignorantiâ legis & mandatorum Dei. Neq; enim Britannia fertilis provincia tyrannorum, & Scoticæ gentes, omnésque usque ad Oceanum per circuitum barbaræ nationes Moysen Prophetásque cognoverant.* Annon luce meridianâ clarius, nihil hic in Constantinum dici: sed ea designari tempora, quæ Christi adventum, & Romani Imparii propagationem ad Britannos præcesserunt? Nec de Porphyrii mente dubitare nos sinit, quòd eadem quæstio ex Porphyrii libris contra Christianos desumpta D. Augustino inter alias proposita fuit: cui ille fusè respondet Epist. XLIX. ad Deo gratias.

Cur autem Britanniam fertilem tyrannorum provinciam Porphyrius appellârit, id C. Taciti gravissimi autoris verba de Britannis in Julii Agricolæ vita docent: *Olim, inquit, regibus parebant; nunc per principes factionibus & studiis trahuntur. nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quàm quòd in commune non consulunt.* Et Strabo libro iv. autor est, apud Britannos *δυναστείας* fuisse: & plerósque Dynastarum Cæsarem legationibus officiisque coluisse. quæ ex iv. libro commentariorum de bello Gallico cognosci poterunt: ubi Cæsar ipse expeditionem suam Britannicam narrat. Neque hoc seculo tyrannicæ

famili

familiarum factiones, apud Scotos præsertim & Hibernos exoleverunt; sed ut quisque nobilium vel genere illustrior est, vel manu promptior, ità faciliùs subditos ac clientes plurimos in studia partésque suas, sæpe etiam regibus ipsis periculosas, pertrahit. Ex hisce jam satìs apparet quid de Constantiniani edicti explicatione sentiendum: quo Illustrissimi scriptoris sententiam minimè stabiliri facilè agnoscet, quisquis edictum ipsum inspexerit. nam cùm principio Imperator scripsisset; *Porphyrium religionis hostem pravis quibusdam commentariis contra pietatem editis dignam invenisse mercedem*; nè quis de exilio alióve supplicii genere explicaret, ipse subjungit: *ac talem, ut ipse quidem infamis apud omnem posteritatem maximo opprobrio & dedecore compleretur: impia autem ejus scripta planè delerentur.* annon manifestum est, nihil aliud Imperatori propositum fuisse, quàm ut publico edicto eandem probrosi nominis infamiam Ario ejúsque sectatoribus inureret, quâ Porphyrium flagrare videbat; & pari exemplo, quo Porphyrii libros extinxerat, impia eorum scripta supprimeret? Quod egregium piissimi Imperatoris factum dein Theodosius imitandum sibi duxit: qui simili lege Nestorii sectatores invidioso nomine Simonianos, à Simone mago appellari voluit; ut cujus scelus fuerant in deserendo Deum imitati, ejus vocabulum jure viderentur sortiti, l. 6. C. de hæret. & Manich. Hæc accuratiùs explicare volui, quòd nonnullos temere & ἀβασανίστως Baronianam sententiam amplectentes, affirmare videam, Porphyrium Dei spiritu afflatum, tandémque ad fidem conversum, instar Sauli Tarsensis Jesum verum Deum agnovisse. *Quem utinam cognovisset*, (utar enim D. Augustini voto) *eique se potiùs quàm vel suæ virtuti, quæ humana, fragilis & infirma est: vel perniciosissimæ curiositati sanandum tutiùs commisisset.* quæ sanctissimi Patris de hoc Philosopho verba sunt libro x. de Civ. Dei c. 27.

CAP. V.

Porphyrium non Judæum, sed Phœnicem fuisse: cur Batanæotem D. Hieronymus vocârit: variæ in eum locum conjecturæ.

NEc fortè abs re fuerit, aliam maximi scriptoris sententiam de Porphyrii patria & genere hoc loco expendere: novam quoque illam, & adversus constantem omnium autorum fidem deductam ex obscuro quodam D. Hieronymi loco. In quo tamen faciliùs quid falsum sit convincere possum, quàm quid verum affirmare. D. Hieronymi verba sunt in præfatione commentariorum in epistolam ad Galatas: *quod nequaquam intelligens Batanæotes & sceleratus ille Porphyrius in primo operis sui adversus nos libro, Petrum à Paulo objecit esse reprehensum* Ex quibus Illustriss. Cardinalis contendit Porphyrium non Phœnicem, sed Judæum; non Tyrium, sed Batanæotem fuisse; natum Batanææ,

tenææ, quæ Judææ civitas eſt, xv. miliaribus à Cæſarea Palæſtinæ, aquarum calidarum ſaluberrimis fontibus celebris. Sed quod patriæ generíſque eum tæderet, falsò & impudenter mentitum fuiſſe Phæni-cium, quo & olim & nunc quoque vulgò cenſetur.

Nec forſan à vero abhorrere hæc ſententia videbitur ei qui cogitet, D.Hieronymum complures annos in intima Judæa cum Judæis eruditis familiariſſimè vixiſſe, eorúmque operâ multa ab ipſo perquiſita, multa cognita fuiſſe, quæ ab aliis nullo modo ſciri potuere, *διὰ τὸ ἀκοινώνη-τον καὶ ἄξενον* ejus nationis. addo & illud quod Socrates ex Euſebio prodidit, Porphyrium principio Chriſtianum, odio Chriſtianorum, à quibus Cæſareæ Palæſtinæ graviùs fuerat reprehenſus, quàm impoten-ti animo ferre poſſet, religionem noſtram deſeruiſſe. Id enim leve ac deſultorium ingenium arguit, cui ἀποστασία & *παρέβασις* non inſolens fuerit. Quibus & tertia ratio accedit, quod Moyſen Prophetam citet in libello de antro Nympharum, & libro ii. & iv. de abſtinentia, de Ju-dæorum inſtitutis ſectíſque ex Theophraſto & Flavio Joſepho multa referat. Verùm multò plura ſunt & validiora quibus contrarium evinci videtur. Nihil enim dico, quàm effrons illa fuerit impudentia homi-nem genus patriámque mentiri. Facilè conceſſerim potuiſſe id fieri ab eo, qui animum frontémque adverſus Deum & veritatem ipſam obdu-raverat; metus ſaltem infamiæ eum deterruiſſet, cùm mendacium ne-quaquam poſſet latere: quòd ex maxima Phæniciæ civitate plurimi & Alexandriam & Romam quotidie commigrarent, quorum indicio fraus facilè detegeretur. Idque eo magis, quòd & ipſe patrem Tyrium no-minet; & Eunapius eum non ignobili genere apud ſuos ortum teſtetur. Et quomodo latere potuit, qui tantâ eruditionis & ſapientiæ famâ in-claruerat? & ut alios latuerit; qui potuit Longinum, Iamblichum, aliósque Syros, qui cum eo verſabantur? ipſe Longini epiſtolam vitæ Plotini inſeruit, ex Phænicia ad ſe ſcriptam, quâ ex Sicilia evocatur: ubi Longinus Tyri patriæ ejus meminit. Vivebat eodem tempore in Phænicia Amelius, condiſcipulus Porphyrii. An eos & patria & ge-nus amici ementitum latere potuit? quem tamen ipſi conſtanter in ſuis ſcriptis Tyrium vocârunt. Et cùm Libanius Sophyſta Syrus, ora-tione funebri in Julianum Imperatorem, Porphyrium *Tyrium ſenem* honoris causâ appellâſſet; Socrates tamen qui lib.3. hiſt. Eccleſ.cap.23. ea Sophiſtæ verba conquiſitis rationibus verbíſque operosè confutat, de patria nullam ei litem movet. Et quis credat, eum in tanto contradi-cendi ſtudio prætermiſſurum fuiſſe illud, unde Tyrii ſenis nomen gra-vi infamia aſpergi poterat: ſi quid tale vel ſcripto vel fando proditum accepiſſet? nec neglexiſſet Suidas, qui ea quæ ad gentilium Philoſopho-rum irriſionem ſpectant, diligenter undique tranſcripſit; taceo enim quòd Euſebius non uno loco in libris de præparatione & demonſtra-tione Evangelica, eum gentilem & gentilem magiſtrum ac Theologum appellat

appellat. Cæterique Patres cùm Porphyrii calumnias sæpè cum Judæorum blasphemiis compararent, nemo tamen commune cum illis genus ipsi fuisse scribit. Quod invidiæ augendæ, & impiis contra Christum objectionibus refutandis maximè profuisset. Christianam religionem eum vel seriò amplexum fuisse, vel saltem non aversatum facilè crediderim, qui puer Origenem Alexandriæ audierat, clarissimum Christianæ religionis lumen. Præsertim cùm præter Socratis atque Nicephori autoritatem, D. Augustinus lib. 10. de Civ. Dei cap. 28. disertim affirmet, illum vanæ scientiæ tumore inflatum à saluberrima Christi humilitate resiliisse. Atque esto. Quis verò hinc ostendet eum à Judaismo ad Christianismum transiisse? nec majoris momenti sunt illa de peritis ex Moyse & Fl. Josepho testimoniis. Cùm quidem eo loco Moysen non suis, sed Numenii verbis citet: quem in Prophetarum lectione versatissimum fuisse, testantur cùm alia plurima ejus loca, apud Eusebium de præparatione Evang. & Theodoretum in Θεραπ. tum præsertim nobile illud dictum τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; Et demus Moysen [illegible] ab ipso citatum: quid indè huic opinioni probandæ effici poterit? cùm in confesso sit ejus sæculi Philosophos fermè omnes sacras literas legisse. Nam & Longinus Porphyrii præceptor, libro περὶ ὕψους, ex eodem principio Geneseos, locum adducit cum honorificentissima Prophetæ mentione. Sed frustra hujusmodi ratiunculis pugnamus, cùm certum sit, Porphyrium non Moysen solùm, sed universam sacram scripturam legisse, & quidem diligentissimè: eo fine, ut falsam & incertam ostenderet divinorum oraculorum fidem: quod Eusebius in libris de præparatione non uno loco, & Theodoretus serm. 7. Θεραπ. testantur. Ea verò quæ in libris de abstinentia de Judæis affert, liquido ostendunt, ipsum nihil proprio usu & experientia de eorum rebus compertum habuisse. Ità enim aliena fide nititur, ut hospitem in peregrino solo versari nemo non videat. Et Eusebius id agnoscit, qui prolatis indè Porphyrii locis lib. 9. προπαρασκ. subjungit: ταῦτα μὲν ὁ Πορφύριος ἐκ παλαιῶν, ὡς εἰκός, ἀναγνωσμάτων τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀνδρῶν εὐσεβείᾳ τε ὁμοῦ καὶ φιλοσοφίᾳ ἐμαρτύρησεν. *Hæc Judæorum religioni ac sapientiæ testimonia Porphyrius ex antiquorum lectione, ut apparet, hausta perhibuit.* Ecquis Eusebium tam commodo loco tale quid præteritum fuisse existimet? sed quam medicinam D. Hieronymi verbis faciam non facilè perspicio. Equidem illud temere in veterum scriptis quidquam mutandum existimo, si sensus utcunque erui possit. Ideóque animum in varias partes vertenti id primùm occurrebat, inter loca quæ in divisione terræ sanctæ in sortem tribus Aser ceciderunt, Josuæ 19. v. 25. recenseri Beten, sive vicum, sive oppidum: quod recentiores Palæstinæ descriptores inter Ptolemaidem & Tyrum collocant. Hanc fortè Porphyrii patriam à D. Hieronymo creditam fuisse suspicabor, & maluisse Porphyrium à vicina Urbe celeberrima

berrima potiùs quàm ab ignobili loco cognomen patrium assumere: quod Virgilium & Livium clarissimos autores fecisse scimus. Nullas tamen rationes excugitare potui, quibus id mihi persuaderem. Nam Eusebius libro de nominibus locorum in sacra scriptura, brevi à nobis edendo, sic scribit: Βατναὶ (ità enim ille hunc locum vocat, non Baten, ut Hebræorum fontes, & vulgata editio) φυλῆς Ἀσήρ. καὶ νῦν καλεῖται κώμη Βεθβετὲν, ἀπὸ ὀγδόου σημείου Πτολεμαΐδος εἰς ἀνατολὴν, & D. Hieronymus ejus interpres: *Batne: in tribu Aser. Et nunc appellatur vicus Bethbeten in octavo milliario Ptolemaidis contra Orientem.* Unde Eusebil & ipsius Hieronymi autoritate cognoscimus, locum pristinum nomen eo tempore perdidisse: nec potuisse Porphyrium à Batnis, vel Βεθβετὲν, seu Bethbeten, Batanæotem appellari. Taceo enim quòd locus obscurus fuerit, quem Sacræ literæ unico tantum loco commemorant, cæteris omnibus ignotum. Et si patriam Porphyrii fuisse demus: quid quæso probri ex ejus commemoratione? aut si Hieronymus probri loco objiciat: cur non pluribus verbis exagitavit rem paucis aut nulli cognitam? Indè aliud mihi incidit, quod sensus loci ultro suggerere videtur. Batanæotam per convicium atque opprobrium fuisse appellatum: & licèt hactenus nihil tale observârim, nomen hoc fortè aliquâ infamiæ notâ ex gentili probrosum apud antiquos evasisse: ut Sodomitarum, ac Capernaitarum, aliáque in sacris literis: adeò quidem ut nemini dubium sit, si quem dictis nominibus appellem, non patriam me exprobare, sed vel impietatis, vel ἀλογίας crimen. Nec desunt exempla apud profanos autores, qui stolidos ac stipites Abderitas, fabulosos nugatores Bergæos, impios Melios, impostores Ægyptios, mendaces Cretenses appellârunt. Sed cùm neutrum mihi satisfaceret, tandem manusc. Vaticanos consului, ut Sibyllæ folia: quæ tamen ex incerto incertiorem me dimiserunt. cùm alii eo loco *Bathaniothes*, alii *Biothaniates* legant: neque ulla sit major varietas, quàm quòd alii adspiratam literam addant, aiii omittant. Hinc ad conjecturas confugienti nihil commodius occurrebat, quàm ut levi mutatione legeretur: *βιοθάνατος & sceleratus ille Porphyrius.* Cùm nec D. Hieronymum à Græcorum vocabulorum usu abhorrere constet; & ipse Porphyrius in Plotini vita testetur, se animum furore & atra bile percitum violenta morte ex corpore educere voluisse. Hoc enim maximum impiæ temeritatis argumentum, & planè furiosæ mentis signum: quod non solùm sanctior nostra religio, sed ipsa quoque illa Philosophia quam profitebatur, & rectæ rationis usus damnat atque aversatur. Quòd si minùs hæ conjecturæ cuiquam arriserint; addam & tertiam Cl. Jacobi Sirmondi S. J. Theologi, viri eruditione & judicio maximi: qui peramanter suam de hoc loco sententiam mihi exposuit: ità tamen ut haud invitum se cum meliori eam commutaturum ostendat. Is fortè Βαλαιεώτης ab Hieronymo scriptum

ſcriptum fuiſſe conjicit: hoc eſt, ut Suidas exponit, ἐσφίσσατο χλιαρῷ τῷ ἀνδράγμων. Sed licèt non abs re id ἐπώνυμον Porphyrio tribui poſſe videatur, & cum ſcelerato, quod ſequitur, non ineptè congruere: ego tamen, inquit, Porphyrium, etſi dæmonem è balneo fugâſſe dicitur, βαλανειώτην dictum, niſi veteres libri doceant, non facilè credam. Hæc fuſiùs de loco obſcuro expoſui, non quòd ſummæ eruditionis viro contradicere ſtuduerim, aut maximis ejus in Eccleſiam Dei meritis quidquam detractum velim: cujus piiſſimos manes toto animo veneror: ſed ut acutioribus ingeniis cogitandi materiam proponerem. Et ſanè magno me beneficio ſibi habebit devinctum, qui in re obſcura certam aliquam lucem extulerit. Verùm longiùs me à propoſito abduxit ſingula excutiendi amor. Nunc cætera ordine perſequar.

CAP. VI.

Veri Philoſophi notæ. Porphyrius propriè φιλόσοφος dictus. Ejus ingenium, & Philoſophandi ratio. Platonis atque Ariſtotelis doctrina ab Ammonio expurgata. Porphyrii præceptores & diſcipuli. Suidæ hac de re errores.

THemiſtius eâ oratione, quam βασανιστὴν, ſive *exploratorem* vocant, philoſophum ex Platonis mente deſcripturus, notas aliquas poſuit, quas typos, ſymbola, γνωρίσματα, & βασανιστήρια appellat: quòd illarum beneficio verum ac genuinum philoſophum explorare, & à ficto atque adulterino diſcernere liceat: quas Alcinous quoque ex libro VI. de rep. introductioni ſuæ Platonicæ præmiſit. Hoc Platonico examine adhibito nos quoque diſpiciemus, quid de Porphyrii ingenio & philoſophandi ratione ſentiendum: & utrùm jure merito antiquitas eum in principum philoſophorum numero collocârit. Et primò quidem Plato philoſophos non minùs quàm Homerus reges, Διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς eſſe voluit: nec niſi ex ſacro connubio, hoc eſt, ex parentibus optimis & legitimo genere natos ad arcana ſapientiæ myſteria admittendos cenſuit: ut ſua illis reverentia ac majeſtas conſtaret: nè in vulgus profanum propalata vileſcerent, & ſordidis ingeniis, tanquam vaſis impuris commiſſa, inquinarentur. Hanc probi ac legitimi generis notam Porphyrio, quantùm licuit, ſuperiori diſputatione vindicavimus. Quamvìs parùm de ingenii ac ſapientiæ laude decederet, etiamſi aliena illa deeſſent. cùm Pythagoras & Socrates, atque ipſe etiam Plato, ſervos & barbaros ingenio præſtantes ad philoſophiæ adyta admiſerint. Verùm ingenii acumen ac docilis ſolertia, & memoria depoſiti tenax, cæteræq; animi dotes, quas εὐφυΐας ſive εὐμοιρίας nomine Platonici complectuntur, adeò ſunt neceſſariæ; ut fruſtrà quis ad præclaram ſapientiæ laudem adſpiret, & ambitioſum Philoſophi nomen affectet, ſi hiſce deſtituatur adminiculis: ſine quibus animus nequa-

nequaquam ad cœlestium rerum pervestigationem, & ad supremi ac beatissimi illius entis contemplationem elevari potest: quod ab erroneo materiæ fluxu secretum, subductúmq; à sensibus solo intellectu cognoscitur. Atque hâc ingenii præstantiâ nescio an quisquam veterum (Principes illos philosophorum solos excipio) cum Porphyrio comparari queat. Et scripta, quæ ex plurimis pauca supersunt, sublimis ingenii acumen, & egregiam philosophandi rationem testantur. Et consentiens antiquitatis judicium id confirmat: quæ in tanta philosophantium turba Philosophi cognomen uni Porphyrio proprium ac peculiare tribuit. Neque enim nostro duntaxat, aut patrum nostrorum seculo curiosa hominum ambitio in doctorum titulis excogitandis cœpit luxuriari: sed melior antiquitas unumquemque Philosophorum illustri aliquo cognomine distinxit. Nam ut Pythagoram Philosophum, sapientem Socratem, divinum Platonem, Aristotelem dæmonium, magnum Hippocratem, aliósque majorum gentium sapientes taceam; aurea illa recentiorum Platonicorum catena, ut Damascius eam vocat, simili nominum varietate à Proclo aliísque posterioribus ornatur: qui Ammonium θεοδίδακτον, Plotinum μέγαν, Longinum κριτικώτατον, Amelium γενναῖον, Theodorum θαυμαστὸν, Iamblichum θεῖον, solum verò Porphyrium φιλόσοφον religiosâ quâdam observatione ubique appellant. Quæ quidem non minor inter τοὺς ἔξω Porphyrii laus est, qui post Pythagoram illud cognomen meruit; quàm inter nostros Gregorii Nazianzeni, qui in tanto Theologorum numero solus post D. Joannem proprium Theologi nomen obtinuit. Ut B. Augustinus, Latinorum Theologorum princeps, Porphyrium *doctissimum Philosophorum*, *& non mediocris ingenii hominem* dixerit: & Proclus Platonicorum subtilissimus τὰ ἱεροπρεπῆ νοήματα Porphyrii non uno loco admiretur: quem & Isidorus Philosophus, magnum divinioris scientiæ thesaurum collegisse affirmabat. Et sanè pressiùs rem consideranti facilè apparebit, veterum de Porphyrio judicium nequicquam à vero aberrâsse. Si enim sapientiam ex ipsorum mente definiamus, τὴν τοῦ ὄντος ἐπιστήμην καὶ κατάληψιν, καὶ μόνην τὴν ἐν τούτῳ γνῶσιν τῆς ἀληθείας, hoc est, *veri entis scientiam & unicam veritatis, quæ in hoc ente latet, cognitionem:* negari certè non potest, Porphyrium rectè Philosophum, hoc est, sapientiæ illius studiosum appellari: cujus scripta omnia in hoc versantur, ut offusum tenebris animum, vel humaniorum literarum artiúmque cognitione, velut προπαιδείᾳ quâdam ad diviniorem illam scientiam præparent: vel moralis philosophiæ præceptis à corporis ac mortalitatis expurgent contagio: aut purgatum solutúmque sublimiori quâdam doctrinâ ad veri entis pervestigationem conjunctionémque elevent: quod ex librorum argumentis, quos ordine deinceps commemorabo, facilè perspicietur. Accedit, & alia ratio: quòd pleraque omnia Platonis

atque Ariſtotelis opera luculentis commentariis illuſtrârit: & ad certiorem illorum cognitionem introductionibus quibuſdam, quas εἰσαγωγαῖς & στοιχειώσεις vocant, planam facilémque aliis ſtraverit viam. Cùm in vero interprete non ſolùm exactiſſima requiratur cognitio eorum quæ explicanda ſuſcipit; ſed & facultas quædam, ut obſcuriùs dicta clarâ & perſpicuâ oratione illuſtret, dubia ſtabiliat, corrigat falſa; & diſſidentes ſententias aut conciliet, aut redarguat. Quæ Philoſophiæ illuſtrandæ ratio quo ſtudio, & quanta cum felicitate à Porphyrio tractata fuerit, ex ſequentibus etiam clariùs cognoſcetur. Aliam deinde notam Plato poſuit, ut Philoſophus naturâ ſit temperans, atque eâ animi parte, quæ affectionum perturbationibus commovetur, remiſsâ & bene compoſitâ; nè inferiores facultates intellectium in ſupremæ veritatis inquiſitione præpediant. Qui ſuapte naturâ, dum terrenæ huic, & corporeæ moli immerſus eſt, ad divinam illam & beatam lucem caliget. Cúmque bruta ſive irrationalis pars animæ, duabus conſtet facultatibus; quarum altera irâ efferveſcit; altera ventris partiúmque ventri adhærentium ingluvie atque libidine diſtenditur: poſteriorem illam Porphyrius ſicco & ſobrio vivendi genere, ex Pythagoreorum præceptis inſtituto, ità compreſſit, nè à ſeriis cogitationibus animum avocaret, aut rationis fræna excuteret. Iram verò & bilioſi animi furorem non tam facilè compeſcuit. Sive quòd minùs iſthic curæ adhiberet: ſive potiùs *ira mentis ſanitatem vicerit*, quod Medea apud Tragicum ſibi uſuveniſſe affirmat; quódque in bilioſo corporis temperamento ſæpius accidere ſolet. Porphyrio enim non ſolùm ſublime ac validum ingenium fuiſſe, ſed & vehemens atque aliquo furore admixtum, ex eis apparet, quæ de violenta animi eductione ex corpore in Plotini vita de ſeſe prodidit. Quales ferme omnes eos videmus quorum præcordiis Saturnus multum atræ bilis affudit. Quæ acriùs ebullit, ſi præter ſiccum & deparcum vitæ genus lucubrationes etiam ac longiores vigiliæ cum continua contemplatione accedant. Neque aliam ego cauſam fuiſſe dixerim rabidi illius odii, quo adverſus Chriſtianam religionem præ cæteris furebat: quàm quòd animus atræ bilis fermento turgens, & nimiâ eruditionis copiâ inflatus, ſemetipſum non caperet. Ità & hujus exemplo patuit, mundi ſapientiam inſipientiam eſſe apud Deum; & incarnatæ ſapientiæ humilitatem Græcorum faſtui ſtultitiæ opinione diſplicuiſſe. Quapropter minùs mirandum, ſi Porphyrius in tanto ſapientiæ amore, quam non poſtremam Philoſophi notam Plato conſtituit, atque in tam anxia rerum perveſtigatione, nihilominus in cogitationibus ſuis evanuerit: nec ſcopum potuerit attingere, qui ab ipſa janua aberrârat. Nec poſſum quin præſtantiſſimorum ingeniorum ſortem miſerer, quæ in ea tempora inciderunt, cùm religio Chriſtiana novam & inſuetam mortalium animis lucem extolleret: Numenii, inquam, Plotini, Porphyrii, Amelii,

Amelii, Hieroclis & similium. Qui cùm divinæ veritatis gustum ex sacris literis, & nascentis Ecclesiæ doctoribus, aut præceptorum Christianorum ore percepissent, purissimos veritatis rivulos in Pythagoræ ac Platonis derivârunt lacunas: & igniculos divinæ lucis mendaciorum fumo ac tenebris obscurârunt. Quid enim non præstitissent in solidæ veritatis defensione, qui tenues aliquot illius stricturas admirabili ingenii felicitate, atque uberrimâ dicendi elegantiâ in tantum excoluerunt, ut doctissimos Christianæ Religionis antistites in sui admirationem pertraxerint? Sed & illud veritatis studium in Porphyrio non leve ostendit: quòd cùm animum ad philosophiam adjunxisset, non temere, ut fieri solet, ad unam aliquam sectam velut ad scopulum adhæserit, nec juraverit in cujusquam magistri verba. Est enim προλήψει animus, tanquam objecto glaucomate, in veritatis pervestigatione plurimùm impeditur: : ubi semel aliorum opinionibus defendendis velut nexu ac mancupio se obstrinxit. Duos tamen potissimùm sibi elegit duces, quorum vestigia premeret, Platonem atque Aristotelem; quos in præcipuis doctrinæ capitibus inter se consentire prolixo opere probandum suscepit: de quo plura suo loco dicentur. Cauto tamen pede eosdem secutus est: ut liberè ab illorum sententia melioribus perspectis discederet. Quo nomine D. Augustinus eum laudat, libro x. de Civit. Dei, cap. 30, & 31. Quòd reprobatâ Platonis opinione, de circuitu animæ per orbem necessitatis, saniorem esset amplexus. *Ecce*, inquit, *Platonicus in melius à Platone dissentit. Ecce vidit hic, quod ille non vidit: nec post talem ac tantum magistrum refugit correctionem; sed homini præposuit veritatem.* Nec majori religione Aristoteli se addixit; cujus sententiam de animi natura integro libro Porphyrium refutâsse postea ostendemus. Atque hoc liberrimum philosophandi genus maximè probavit, quod paulò antè ab Ammonio in Alexandrinam scholam fuerat introductum. Nam posteriores Academici variis sectarum atque opinionum dissidiis divisi, dum in suam quisq; partem Platonis verba trahere studebant, magnâ expositionum diversitate in subtiles & difficiles nugas philosophiam diduxerunt: & ut suas singuli sententias vel deliria potiùs fucarent, varia, teste Eusebio, lib. III. de præp. excogitârunt καλλωπίσματα καὶ σοφίσματα, μηδ' ὄναρ τοῖς παλαιοῖς εἰς ἐνθύμησιν ἐλθόντα. *pigmenta & sophismata, quæ antiquis, nè per somnium quidem in mentem venerant.* accedebant etiam controversiæ adversus Aristotelem velut pro aris & focis susceptæ quæ magnâ utrinque animorum contentione, sed exiguâ veritatis curâ agitabantur. Unde philosophandi genus exortum fuit perpetuis allegoriis, & monstrosis verborum ac sententiarum chimæris perplexum ac confusum. Donec tandem Ammonii Alexandrini sapientia orbi illuxit: qui veterum Philosophorum opinionibus perpurgatis, nugisque resectis, quæ utrinq; lolii instar succreverant, puram

& nativam philosophiæ speciem restituit, ostenditque, teste Hierocle, duos illos principes philosophorum ἐν τοῖς ἐπικαίροις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις τῶν δογμάτων minimè inter se dissidere. Hanc perpurgatam philosophiam ex Ammonii ore hauserunt Herennius, Origenes, & Plotinus: quos deinde Porphyrius, Iamblichus & Hierocles, cæteriq; τῆς ἱερᾶς γενεᾶς Philosophi exceperunt. Cúmque eandem philosophandi rationem ex Iamblicho perceptam Plutarchus Atheniensis in patriam retulisset, restauratæ ibidem Platonis Academiæ continuâ serie deinde præfuerunt homines Asiatici, Syrianus, Proclus, Marinus, Isidorus, Damascius: qui non contenti luxuriantis ingenii argutiis, magnam veterum opinionum farraginem suis commentis iterum admiscuerunt: & dum crescentis longè latéq; eo tempore Christianismi æmulatione Platonicam Theologiam phaleris nimiùm ornare studerent, veritatem paulò ante Ammonii operâ in lucem retractam, πολυλογίᾳ καὶ ἀλλοτρίων δεξαομάτων ἱστορίᾳ rursus obruerunt. Atque hæc commemoravi, ut ostenderem, ex quibus fontibus pleraque Porphyrii dogmata promanârint: ea præsertim quæ de corporis & sensuum fuga, de cura animi, mentísque cultu & elevatione in Deum præclarè scripsit, & quo in pretio sint habenda: cùm aquæ eò soleret esse puriores, quantò propiùs à sua origine absunt. Hinc enim, ni fallor, perspicitur, quî factum fuerit, quòd in posteriorum Platonicorum scriptis, præsertim Plotini, Iamblichi & Procli, tam multa passim reperiantur, quæ non ex obviis & communibus quibusdam religionis nostræ dogmatibus, sed ex intimis & reconditissimis mysticæ Theologiæ penetralibus videntur deprompta: neq; ea obiter tantùm strictímque verbis adumbrata, sed proprio & efficacissimo orationis genere adeò luculenter ab iis expressa, ut magnis ingeniis, non levem dubitandi materiem præbuerint: alios in eum impulerint errorem, ut quæ apud vetustissimos Ecclesiæ scriptores divina prorsus in hoc genere extant, ea inverso ordine à Platonicis, quos dixi, mutuata, & velut Ægyptiorum spolia in pios usus conversa assererent: atque isto etiam argumento praeclarissimorum operum fidem autoritatémque convellere aggrederentur. Cùm certum sit Ammonium religionis nostræ arcana discipulis sub silentii religione communicâsse. De quibus non divulgandis Herennium, Origenem, & Plotinum fidem sibi invicem obstrinxisse ipse Porphyrius testatur. Cúmq; Herennius primus eam fregisset, nec Origenes nec Plotinus promissis stetere: sed quà scriptis, quà vivâ voce in publicum ea protulerunt, quæ ab Ammonio Philosopho Christiano acceperant. Neque enim alia de causa Ammonium θεοδίδακτον cognomine ab iis celebratum existimo, ut Hierocles apud Photium testatur; quàm quòd divinioris scientiæ arcana, ante id tempus Philosophorum scholis inusitata nec audita, discipulis tradidisset. Unde & Plotini animum primâ auscultatione adeò cepit, ut

cùm

cùm ex cæterorum philosophorum scholis mœstus excessisset, audito Ammonio statim amicis dixerit: *τοῦτον ἐζήτουν, hunc ipsum quærebam.* Quamvis Porphyrius cæco quodam & præcipiti religionis Christianæ odio Ammonium ex Christiano gentilem factum manifestâ calumniâ affirmârit; quam Eusebius iis temporibus proximus abundè refutat, lib. vi. histor. Eccl. cap. xix. ut non parùm hac parte eam boni Philosophi notam in Porphyrio desiderem, quæ sapientiæ studiosos æquos & veraces, miniméque maledicos esse voluit. Nec in Origenem præceptorem æquiori animo fuit, quem ab ethnicissimo ad Christianorũ sacra transiisse non minùs impudenter calumniabatur: cujus etiam studium sacrarum literarum interpretationi impensum, tanquam fabulosum malevolè traducebat. Eidemque calumniæ Eusebius dicto loco respondet. Sed utinam hoc fine effrænis linguæ audacia stetisset, neque adversus Christum ipsum atque universam ejus sese exercuisset Ecclesiam; de quo capite ultimo uberiùs disseremus.

Nunc cùm oratio huc devenerit de præceptoribus ejus agendum: præcedentes enim *εὐφυΐαι* tum demum perfectum reddunt philosophum, si magistros bonos, rectámque institutionem nactæ fuerint. Porphyrius ergò, cùm prima literarum ac sapientiæ fundamenta percepisset, puer fermè adhuc Origenis famâ excitus, Alexandriam ad doctrinam ejus percipiendam profectus fuit; quod ex Eusebio & Vincentio Lirinense Porphyrii autoritate superiùs ostendi: nihil enim eo tempore Origene celebrius, ad quem ingens auditorum turba confluebat: nec solùm Christiani, teste Eusebio, sed infiniti etiam hæretici, & non pauci clarissimi philosophi eidem sese in disciplinam dedêre: quos cùm sacræ, tum profanæ philosophiæ dogmatibus imbuebat. quantum verò temporis Porphyrius eidem adhæserit, affirmare non licet. Hoc solùm dixero, illum ex Origenis ore Platonis explicationem percepisse: quod non obscurè ex Procli verbis lib. I. in Timæum pag. 20. colligitur: Ἀπορεῖ δὲ ὑπὲρ Λογγῖνος καὶ Ὠριγένης ὁ τινός. Ὥστε, φησὶν ὁ Πορφύριος, τριῶν ὅλων ἡμερῶν διατελέσαι τὸν Ὠριγένην, βοῶντα καὶ ἐρυθριῶντα, καὶ ἱδρῶτι πολλῷ κατεχόμενον, μεγάλην εἶναι λέγοντα τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὴν ἀπορίαν, καὶ δεικνῦναι φιλοτιμούμενον, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἀρκοῦσα ἡ παρ' Ὁμήρῳ μίμησις. *Dubitant,* inquit, *de hoc loco Longinus & Origenes: adeò etiam ut Porphyrius affirmet, Origenem triduum integrum in eo hæsisse, & clamantem ac rubore suffusum multùm sudâsse, quod magnum dubitandi argumentum esse diceret, atque ostendere conaretur, Homeri imitationem ad rectè agendum sufficere.* tum etiam quæ pag. 47. ejusdem libri, de Archangelis eorúmque ordine ex Porphyrio adducuntur, manifestè præceptoris Christiani dogmata sapiunt: propriam verò Origenis hæresin, quæ ibidem sequuntur de animarum lapsu in corpora, post excitatam in cœlo pugnam: & de dæmonibus qui animas venantur, atque in corpora detrudunt. Unde etiam Proclus hoc philosophandi genus ab

Iamblicho reprehensum fuisse ait, quòd Plato nusquam Archangelorum meminerit: additque, οὐδὲ φιλόσοφος ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς θεωρίας, ἀλλὰ βαρβαρικῆς ἀλαζονείας μεστός. quibus verbis quid innuat non ignorant, qui D. Joannem Theologum ab Amelio Barbarum appellatum fuisse meminerunt: quique ipsum Porphyrium Christianæ vitæ institutum βάρβαρον τόλμημα vocâsse ex Eusebio, loco paulò antè citato, observârunt. Habuit etiam præceptorem Dionysium Longinum Cassium, à quo in Grammaticis, Rhetoricis, & Philosophia eruditus fuit: è cujus ludo deinde Romam ad Plotinum audiendum discessit. Dubito tamen, utrùm Longino priùs, an Origeni operam dederit: cùm Eunapius illud innuere videatur; dum Porphyrium τὴν πρώτην παιδείαν, sive prima doctrinæ fundamenta à Longino hausisse affirmat: sine quibus subtiliores Origenis disputationes percipere non potuisset. Longini ingenium accuratum, limatum judicium, atque eruditionis copiam satis ostendit libellus de sublimi genere orationis, tum quædam ἀνέκδοτα περὶ μέτρων, quæ ex Vaticana bibliotheca deprompta mihi ostendit Leo Alatius, vir apprimè eruditus: & Porphyrius in Plotini vita eum κριτικώτατον, ἀλλογιμώτατον καὶ ἐλεγκτικώτατον appellat. Eunapii enim elogium illud elegantissimum, quo virum βιβλιοθήκην τινὰ ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον appellat, omnium ore tritum est. Quo loco & hoc addit, publico omnium doctorum suffragio censuram, & judicandi autoritatem de omnibus, quà antiquis, quà sui seculi scriptoribus Longino decretam concessamque fuisse. Ex disertissimo magistro dicendi potissimùm virtutes hausit Porphyrius: quarum præcipuas in ejus vita Eunapius commendat, τὴν σαφήνειαν, τὴν καθαρότητα, καὶ τὴν χάριν: de quibus prædicti autoris verba, quia elegantissima sunt, apponere lubet: & perspicuitatem quidem his verbis prædicat: Τῶν δὲ φιλοσόφων τὰ ἀπόρρητα καλυπτόντων ἀσαφείᾳ, καθάπερ τῶν ποιητῶν τοῖς μύθοις, ὁ Πορφύριος τὸ φάρμακον τῆς σαφηνείας ἐπαινέσας, καὶ διὰ πείρας γευσάμενος, ὑπομνήματα γράψας εἰς φῶς ἤγαγεν. *Cum Philosophi, inquit, arcana sua obscuritate obtegerent, ut Poetæ fabulis; Porphyrius probatum perspicuitatis remedium, cujus gustum ipsâ experientiâ perceperat, scriptis commentariis in lucem protulit.* Atque hoc dilucido orationis genere, quod omnis elegantioris doctrinæ condimentis temperârat, non solùm propria scripta illustravit; sed aliorum quoque præstantium virorum operibus lucem à suo ingenio accendit: quod commentaria & introductiones in Platonem, Aristotelem, Ptolemæum, aliósq; testantur; maximè autem omnium in Plotinum: qui conciso & confragoso dicendi genere sublimes animi cogitationes adeò involvit, ut pleraq; ipsius scripta ænigmata aut oracula videantur: ut Eunapius non injuriâ eum τὸ λοξὸν καὶ αἰνιγματῶδες τῶν λόγων βαρὺ καὶ δυσήκοον pronuntiârit: & Porphyrius ipse σύντομον καὶ πολύνουν, βραχύ τι, καὶ νοήμασι πλεονάζοντα μᾶλλον ἢ λέξεσι. De orationis puritate non minùs elegans locus apud Eunapium sequi-

sequitur. Ὁ δὲ Πορφύριος ὥσπερ Ἑρμαϊκή τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα, διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ εὔγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν. *Porphyrius velut Mercurialis quadam catena ad homines demissa, multiplicis eruditionis beneficio, omnia dilucidè claréque explicabat.* Venustate etiam ac dicendi elegantiâ Porphyrium omnibus sui seculi Philosophis præfert: ac nominatim quidem summis viris Origeni, Amelio & Aquilino: in quorum oratione scriptisque τὸ ἀκύθηρον, sive venustatis neglectum, damnabat Porphyrius, licèt dogmata & ingenii δεινότητα imprimis probaret: πάσαις μὲν αὐτὸς ἀναβέβηκεν χάρισιν, μόνος δὲ ἀναδείκνυσι καὶ ἀνακηρύττει τὸν διδάσκαλον, ut ait Eunapius: *Cùm ipse omnibus gratiis ac Veneri litâsset, atque ea laude præceptorem suum referret.* Easdem virtutes Porphyrianæ orationis in Iamblichi quoque vita recenset, quibus solis discipulum præceptori inferiorem fuisse affirmat: Οὐκ ἔστιν ὅ, τι καὶ Πορφυρίου διήνεγκεν, πλὴν ὅσον κατὰ τὴν συνθήκην καὶ δύναμιν τοῦ λόγου. οὔτε γὰρ εἰς ἀφροδίτην αὐτῷ καὶ χάριν τὰ λεγόμενα βέβαπται, οὔτε ἔχει λευκότητά τινα, καὶ τῷ καθαρῷ καλλωπίζεται. *Nec Porphyrio,* inquit, *ulla in re fuit inferior, præterquam orationis structurâ, & dicendi facultate. neque enim pari Venere & gratiâ orationem tinxit, nec candorem habet, nec puritate scripta sua exornavit.* Verùm ut elegantioris doctrinæ copia ac dicendi virtute proximè Longini vestigia premebat Porphyrius, ità in philosophando multum ab ejus placitis, & nonnunquam in contrarium abiit. Quòd potior apud ipsum esset recta ratio & veritas, quàm autoritas magistrorum: quorum verbis vulgus philosophantium, ut paulò antè dixi, adeò religiosè adhærere solet, ut, quod de Stoicis dixit Galenus, patriam quàm præceptorum dogma prodere malint: cùm ingenui sit animi, non solùm alienam, sed & propriam potiùs sententiam prodere, quàm veritatem: Unde & ipse Porphyrius in Plotini vita Longini verba adducit, quibus desertæ ac mutatæ rationis philosophandi accusatur. *Quin & communis,* inquit Longinus, *nostri illorúmque amicus Basilius Tyrius non pauca ad Plotini imitationem tractavit: & ipsum potiùs quàm viam rationémque nostram probans, libro quodam conatus est ostendere, Plotini sententiam de Ideis veriorem esse nostrâ: quem opposito contra responso sic satis supérque refutâsse videmur, atque ostendisse, eum malè priorem sententiam recantâsse.* Sanè Longinum Philologum magìs quàm Philosophum fuisse, ut Porphyrio teste Plotinus de eo pronunciavit, satis ostendunt ea quæ Proclus non uno loco suis in Timæum commentariis inseruit. ubi illum verborum sensui enucleando nimium inhærere affirmat. καὶ τὴν λέξιν θεωρεῖν, ut ait lib. I. p. 21. atque in primis pag. 27. ubi & Plotini de eo judicium addit. Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ἐπισημαίνεται πάλιν, ὅτι φροντίζει καὶ ὀνομάτων ὥρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτά, &c. ὅσα μὲν οὖν φιλόλογος, ὥσπερ Πλωτῖνον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ οὐ φιλόσοφος. *Longinus,* inquit, *rursum hoc loco notat, Platonem orationis elegantiæ & varietati studere,*

cùm unam atque eandem rem diversis modis efferat, &c. *atqui ille, quod Plotinus de eo dixisse fertur, Philologus est, non Philosophus.* Alia similia omitto, quæ passim apud eundem philosophum occurrunt. Deinde cùm ad Plotinum sese applicâsset Porphyrius, tantùm ejus conversatione profecit, ut διδασκαλείῳ princeps brevi tempore haberetur: Ἀκορέστως τῆς παιδείας ἐμφορούμενος, καὶ τῆς πηγαίας ἐκείνης καὶ τεθειασμένων λόγων, ut ait Eunapius: *Avidissimo pectore ex Plotini ore, tanquam largissimo fonte, doctrinæ copiam ac divinam planè scientiam hauriens.* Hinc adeò apud eum gratiâ & autoritate valuit, ut soli discipulorum scribendi & respondendi partes committeret. Neque id solum, sed & divinos ingenii sui fœtus eidem relinqueret expoliendos ac publicandos. Taceo quòd Româ in Siciliam ipsum secutus fuerit, ut animi morbo laborantem suâ præsentiâ solaretur: aliáque non exigui amoris atque affectûs argumenta, quæ ex Plotini vita ab ipso Porphyrio conscriptâ, & Eunapio colligere quivis poterit. Suidas nescio cujus autoritate Porphyrium Amelii discipulum vocat: Πορφύριος, inquit, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεύς, Τύριος φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀμελίου τοῦ Πλωτίνου μαθητοῦ. διδάσκαλος δὲ Ἰαμβλίχου. *Porphyrius qui contra Christianos scripsit, cui propriè nomen Basileus, Tyrius Philosophus, discipulus Amelii, discipuli Plotini, præceptor Iamblichi,* &c. & alio loco: Ἀμέλιος, Ἀπαμεὺς φιλόσοφος, μαθητὴς Πλωτίνου, διδάσκαλος Πορφυρίου, συγχρονίσας Ἀμμωνίῳ καὶ Ὠριγένει. *Amelius, Apamensis Philosophus, discipulus Plotini, præceptor Porphyrii, coætaneus Ammonii & Origenis.* Mirum quàm supinus hominis error: quem nec Porphyrium nec Eunapium unquam inspexisse jures: cùm in Plotini vita disertim scriptum reliquerit, se Amelium Romæ condiscipulum habuisse sexennium integrum. Accesserat enim Amelius Plotinum tertio anno Philippi, qui fuit salutis nostræ CCXLVI. vixítque cum eo ad primum annum Claudii, qui fuit Christi CCLXX, xxiv annos solidos, ut testatur Porphyrius. At ipse scholam Plotini ingressus est anno x Galieni, qui fuit à Christo nato CCLXIV. unde ad prædictum annum I. Claudii sexennium est integrum. Quo ipso anno uterque relicto Plotino, Amelius quidem Apameam, Porphyrius autem in Siciliam discesserunt: ubi triennio pòst vixêre, cùm Plotinus in Campania è vivis excederet. Nec puto Porphyrium expleto jam xxxviii ætatis anno Amelio in disciplinam se tradidisse, quem jam Romæ doctrinæ & sapientiæ laude superabat: adeò quidem ut Amelius sua scripta cum venia ab eo legi petat atque emendari. Sed non est quod in re manifestissima prolixiùs ostendenda laboremus: monendum tamen, non minùs errâsse Suidam, dum Amelium Syrum Apamensem nobis facit ex Italo, Hetrusco, Amerino: nam & hoc clarè à Porphyrio in Plotini vita perscriptum. Εἶχε δὲ ἀκροατὰς μὲν πλείους, Ἀμέλιον τε ἀπὸ τῆς Τυσκίας, οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον. αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ Ἀμέριον αὐ-

τὸν

τὸν κῃλῶν ἴχθυ. ἀπὸ τῆς Ἀμερίας ἢ (puto rectiùs ἢ) τῆς ἀμελείας ϖροσ-ποιεῖν αὐτῷ κῃλεῖσθαι λέγων. *Auditores quidem multos habuit, ac inter cæteros Amelium ex Tuscia: cui proprium nomen erat Gentilianus, at ipse Amerius per literam r nominari volebat, quod sibi nomen ab Ameria potiùs, quàm ab amelia sive negligentia inditum esse diceret.* Sed facilis hac in re lapsus, cùm Apameæ ut plurimùm vixerit Amelius atque docuerit: & Justinum Hesychium Apamensem filium adoptivum reliquerit. Verùm nec id satis rectè affirmat Suidas, coætaneum fuisse Ammonio & Origeni Amelium: cùm ætas ejus in extremam utriusq; senectutem inciderit: nam Plotinus ætatis suæ anno xxix Ammonium Alexandriæ audire cœpit, qui xl. demum ætatis anno Romam venit: ubi triennio pòst Amelium habuit discipulum: & Origenes ultimâ senectute obiit, cùm Amelius Romæ ix. circiter annum Plotinum audiret. Sed contrarium errorem errant, qui Amelium Porphyrii discipulum fuisse credunt: atq; ea in re interpretem potiùs Theodoreti, quàm Theodoretum ipsum autorem habent: qui verba ejus serm. 11. Therapeut. δηλοῖ δὲ τοῦτο σαφῶς ὁ Ἀμέλιος, τῆς Πορφυρίου ϖροεδρίας διατρίβης, sic vertit: *quod Amelius, qui Porphyrii scholis præfuit, manifestè ostendit.* quæ meo judicio sic reddi debebant: *Amelius qui in Porphyrii contubernio princeps fuit:* vel, *Amelius præcipuus Porphyrii contubernalis.* Cæteros quoq; condiscipulos in Plotini vita commemorat, Paulinum Scythopolitam; Eustochium Alexandrinum medicos, Zothicum & Zethum, & Castricium Firmum, cujus causâ libros de abstinentia ab esu animantium scripsit: item Marcellum Orontium & Sabinillum atq; Rogatianum Senatores Romanos: & Serapion. Alexandrinum rhetorem, postea etiam philosophum. Discipulos quoq; nec pauciores nec obscuriores habuit: ex quibus maximè inclaruit Iamblichus Chalcidens. Syrus: cujus vitam Eunapius scripsit: & mihi brevi uberiùs de illo agendum erit, cùm omnia ejus scripta simul in lucem producam. Iamblicho & famâ & eruditione proximus fuit Theodorus Asinens. cujus crebrò meminit Proclus in Timæum: qui eum γενναῖον, hoc est, virum egregium, & magnum, sæpiùs autem θαυμαστὸν, sive admirandum veluti peculiari cognomine appellat. Porphyrii discipulum fuisse ex Damascio didici: qui in Isidori vita de admirando ejus profectu sic scribit: οὐ γὰρ ἐπιδιδόναι ῥᾳδίως, οὐδ' ἦν αὔξεσθαι κατὰ πῆχυν, ὥσπερ Θεόδωρος ὁ Ἀσιναῖος ηὐξήθη ὑπὸ τοῦ Πορφυρίου. *Neque facilè erat crescere, & ad cubitos proficere: quemadmodum Theodorus Asinens. sub Porphyrio profecit.* De Chrysaorio, Nemertio & Gedalio nihil affirmare possum, nisi quòd librorum inscriptiones eos de Porphyrii contubernio fuisse ostendunt. Chrysaorium vero operam illi dedisse Ammonius quoq; testatur, cujus verba interiùs producam: ex quib⁹ & illud apparet Porphyrium fuisse κοινωνικὸν καὶ ἥμερον περὶ τὰς παιδείας ἐπιθυμοῦντα: quem characterē verò in philosopho Themistius quoq; requirit: Nam quod studia sua discentium ingeniis tam facilè & tam aptè adtemperavit, id verò ostendit, eum longissimè ab omni mala invidia abfuisse.

CAP. VII.

Porphyrii scripta Grammatica, Philologica, Rhetorica, Dialectica, & Mathematica. Liber de Prosodia, & commentaria harmonica ἀνέκδοτα indicantur: atque, ut quidam volunt, scholia Homerica.

ATque hæc fermè sunt, quæ de vita Porphyrii certa ac comperta ex antiquitatis tenebris producere potui. Nunc scripta ejus ordine in omni doctrinarum genere recensebo, quantum quidem hactenus mihi observare & colligere licuit. Nam, ut Suidas refert, scripsit libros quamplurimos de Philosophia, Rhetorica ac Grammatica. Idem Eunapius in ejus vita testatur, qui eum nullum disciplinæ genus intactum reliquisse ait. Adeò ut dubium sit quam partem diligentiùs excoluerit: οὕτω παντομιγές τι πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς χρῆμα γέγονε. Adeò, inquit, *omni virtutum genere promiscuè excellebat*. In Grammaticis paucissima ejus scripta ex plurimis nobis supersunt. Ex quibus ad Grammaticam τεχνικὴν sive ὀργανικὴν spectat liber Περὶ Προσῳδίας, *De Prosodia*, qui sub ejus nomine extat in Vaticana bibl. cod. ccxl. elegantissima, sed recenti manu scriptus. Cujus principium ascribam, ut scopum atque institutum autoris eo faciliùs lector perspiciat.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΔΙΑΣ.

Ἰστέον ὅτι ὡς ὁ Θρᾷξ Διονύσιος, ὁ περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου διδάξαι ἡμᾶς, καὶ ἔτι περὶ τούτων περὶ στοιχείων, καὶ συλλαβῶν, καὶ λέξεων, οὐκ ἀπὸ τῆς προσῳδίας ἤρξατο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. τὰ δὲ περὶ προσῳδίας ἑτέροις τισὶ τούτου μεταγενεστέροις διὰ τὸ ἄρτι τῆς γραμματικῆς ἀρχομένοις ἀναγκαῖον ἐδίδαξε. Δεῖ οὖν ἡμᾶς καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Διονυσίου τεχνολογίας τῆς ἐξηγήσεως ἄρξασθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προσῳδίας, καὶ πρῶτον μὲν ἐνθυμηθέντας τὸν ὅρον τῆς προσῳδίας διασαφῆσαι τοῦτον, εἶτα καὶ περὶ πάντων εἰπεῖν εἰς ἃ διαιρεῖται, τόνων τε καὶ χρόνων, καὶ πνευμάτων, ἔτι δὲ καὶ παθῶν· μετὰ ταῦτα δὲ περὶ τέχνης καὶ τῶν ἑξῆς ὅλων.

Verum & genuinum esse Porphyrii fœtum equidem credo, cùm omnium fermè artium atque scientiarum εἰσαγωγὰς tradiderit, ut ex sequentibus apparebit: quod & hoc libello præstare voluit, cùm ea παραδείγματα ordine pertractet, quæ ab antiquioribus grammaticis neglecta videbat, veluti prima τῆς παιδικῆς κατηχήσεως rudimenta. Nec quidquam continet indignum tanti viri ingenio; nisi quis interpolatum à sequiorum temporum Grammaticis fortè suspicetur, ex eo, quòd pleráque capita ab illis eclogariorum verbis, ἰστέον ὅτι, incipiant. Nec enim facile adduci potero ut credam, ea à Porphyrii manu esse. Sed de his rectius quisque judicabit, ubi vel nostrâ, vel alterius operâ ipse tandem liber in lucem proferetur. Pertinent huc Γραμματικαὶ ἀπορίαι. *Dubia Grammatica*. quæ inter alia Suidas solo nomine commemorat: nec alibi hactenus citata vidi. Ad Grammaticam ἐξηγητικὴν referri debent

Ὁμη-

Ὁμηρικὰ ζητήματα λβ'. πρὸς Ἀνατόλιον.

Homericæ quæſtiones xxxii. *ad Anatolium.*

Is libellus Homero in melioribus editionibus adjungi ſolet. Quo probare conatur, ὡς αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν τὰ πολλὰ Ὅμηρος ἐξηγεῖται· *Homerum ſemetipſum ut plurimum explicare:* ut in principio libri affirmat. Atque hæc præludia quædam eſſe voluit juſti commentarii in principem poetarum, vel ut ipſius verbis utar, τῶν πραγματειῶν τῶν εἰς Ὅμηρον ἀγώνων. Quem & poſtea abſolvit. Citatur enim ab Euſtathio Homeri interprete ad Iliad. β'. pag. 285.

Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον.

Porphyrius in Commentariis in Homerum.

cujus autoritate etiam alibi utitur: ut videre eſt Iliad. α'. pag. 33. & 62. Iliad. β'. pag. 196. & 225. tum ad catalogum navium pag. 263. aliiſque plurimis locis, quos recenſere longum eſſet. Laudat etiam Macrobius lib. 1. ſomn. Scip. c. 3. verba ejus hæc ſunt: *Si quis forte quærere velit, cur porta ex ebore falſis, & à cornu veris ſit deputata, inſtruetur autore Porphyrio, qui in Commentariis ſuis hæc in eundem locum dicit ab Homero ſub eadem diviſione deſcriptum. Latet, inquit, omne verum, hoc tamen anima, cùm ab officiis corporis ſomno eyus paululùm libera eſt, interdum adſpicit: nonnunquam tendit aciem, nec tamen pervenit: & cum adſpicit, tamen non libero & directo lumine videt, ſed interjecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit.* Ex hiſce commentariis puto & illa deſumpta fuiſſe, quæ Etymologus voce Κνίσση adducit. Et Græcum Scholiaſten Homeri, qui in Vaticana bibliotheca primo loco extat, ſæpius Porphyrii autoritate uſum obſervavi. Tum & illud hoc loco monendum, extare Florentiæ apud Ducem Salviatum ſcholia antiqua in Poetam, ἀδέσποτα, & multis in locis vetuſtate exeſa; quæ nonnulli Porphyrio, alii etiam antiquioribus autoribus tribuunt. Ego ut Porphyrii non eſſe certò credo, ità de autoris ætate nihil temere pronuncio. Guſtum præbebit eruditis principium operis, quod eruditiſſimus antiquitatis perveſtigator Joannes Bapt. Donius mecum communicavit.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ] Ζητοῦσι διὰ τί ἀπὸ τῆς μήνιδος ἤρξατο οὕτω δυσφήμου ὀνόματος· διὰ δύο ταῦτα. πρῶτον μὲν, ἵν' ἐκ τοῦ πάθους ἀποθηριώσῃ τὸ τοιοῦτον μόριον τῆς μάχης, καὶ προσεκτικωτέρους τοὺς ἀκροατὰς ἐπὶ τοῦ μεγέθους ποιήσῃ, καὶ προεθίσῃ φέρειν γενναίως ἡμᾶς τὰ πάθη, μέλλων πολέμους ἀπαγγέλλειν· δεύτερον δὲ, ἵνα τὰ ἐγκώμια τῶν Ἑλλήνων πιθανώτερα ποιήσῃ. ἐπεὶ δὲ ἔμελλε νικῶντας ἀποφαίνειν τοὺς Ἕλληνας εἰκότως ἡ καταστροφὴ ἀξιοπιστότερον ἐκ τοῦ μὴ πάντα χαρίζεσθαι τοῖς ἐκείνων ἐπαίνοις. ἤρξατο μὲν ἀπὸ μήνιδος, ἐπειδὴ αὕτη τοῖς περιέχουσιν ὑπόθεσις γέγονεν. ἄλλως τε καὶ τραγῳδίαις πραγματικὸν ἐξαίρετον προοίμιον. καὶ γὰρ προσεκτικοὺς ἡμᾶς ἡ τῶν πραγμάτων διήγησις ἠργάζετο. καὶ ὡς ἰατρὸς ἄριστος πρῶτον ἀναστέλλων τὰ νοσήματα τῆς

ψυχῆς

ψυχῆς, ὥσπερ τὴν ἴασιν ἐπάγειν. Ἑλληνικὸν δὲ τὸ περὶ τέλει τὰς ἡδονὰς ἐπάγειν. ἴδιον δὲ ὥσπερ ἐπὶ συκῆς πρῶτον μὲν φύλλα, ὄλυνθος, εἶτα φύλλις σῦκον, ἰσχάς. οὕτω πρῶτον ὀργὴ, θυμὸς, χόλος, κότος, μῆνις, ὅμως ὁ ποιητὴς ὡς συνωνύμοις ὀνόμασιν ἐπὶ Ἀχιλλεῖ χρῆται. Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν. Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. Αὐτὰρ ὁ μήνιε νηυσὶ παρήμενος. Μῆνις] ἀπὸ τοῦ μένω μῆνις, ὡς ἐνὸς ἦνις. οἱ δὲ περὶ Γλαύκωνα τὸν Ταρσέα ἠξίουν δξύνειν τὸ ὄνομα, οὐκ ὀρθῶς.

Deinde ad versum 3. πολλὰς] πόσον. ἰφθίμους] ποῖον. ψυχὰς] οὐσίαν. ἄϊδι] τόπον. προΐαψεν] χρόνον.

Postea ad versum 5. Διὸς βουλὴ] λέγει νῦν ὁ ποιητὴς τὴν ἐπαγγελίαν τὴν περὶ Θέτιδα. Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην. Εὐκλείδης δὲ φησὶν, ὅτι οὐχ ὡς ἐπόμενον τοῖς πρώτοις τοῦτο εἴρηται, ἀλλ' ὡς κεχωρισμένον, καὶ καθ' ἑαυτὸ λεγόμενον, ἢ δὲ τοῦ Διὸς ἐτελεῖτο βουλὴ, τοῦ τοὺς ἠδικηκότας ἀξίαν δοῦναι δίκην, ὧν ἠδίκησαν. ὅπερ ἐστὶ τέλος τῆς Ἰλιάδος. Plura adscribere piget. Facilè enim ex hoc ungue leonem agnoscent, quibus aliquid in hoc studiorum genere judicii est. Id certò affirmare possum, esse συλλογὴν ex variis antiquis expositionibus collectam: cùm unus idémque locus paucis mutatis subinde repetatur, aut diversæ eorundem verborum afferantur explicationes, præmissa voce, ἄλλως· quæ propria nota est collectaneorum.

Cæterùm Porphyrius alia diversa in eundem Poetam scripsit, quorum nonnulla ad Philosophica rejeci. Ad Grammaticam spectat libellus, quem nunc græcolatinum exhibeo.

Περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῶν Νυμφῶν ἄντρου.

De antro Nympharum apud Homerum, Odyssee lib. 13.

qui licèt varia naturalis & symbolicæ gentilium Theologiæ arcana complectatur, rectè tamen à me hoc loco ponitur: quòd tota illa antiquorum fabulosa de Diis rebúsque divinis doctrina, καὶ τὰ ποιητικῶς θεολογούμενα ad latissimam Grammaticæ partem spectent, quæ in autorum explicatione versatur. Tum Plato ipse totum hoc Theologiæ genus unà cum suis autoribus damnavit, & à Republica sua proscripsit. Qui solam illam scientiam tam augusto nomine dignatur, quæ de Deo, rebúsque divinis, hoc est, περὶ τῶν ὄντως ὄντων eâ ratione modóque tractat, quam lib. 2. de Republica præscripsit: quos typos theologicos Platonici vocant. De quibus Proclus dissert. 2. in Polit. 1. & lib. 1. cap. 16. Theolog. Platonicæ prolixè & luculenter agit. Ejusdem quoque generis fuit liber. Περὶ Στυγός. *De Styge.* quem Stobæus non uno loco citat: & quòd sciam solus. Ea autem quæ capite 1. libri 2. ἐκλογῶν indè adducit, perspicuè ostendunt, Porphyrium hoc quoque libro locum aliquem Homericum de Styge, adversus Chronii Pythagorei mentem explicâsse: idque partim Physicè & Theologicè, partim Historicè: ut qui loca omnia inspiciat haud dubitet, quin simillimus liber

liber fuerit illi de antro Nympharum. Scripserat autem ni fallor in versus istos, qui Iliad. ό. & Odyss. έ. apud Poetam extant:

Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ· ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Quem Homeri locum Virgilius expressit Æneid. 12.

Adjuro Stygii caput implacabile fontis:
Una superstitio superis quæ reddita Divis.

hujus libri fragmentum, quod hactenus apud Stobæum lib. 1. ἐκλογῶν cap. 8. truncatum legebatur, integrum ex Vaticano codice edidi.

Ejusdem generis cum superioribus fuisse existimo librum à Suida commemoratum,

Περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τοῦ Νείλου πηγῶν.
De fontibus Nili secundum Pindarum.

quo libro explicatum ab eo fuisse existimo illum Pindari locum Isthmior. Odâ 6. Epod. 1. καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν, καὶ δι' ὑπερβορέους. Idémque Suidas recenset

Συμμίκτων ζητημάτων ζ.
Miscellanearum quæstionum libros 7.

quos Proclus in nobilissima illa dissertatione ad 4. librum Politicor. Platonis, de animæ partibus virtutibúsque συμμίκτων προβλημάτων nomine laudat. Οἶδα δὲ ἔγωγε τὸν Πορφύριον ἐν τοῖς συμμίκτοις ἱστοροῦντα προβλήμασι Μηδίου πρὸς Λογγῖνον συνουσίαν τινὰ, περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς. Atque eosdem lib. 2. cap. 1. Comment. in Euclidem, solo συμμίκτων, seu *Miscellaneorum* nomine citat. Περὶ μὲν ἐν τῆς γεωμετρικῆς ὕλης τοσαῦτα εἴχομεν λέγειν, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅσα καὶ ὁ φιλόσοφος Πορφύριος ἐν τοῖς συμμίκτοις γέγραφε, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Πλατωνικῶν διατάττονται. *Hæc de materia Geometrica nobis erant dicenda, cùm haud ignoremus, quæ Porphyrius Philosophus in miscellaneis conscripsit: & quæcunque quamplurimi Platonicorum statuunt.* Unde apparet non philologica solum ab eo fuisse pertractata hoc opere, sed & Mathematica & Philosophica.

Φιλολόγου ἱστορίας βιβλία έ.
Rerum Philologicarum libri 5.

commemorantur à Suida. Et Eusebius lib. 10. cap. 3. προπαρασκ. prolixum Porphyrii locum de furtis autorum adducit ex lib. 1. τῆς φιλολογίας ἀκροάσεως· quod haud dubiè idem opus est, licèt titulus nonnihil variet. Pertinent eodem

Εἰς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον πρὸς Ἀριστείδην, ζ.
In proœmium Thucydidis ad Aristidem, libri 7.

nominati à solo Suida, quod sciam. Hoc opere omnem Græciæ antiquitatem copiosiùs à Porphyrio pertractatam fuisse arbitror; quam Thucydides egregio illo historiæ suæ exordio strictim percensendo delibat.

In Rhetoricis unicum ejus opusculum commendat idem Suidas, Εἰς τὴν Μινουκιανοῦ τέχνην. *In Minucianî artem.* nescio utrùm introductionem, an commentarium dicam. Quis Minucianus ille fuerit ex eodem Suida disces. Μινουκιανὸς Νικαγόρου τοῦ σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος σοφιστὴς, γεγονὼς ἐπὶ Γαλιηνοῦ· τέχνην ῥητορικὴν, καὶ προγυμνάσματα, καὶ λόγους διαφόρους. *Monucianus Nicagoræ sophistæ filius, sophista Atheniensis, sub Galieno Imp. edidit artem rhetoricam, & progymnasmata, ac diversas orationes.* Et extat ejusdem libellus περὶ ἐπιχειρημάτων inter reliquos artis Rhetoricæ scriptores ab Aldo ante cxx annos Venetiis publicatus.

Inter ea scripta quæ ad dialecticam spectant, rectè & filo quodam (ut Boethii verbis utar) primus legentibus studiorum prægustator, & quodammodo initiator occurrit liber Porphyrii, qui organo Aristotelico ubique præmittitur, περὶ γένους, καὶ εἴδους, καὶ διαφορᾶς, καὶ ἰδίου, καὶ συμβεβηκότος. Ità enim Suidas eum commemorat; & Boethius in commentariis suis aliquoties vocat tractatum sive librum. *De generibus speciebus, differentiis, propriis & accidentibus.* Unde vulgò vocatur Περὶ τῶν πέντε φωνῶν. *De quinque vocibus.* Sive *de quinque prædicabilibus*, vel *universalibus*, ut in scholis loqui malunt. In Græcis codicibus inscribitur Εἰσαγωγὴ πρὸς Χρυσαόριον. *Introductio ad Chrysaorium.* Quam inscriptionem Boethius quoq; agnoscit, & Ammonius Græcus hujus libelli commentator. Ex cujus προτεχνολογουμένοις locum apponere placuit, quo scriptionis occasio ac tempus, cujus suprà memini, ostenditur, & Porphyrii vita nonnihil illustratur: τὸ δὲ γνήσιον δηλοῖ μὲν ἡ φράσις, σαφὴς οὖσα, καὶ τὸ ἐν ἄλλοις αὐτοῦ βιβλίοις τῶν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ θεωρημάτων μεμνῆσθαι. ὅτι δὲ καὶ τὸ προσφωνεῖν αὐτὸ Χρυσαορίῳ. τούτῳ γὰρ καὶ ἄλλα τινὰ προσεφώνησε βιβλία, καὶ τοῦτο προσφωνεῖ, διὰ τοιαύτην αἰτίαν. διδάσκαλος ἦν Χρυσαορίου, καὶ ἐξηγουμένου αὐτῷ τὰ μαθήματα, ἐδέησεν ἱστορῆσαι τὸ πῦρ τῆς Αἴτνης, καὶ ἐξεδήμησε. τούτῳ τῷ χρόνῳ ἔλαβεν ὁ Χρυσαόριος τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας, καὶ οὐδὲ ὅλως παρηκολούθει εἰσκύπτων. δηλοῖ οὖν τῷ Πορφυρίῳ ἐκεῖ ὄντι, γράψας τὸ συμβάν. καὶ εἰ μὲν ἱστόρησε τὸ πῦρ, ἐλθεῖν· εἰ δὲ μὴ ἱστόρησεν, εἰσαγωγήν τινα γράψαι, δι' ἧς ἂν μᾶλλον παρακολουθεῖν τοῦ βιβλίου. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Πορφύριος οὐκ ἠδύνατο τέως ὑποστρέψαι, γράφει αὐτῷ τὸ βιβλίον τοῦτο, ἐκ τῶν εἰρημένων τῷ Πλάτωνι. καὶ ταύτῃ συλλέξας σχεδὸν, καὶ δι' αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἐλθών. *Verum autem & genuinum hoc opus esse, dictionis perspicuitas ostendit. Et quod in aliis libris eorum, quæ hoc libro tractavit meminerit: tum etiam quòd Chrysaorio illum nuncupârit: cui & alios quosdam libros inscripsit. dedicat autem illi hujusmodi de causa. Præceptor Chrysaorii erat, cumque eum disciplinis imbueret, petiit, ut incendium Ætnæ coràm cognosceret: atque eò profectus fuit. Reperit interea temporis Chrysaorius categorias Aristotelis, quarum mentem nequaquam assequi poterat. Quapropter Porphyrio literis* rem

rem significat, peregrè tum degenti: rogátq; si incendii naturam explorâsset, domum redeat: sin minùs, ut introductionem aliquam scribât, cujus ope libri sensum assequeretur:cúmq; Porphyrius necdum redire posset, scripsit ei hunc libellum, quem ferme à verbo ad verbum ex Platonis dictis collegit. Εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἐξήγησις κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *In Aristotelis Categorias expositio per interrogationem & responsionem.* Græcè edita fuit Parisiis anno 1543. Quam Bernardus Felicianus latinè convertit. Meminit hujus libelli Simplicius in præfatione commentariorum in easdem categorias. οἱ δὲ καὶ τὰς ἐννοίας μὲν αὐτὰς δὲ μόνας ψιλὰς τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους παραδεδομένας συντόμως ἀπαγγέλλειν ἐσπούδασαν, ὥσπερ ἐν τῷ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν βιβλίῳ πεποίηκεν ὁ Πορφύριος. *Alii nudam duntaxat solàmque Aristotelis mentem breviter explicare voluerunt: quod Porphyrius præstitit libro illo per interrogationem & responsionem.* Mox ab eodem commemoratur Porphyrii Ἐξήγησις τῶν κατηγοριῶν ἐν ἑπτὰ βιβλίοις, πρὸς Γεδάλιον. *Commentariorum in Categorias libri vii. ad Gedalium.* Simplicii verba sunt: μετὰ δὲ τούτους ὁ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν αἴτιος Πορφύριος ἐξήγησίν τε ἐντελῆ τοῦ βιβλίου, καὶ τῶν ἐνστάσεων πασῶν λύσεις οὐκ ἀπόνως ἐν ἑπτὰ βιβλίοις ἐποιήσατο, τοῖς Γεδαλίῳ προσφωνηθεῖσι, πολλὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκεῖ δογμάτων κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου προσιστορῶν. Libros hosce ferme ad verbum transcripsit Iamblichus in suos commentarios in easdem Categorias, quod Simplicius mox sequentibus verbis testatur. μετὰ τοῦτον δὲ ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος πολύστιχον καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο τὸ βιβλίον κατεβάλετο πραγματείαν· τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πορφυρίου καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως κατακολουθῶν· τινὰ δὲ ἐπικρίνων ἐκείνων καὶ διαρθρῶν ἀκριβέστερον, μετὰ τοῦ συστέλλειν τὴν ὡς ἐν σχολαῖς πρὸς τὰς ἐνστάσεις μακρολογίαν. Et sæpius deinde utrumque librum citat. Ex hoc Simplicii loco apparet, non insolens fuisse Iamblicho Porphyrii libros transcribere, aut additis mutatísque quibusdam interpolare: quod & in commentariis in Platonis Timæum eum fecisse apparet ex iis, quæ Proclus ex utroque passim citat. Ità enim fermè ubique eos conjungit, ut unam eandémque utriusque sententiam referat. Idem in Pythagoræ vita ab eo commissum videmus, cùm totum Porphyrii libellum in suos commentarios Pythagoricos transcripserit, absque ulla ejus mentione. Pari ratione ex Oceli, Lucani, Platonis, Nicomachi, aliorúmq; scriptis capita integra transtulit, ut brevi ad ipsum Iamblichum copiosiùs ostendemus. Cæterùm hujus commentarii in Categorias Boethius quoque mentionem fecisse videtur lib. 1. expositionis in Categorias: ubi in ejus operis intentione explicanda se Porphyrium sequi testatur. Idémq; opus ab Eustathio intelligi credo ad Iliad. γ. pag. 387. ubi simpliciter citatur Porphyrius ἐν τοῖς πρὸς Γεδάλιον. *Expositio libri Aristotelis de Interpretatione* citatur à Boethio principio commentariorum, quos secundò in eundem librum edidit, his verbis: *Cujus libri expositionem*

nos

nos scilicet quàm maximè à Porphyrio, quanquam etiam à cæteris transferentes, Latinâ oratione digessimus. Hic enim nobis expositor & intellectûs acumine, & sententiarum dispositione videtur excellere. Et occurrit ibidem frequentissima ejus mentio cum aliquo elogio: ità ut dubium non sit, quin Boethius Porphyrii commentarios maximam partem in suos transtulerit. His affines fuere ob argumenti similitudinem, quos Boethius eodem lib. 1. citat, *Commentarii in Theophrasti librum de affirmatione & negatione.* Eidem Boethio aliorum quoque scriptorum Porphyrii memoriam debemus. Nam dialogo primo in Porphyrium à Victorino translatum laudatur *Introductio ad syllogismos categoricos. Mos,* inquit, *hic Porphyrio est, ut in his rebus quæ sunt obscurissimæ, introducenda quædam & prægustanda præcurrat, ut alio quodam libro de categoricis syllogismis fecit, & de multis aliis, quæ in Philosophia gravia illustriáque versantur.* Ejusdem in fine lib. 2. de syllogismo categorico meminit. Rectè etiam huc, ni fallor, referuntur laudati ab eodem Boethio *Commentarii in Sophistam Platonis.* Neque enim ignoro Platonis διαλεκτικὴν aliam esse ab Aristotelica, ac multò sublimiorem; quippe quæ circa considerationem τοῦ ὄντος versatur: locum tamen hîc tribuo illis commentariis, quòd in iis logica multa, in primis autem doctrinâ dividendi pertractatam fuisse, Boethius testetur in præfatione libri de divisione. *Andronici*, inquit, *diligentissimi senis de divisione liber editus, & hic idem à Plotino gravissimo Philosopho comprobatus, & in libri Platonis, qui Sophistes inscribitur, commentarius à Porphyrio repetitus.* Proclus quoque primâ dissertatione in Platonis Politiam affirmat, hunc dialogum nomen accepisse ἀπὸ τοῦ προηγουμένου προβλήματος· à refutatione scilicet, atque exagitatione Sophistarum: cætera illa quæ obiter de ente & non ente disputantur, esse τῶν ἕνεκά του, atque alterius gratiâ assumi. τὸν γοῦν Σοφιστὴν οὕτως ἐπιγράψαι, ἐπειδὴ τοῦτ' ἦν τὸ προηγούμενον εἰς τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ διαλόγῳ σκέψιν ὁ σοφιστής. καί τοι καὶ περὶ τοῦ ὄντος εἴρηται μνεία, καὶ περὶ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλὰ ταῦτα συντείνεται πρὸς τὸν περὶ τοῦ σοφιστοῦ λόγον.

Sequuntur deinde artes Mathematicæ, in quibus multa scripsit, præsertim astronomica, teste Suidâ. Et licèt nihil in Arithmeticis, & Geometriâ, vel solius nominis indicio supersit, non pauca tamen ab eo in utroque genere edita fuisse, ἢ ὅσα τῶν ἀριθμῶν ἤρτηται. ἢ ὅσα νεύει πρὸς γεωμετρίαν, *vel quæ ex numeris dependent, vel quæ ad Geometriam spectant,* testatur Eunapius. Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα. *Porphyrii commentarius in harmonica Ptolemæi.* Habetur bis térve in bibliotheca Vaticana: idémq; in Christianissimi Galliarum Regis bibliotheca Parisiensi asservatur. Principium ejus hoc est: Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν μουσικῇ περὶ τοῦ ἡρμοσμένου, ὦ Εὔδοξε, δύο προτεύειν ἄν τις ὑπολάβοι, τήν τε Πυθαγόρειον καὶ τὴν Ἀριστοξένειον, ὧν καὶ τὰ δόγματα εἰσέτι καὶ νῦν σωζόμενα φαίνεται.

Totius

Totus ferme commentarius contextus est ex antiquiorum autorum locis, præsertim Didymi περὶ διαφορᾶς τῆς Πυθαγορείου μουσικῆς πρὸς τὴν Ἀριστοξένειον: sive ut alibi citat: περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων. tum ex Ptolemaide Cyrenæa, ἐν τῇ Πυθαγορικῇ τῆς μουσικῆς στοιχειώσει. Ex Æliani & Adrasti Commentariis in Platonis Timæum, ac similibus. Et edidit indè jam olim Franciscus Patricius, sedulus hujusmodi rerum conquisitor, ingens illud fragmentum Aristotelis περὶ ἀκουστῶν, *de audibilibus*: discussionum Peripateticar. tom. 1. lib. vii. neq; tamen in universum ἁρμονικῶν opus scripsit Porphyrius, sed in quatuor duntaxat prima capita: cætera dein Pappus pertexuit. Ità enim in alio manuscripto Vaticano titulus indicat. Πορφυρίου ἐξήγησις εἰς δ΄ πρῶτα κεφάλαια τοῦ πρώτου τῶν ἁρμονικῶν Πτολεμαίου. Sequitur deinde, Πάππου ὑπόμνημα εἰς τὰ ἀπὸ τοῦ ε΄ κεφαλαίου, καὶ ἑφεξῆς.

Astronomicum opusculum unum nobis superest, Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν Πτολεμαίου. *Introductio in Cl. Ptolemæi opus de effectibus astrorum.* edita ante lxx. annos Basileæ, cum anonymi scholiis in tetrabiblum Ptolemæi ex Demophilo collectis, & Hermetis libro de revolutione nativitatum: sed adeò corrupta, ut nullum legentibus usum præstet. Eam Vincentius Richardus, Clericus Regularis, ex optimo & integerrimo codice à se translatam mihi affirmavit, vir benè hasce literas doctus.

CAP. VII.

Porphyrii historia philosophica. Fragmenta ejus collecta. Socratis historici de eadem judicium expenditur.

Historica ejus hoc loco subjungenda: in quibus primum sibi locum jure merito vindicant φιλοσόφου ἱστορίας βιβλία δ΄. *Historiæ philosophicæ*, sive *De Vitis Philosophorum, libri iv.* Meminit hujus operis Eunapius principio ejus libri, quem de Sophistarum vitis scripsit; cujus verba operæpretium est cognoscere. τὴν φιλόσοφον ἱστορίαν, καὶ τοὺς τῶν φιλοσόφων βίους Πορφύριος καὶ Σωτίων ἀνελέξαντο. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Πορφύριος, οὕτω συμβὰν, εἰς Πλάτωνα ἐτελεύτα καὶ τοὺς ἐκείνου χρόνους. *Historiam vitásque Philosophorum collegerunt Porphyrius & Sotion. Sed Porphyrius, nescio quo casu, in Platonem ejúsque tempora desiit*: & Theodoretus ser. ii. θεραπ. de eodem sic scribit: Πλούταρχος δὲ καὶ Ἀέτιος τὰς τῶν φιλοσόφων ἐκπαιδεύουσι δόξας, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὁ Πορφύριος ἀνεδέξατο πόνον, τὸν ἑκάστου βίον ταῖς δόξαις προστεθεικώς. *Plutarchus verò atque Aetius Philosophorum opiniones exposuêre: quem laborem & Porphyrius sibi sumsit, qui & uniuscujusque vitam singulorum opinionibus adjunxit.* Meminit ejusdem sermone iv, & v. Quin & Joannes Tzetzes Grammaticus Byzantinus Chiliadis xi historia ccclxxvii. idem

opus laudat : ubi encyclicas disciplinas vocari docet universum bonarum artium ac scientiarum orbem, ὡς ἔγραψε Πορφύριος ἐν βίοις φιλοσόφων, hoc est, *teste Porphyrio in vitis Philosophorum*. Verùm cùm hujus operis causâ tota hæc dissertatio à nobis instituta fuerit, distinctiùs nonnihil de eo & per partes agendum. Fuit ergò *Liber primus*, *De vita Pythagoræ*. Et quidem ille ipse quem hîc à me editum habes Græcè & Latinè: cùm eum in Germania Conrad. Rittershusius eruditissimus I. C. Græcè tantùm Malchi nomine publicâsset. Nam præter illa quæ superiùs de gemino Porphyrii nomine disserui, non sinit nos de autore dubitare Cyrillus Alexandrinus, qui hoc opus passim citat in x. illis libris, adversùs Julianum apostatam editis. Quos Lutetiæ Parisiorum R. & Cl. P. Jacobus Sirmondus Græcè mihi legendos dedit; cùm hactenus non nisi mala Oecolampadii versio prodierit. Hujus Manuscripti ope plurimùm adjutus fui ad primæ editionis lacunas supplendas : quò & Vaticani codicis autoritas deinde accessit. Indicabo nunc ordine singula Cyrilli loca ; si quis conferre ea cum nostra hac editione velit. libro primo. Πορφύριος γοῦν ἐν τῇ παιδείᾳ κοσμικῇ δόξαν ἔχων παρ' ἐκείνοις οὐκ ἀγεννῆ, ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῆς φιλοσόφου ἱστορίας τοιοῦτόν τι φησὶ περὶ τῶν ὀνομαζομένων σοφῶν, ἤτοι δοκησισοφίας ἐπίληψιν ἐσχηκότων. μὴ δυνάμενοι γάρ φησι τὰ πρῶτα εἴδη, &c. Est locus ille Moderati Gaditani, qui extat pag. 32. v. 22. hujus editionis. Et rursum libro iii. Πορφύριος τοίνυν ὁ αὐτοῦ κοινωνὸς, ὁ τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροστομίας πατὴρ, τὸν Πυθαγόρου βίον ἐξηγούμενος ὧδέ πη φησί. τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς ἐν Μυκήναις, &c. quæ extant pag. 18. vers. 1. hujus edit. addit paulò pòst. Γράφει δὲ πάλιν ὁ Πορφύριος ὧδε περὶ αὐτοῦ· τοὺς δὲ περιπάτους, &c. quæ hîc extant in fine pag. 21. Deinde libro vi. Γράφει δὲ ὅδε καὶ τὸν Πυθαγόρου βίον ἐξηγούμενος, οὕτω διαθεῖναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν, &c. quæ habentur pag. 12. vers. 4. Item libro ix. Πυθαγόρας δὲ τὴν αἰνιγματώδη δήλωσιν οὐκ ἀτιμήσας ἔχει, ἀλλ' ἦν ἐν λόγῳ τὸ χρῆμα αὐτῷ. γέγραφε γὰρ ὧδέ περὶ αὐτοῦ Πορφύριος ἐν βιβλίῳ πρώτῳ φιλοσόφου ἱστορίας. ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος, &c. quæ leguntur in hoc libello, pag. 27. vers. 34. Denique libro x. Καὶ γοῦν ὁ Πορφύριος τὸν Πυθαγόρου βίον ἐναρξῇ καθιστὰς ὧδέ πη φησίν· Ἀντιφῶν δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου, &c. quæ habentur pag. 5. vers. 13. proferuntur ibidem alia loca quæ in notis indicabo. Quæ quidem omnia nequaquam nos de hujus libri autore dubitare sinunt : cujus nomen cur in Mss. codicibus supprimatur, postea dicam.

Secundum librum à nemine citatum observavi, neque temerè dixerim cujus vitam is complexus fuerit.

Liber tertius de vita Socratis laudatur à Cyrillo contra Julianum, lib. 6. paulò pòst principium. Φέρε γὰρ ἴδωμεν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ὁποῖος ἦν ὁ διαβόητος παρ' αὐτοῖς Σωκράτης. καὶ ἀπιστήσειε μὲν ἴσως ἅπας τισοῦν τοῖς περὶ τούτου λόγοις, οὐ μὴν ἔτι καὶ τοῖς Πορφυρίου γράμμασιν ἀντερεῖ,

ἀντιρρεῖ, ὃς τὸν ἑκάστου τῶν ἀρχαιοτέρων ἀπεσημήνατο βίον. σκοπὸς γὰρ οὕτως γέγονεν αὐτῷ, καὶ πολλῆς ἠξίωσε τὸ χρῆμα σπουδῆς. ἔφη τοίνυν ὧδε περὶ αὐτοῦ. λέγει δὲ ὁ Ἀριστόξενος ἀφηγούμενος βίον τοῦ Σωκράτους, ἀκηκοέναι Σπινθάρου τὰ περὶ αὐτοῦ ὃς ἦν εἷς τῶν τούτῳ ἐντυχόντων· τοῦτον λέγειν, ὅτι οὐ πολλοῖς αὐτὸς δὲ πιθανωτέροις ἐντετυχηκὼς εἴη· τοιαύτην εἶναι τήν τε φωνήν, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ ἐπιφαινόμενον ἦθος· καὶ πρὸς πᾶσι δὲ τοῖς εἰρημένοις τὴν τοῦ εἴδους ἰδιότητα. γίνεσθαι δέ πως τοῦτο, ὅτε μὴ ὀργίζοιτο. ὅτε δὲ φλεχθείη ὑπὸ τοῦ πάθους τούτου, δεινὴν εἶναι τὴν ἀσχημοσύνην. οὐδενὸς γὰρ οὔτε ὀνόματος ἀποσχέσθαι, οὔτε πράγματος. & paulò pòst, γέγραφε γὰρ ὧδε πάλιν περὶ αὐτοῦ Πορφύριος. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν βίον τὰ μὲν ἄλλα εὔκολον, καὶ μικρᾶς δεόμενον παρασκευῆς εἰς τὰ καθ' ἡμέραν γενέσθαι· πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδικίαν δὲ μὴ προσεῖναι. ἢ γὰρ ταῖς γαμεταῖς, ἢ ταῖς κοιναῖς χρῆσθαι μόναις. δύο δὲ σχεῖν γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲν πολῖτιν καὶ κοινοτέραν πως· Μυρτὼ δὲ Ἀριστείδου, θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου· καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην περιπλακεῖσαν λαβεῖν, ἐξ ἧς ἑαυτῷ Λαμπροκλῆς ἐγένετο. τὴν δὲ Μυρτὼ γάμῳ ἐξ ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος. *Videamus ergò qualis præ cæteris celebris ille Socrates fuerit. Nec fortè temerè quis fidem omnibus adhibebit, quæ de illo narrantur: Porphyrii tamen scriptis contradicere non poterunt, qui de antiquorum vitis sigillatim exposuit, atque cum in finem studii quamplurimum impendit. Is hæc de eo refert: Aristoxenus dum Socratis vitam narrat, ait sese Spintharum Socratis familiarem audivisse affirmantem, quod in nullum unquam incidisset, cui major fuerit vis persuadendi: & ad hoc vocem ac vultum, morésq; ejus fuisse compositos; & gestus singulis dictis accommodatos. Atque id eum fecisse ait, cùm non irasceretur: sed hoc affectu succensum nullum omnino servâsse decorem, nec ab ulla tum voce vel facto abstinuisse.* Paulò pòst: *idem Porphyrius de eodem sic scribit: in reliqua omni vita eum frugi fuisse, nec magno apparatu vixisse in diem: in rebus autem venereis vehementiorem quidem fuisse, abstinuisse tamen ab omni injuria: quòd vel uxoribus, vel prostitutis tantùm uteretur. Duas eodem tempore habuisse conjuges, Xanthippen civem Atticam, sed paulo communiorem; & Myrto Aristidis filiam, Lysimachi neptim. Et Xanthippen quidem clanculum sibi adjunxisse, ex qua Lamprоclem filium suscepit: Myrto autem nuptam domum duxisse, & ex illa Sophroniscum & Menexenum natos fuisse.* Citatur etiam à Theodoreto serm. I. Θεραπ'. ubi de Socrate loquitur, καὶ τοῦτο πολλοὶ μὲν εἰρήκασι καὶ ἄλλοι, καὶ ὁ Πορφύριος δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς φιλοσόφου ταύτης ἱστορίας ξυνέγραψεν. ἔστι δὲ οὕτως· Λέγομεν περὶ τοῦ Σωκράτους, &c. Iterum sub principium sermonis iv. & sermone xii. licèt libri numerum isthic non exprimat. Meminit ejusdem vitæ Socratis Socrates historiæ Ecclesiasticæ lib. iii. cap. xxii. his verbis. Ἐπεὶ μὲν οὖν καὶ Πορφύριος, ὃν Τύριον καλεῖ γέροντα, ἄμφω φιλοσκώπται ἦσαν, ὑπὸ τῶν οἰκείων λόγων ἐλέγχονται. Πορφύριος μὲν γὰρ τοῦ κορυφαιοτάτου τῶν φιλο-

σόφων Σωκράτους τὸν βίον διέσυρεν ἐν τῇ γεγραμμένῃ αὐτῷ φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ, καὶ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γράψας κατέλιπεν, οἷα ἂν μήτε Μέλιτος μήτε Ἄνυτος οἱ γραψάμενοι Σωκράτην εἰπεῖν ἐπεχείρησαν. *Quòd autem Julianus,* inquit, *atque Porphyrius, quem Tyrium senem vocat Libanius, detractores ambo fuerint suis ipsorum sermonibus arguuntur. Nam Porphyrius summi philosophorum Socratis vitam laceravit in historia philosophica, quam ipse conscripsit: & talia de eo retulit, qualia nec Melitus, nec Anytus Socratis accusatores dicere conati fuissent.* Eadémque illa ex Socrate transcripsit Nicephorus Call. lib. 10. c. 36. & hist. trip. lib. 7. c. 2. quam censuram paulò pòst expendemus. Meminit etiam tertii hujus libri Stephanus ἐθνικογράφος, voce Γάδαρα.

Liber quartus, de Vita Platonis.

Citatur à Cyrillo libro 8. sæpiùs jam laudati operis adversus Julianum: διαμεμνήσομαι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ῥήσεων, καὶ εἰς μέσον οἴσω τὰ παρ' αὐτῶν, ὡς ἂν εἰδεῖεν οἱ ἐντευξόμενοι τῆς χριστιανῶν περὶ θεοῦ δόξης τὸ ἀπηκριβωμένον εἰς τὸ εὐθύ. καὶ ὅτι τῶν παρ' ἐκείνοις οἱ πανδεξιοί τε καὶ σοφοί, λαμπρόν τε καὶ διαβόητον ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ λαχόντες ὄνομα τῆς μὲν παρ' ἡμῖν δογματικῆς ἀκριβείας κατόπιν ἰόντες ἁλοῖεν ἄν, οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰσάπαν ἡμαρτηκότες τῆς ταῖς ἡμετέραις ἕπεσθαι δόξαις. Γράφει τοίνυν Πορφύριος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ φιλοσόφου ἱστορίας. ἄχρι γὰρ τριῶν ὑποστάσεων, ἔφη Πλάτων, τὴν τοῦ θεοῦ προελθεῖν οὐσίαν. εἶναι δὲ τὸν μὲν ἀνωτάτω θεόν, τἀγαθόν. μετ' αὐτὸν δὲ καὶ δεύτερον τὸν δημιουργόν. τρίτην δὲ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. ἄχρι γὰρ ψυχῆς τὴν θειότητα προελθεῖν. λοιπὸν δὲ τὸ ἄθεον ἀπὸ τῆς σωματικῆς ἄρχεσθαι διαφορᾶς. ἀλλ' οἵγε προειρημένοι καὶ πρὸς τοῦτο ἀντιλέγουσι, φάσκοντες μὴ δεῖν τἀγαθὸν συναριθμεῖν τοῖς ἀπ' αὐτοῦ. ἐξῃρῆσθαι γὰρ ἀπὸ πάσης κοινωνίας, διὰ τὸ εἶναι ἁπλοῦν πάντη, καὶ ἄδεκτον τινὸς συμβάσεως. ἀπὸ δὲ τοῦ νοῦ (ἀρχὴ γὰρ οὗτος) τὴν τριάδα μίαν σωθῆναι. hoc est: *Commemorabo autem ad verbum, atque ea quæ apud ipsos leguntur in medium proferam, ut lectores Christianorum de Deo sententiam rectissimè limatam cognoscant. Atque ut optimos & sapientissimos quosque illorum, quique clarum hac re & celebre nomen obtinuerunt, nostrorum dogmatum certitudinem secutos manifestè appareat; nec omnino à vero aberrasse, dum nostram sequuntur sententiam. Scribit igitur Porphyrius libro 4. historiæ Philosophicæ in hæc verba. Plato usque ad tres subsistentias Dei essentiam procedere dicebat. Et supremum quidem Deum esse bonum ipsum: post hunc secundo loco esse rerum omnium creatorem: tertiam verò esse animam mundi. Divinitatem enim usque ad animam progredi. Illud autem quod deitate caret à differentia corporea incipere. Verùm illi, quos ante dixi, hisce quoque contradicunt: asserentes Deum nequaquam rebus ipso inferioribus esse accensendum: exemptum scilicet ab omni societatis communione, nec ullius rei capacem, quæ pari gradu constituatur. Sed ducto à mente principio unam deinde trinitatem servari.*

Citatur

• Citatur etiam *Porphyrius in Philoſophiæ hiſtoria* à barbaro interprete Chronicorum Euſebii, cujus excerpta in magno opere Euſebiano leguntur: ubi nonnulla de tempore, quod inter Ilii expugnationem & primam Olympiadem interceſſit, ex eo afferuntur. Tum alio loco ejuſdem ſententia de Homeri & Heſiodi ætate adducitur. Et forſan ex eodem opere fuêre illa quæ à Simplicio in lib. 2. Ariſt. de cælo citantur, de Babyloniorum obſervationibus aſtronomicis à Calliſthene in Græciam miſſis, *ἅς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐννακοσίων τριῶν, μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας. Quas Porphyrius, mille nongentorum & trium annorum fuiſſe, & uſque ad Alexandri Macedonis tempora ſervatas narrat.* Niſi potiùs ex opere aliquo Aſtronomico fuerint, quæ plurima, teſte Suida, Porphyrius ſcripſerat. Pauca hæc magni operis fragmenta, ut diſperſas naufragio tabulas collegi, quæ ſpecimen aliquod exhiberent eorum librorum, quos incuria mortalium & temporis injuria nobis invidit; vel potiùs Porphyriani nominis invidia extinxit: ſi tamen tam præclarum opus in rebus humanis eſſe deſierit, quod Joannes Tzetzes antè 400. adhuc annos legit. Utinam verò integrum alicundè proferatur! cùm ex primo hoc libro, licèt mutilo, ſatis appareat, quam jacturam res literaria ejus ſcripti interitu fecerit: quod Cyrillus ſummo ſtudio confectum fuiſſe affirmat. Idque eò magis, quòd plurimorum inſignium autorum teſtimonia de Socratis & Platonis vita, ac philoſophandi ratione unà perierunt. Porphyrius enim cùm eorum vitas ſcriberet, à quorum temporibus longiori intervallo erat remotus, & de quibus propria fide nihil poterat affirmare, hiſtoriam ſuam ex aliorum autorum locis centonis inſtar concinnavit: qui ut tempore fuerant propinquiores, ità fidem majorem merebantur. Qua quidem in re diligentiam ejus miror & laudo: qui nè illa quidem diſſimulare voluit, quæ ſequiora de clariſſimis hominibus, ſive verâ fide, ſive invidiâ quorundam atque obtrectandi ſtudio, prodita fuerant. Atque utinam tam facile nobis eſſet in cæteris Porphyrii cauſam tueri, quàm nullo negotio hujus hiſtoriæ fides contra Socratis objectionem à calumniæ ac detrectationis crimine defenditur. Ea enim quæ malevolè contra Socratem Philoſophum ſcripta fuiſſe reprehendit lib. 3. cap. 23. hiſt. eccl. nequaquam de ſuo confinxit Porphyrius, nec propria fide aſſeruit; ſed Ariſtoxeni, graviſſimi ac celeberrimi ſcriptoris autoritate. Quod videre eſt ex Theodoreti ſermone xii. Græcar. affect. ubi ea leguntur, quæ Porphyrius ex dicto autore de Socratis iracundia ac libidine in tertio hujus operis libro retulerat. Taceo enim, quòd Socrates ipſe Zopyri de ſe judicium proprio teſtimonio comprobârit. Scorſim ſcriptus fuit liber, Περὶ Πλωτίνου βίου, καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ. *De Vita Plotini, & ejus librorum ſerie.* qui Enneadibus ipſius ſemper præfigitur. Illas enim emendandas ſibi à præceptore relictas fuiſſe ipſe te-

 ſtatur:

ſtatur: quòd in propriis libris conficiendis ac recenſendis paulò negligentior eſſet. Nec ſolùm Plotini ſcripta recognovit, ſed & introductionibus atque commentariis eadem illuſtravit, quod ex libello ἀφορμῶν & Æneæ Gazæi loco, quem inferiùs apponam, manifeſtè apparet.

CAP. VIII.

Porphyrii ſcripta quæ ad practicam Philoſophiam ſpectant.

VEnio nunc ad ea quæ longè plurima in omnibus Philoſophiæ partibus ſcripſit. Atque in genere quidem de universâ Philoſophia agebat liber à Suida laudatus, Περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας. *De Homeri Philoſophia.* quo id haud dubiè probare voluit, Homerum non minùs philoſophum quàm poetam fuiſſe. Idque fortaſſis in Longini præceptoris gratiam, quem peculiare opus de hac quæſtione edidiſſe conſtat, Suidæ teſtimonio, εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. *Num Homerus philoſophus ſit.* Quem non ſolum philoſophum, ſed principem philoſophorum eſſe Maximus Tyrius affirmat, diſſert. xvi. quâ diſquirit, *utrùm ſit ſecta Philoſophiæ ſecundùm Homerum.* Ubi eleganter Homericam poeſin παναρμόνιόν τι ὄργανον appellat, quod omni vitæ generi atque inſtituto convenit. Atque unum illum omnium artium ſcientiarúmque ſemina, principia, atque exempla continere affirmat. Qui & Horatio teſte, *quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Pleniùs ac meliùs Chryſippo ac Crantore dicit.* Ex hoc ingeniorum fonte omnes poſteà ſapientes animum irrigâſſe, rivulóſque in ſuos deduxiſſe uſus teſtatur Euſtathius, οὐδεὶς οὔτε τῶν τὰ ἄνω περιεργαζομένων, οὔτε τῶν περὶ φύσιν, οὔτε τῶν περὶ ἦθος, οὔθ᾽ ἁπλῶς τῶν περὶ λόγους ἐξωτερικούς, ὁποίους ἂν εἴποις, παρῆλθε τὴν Ὁμηρικὴν σκηνὴν ἀξεναγώγητος, ἀλλὰ πάντες παρ᾽ αὐτῷ κατέλυσαν. Unde philoſophorum præſtantiſſimi Democritus, Zeno Citticenſis, Antiſthenes, Heraclides Ponticus, Poſidonius, Panætius, & Platonici recentiores ferè omnes ſuis ſcriptis Homerum illuſtrârunt. Atque extant duo præclara in hoc genere opuſcula: alterum quidem Heracliti cujuſdam, de Homericis allegoriis. Quod neſcio qua de cauſa Heraclidi Pontico adſcribitur, reclamantibus præter temporis rationem quinque manuſcriptis, quos in variis bibliothecis vidi, & Euſtathio ad Homeri Iliad. α΄. pag. 40. Alterum verò Procli Diadochi quo Poetam adverſus Platonis accuſationes defendendum ſuſcepit. Quibus forte addi debet Strabonis diſſertatio principio operis Geographici. Ex hiſce enim conjicere licet, cujus generis fuerit hoc Porphyrii opus. Laudantur ab eodem Suida Περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν, βιβλία ζ΄. *De Platonis atque Ariſtotelis conſenſu, libri* 7. fuit enim Porphyrius utriuſque Philoſophiæ æquè peritus, ut ſupra diximus, ideóque Ariſtotelica ubique Platoni-

cis

cis admiſcuit. Quod & Proclus lib. 1. in Timæum, pag. 18. teſtatur: ubi ait Porphyrium περιπατητικὰς ἀποδόσεις παρεισφέροντα λύειν τὰς Πλατωνικὰς ἀπορίας. Hoc philoſophandi genus ab Ammonio introductum fuiſſe ex Hierocle ſuperiùs oſtendi: cujus exemplo plerique omnes poſteriores philoſophi cœperunt ἐπαμφοτερίζειν, & Academiam cum Lyceo conjungere: exploſa priorum Academicorum ſuperſtitione, qui unum Platonem nimis religiosè ſectabantur; atque ejus dogmata adeò ab Ariſtotelicis differre exiſtimabant, ut nullâ ratione conciliari poſſent. Hoſce ab utriuſque Philoſophi mente, & ab ipſa veritate longius aberrâſſe affirmat Hierocles: τοὺς μὲν ἑκόντας ἔριδι καὶ ἀπονοίᾳ σφᾶς αὐτοὺς προσπαθέντας· τοὺς δὲ καὶ προλήψει καὶ ἀμαθίᾳ δεδουλωμένους. Quod & Porphyrius hoc opere demonſtrandum ſuſceperat. Nam Taurus Berytius, ut ex Suida diſcimus, ſcripſerat περὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους. Et Attici Platonici liber *contra Ariſtotelem à Moyſe & Platone diſſidentem* citatur ſæpius ab Euſebio, libro xv. præpar. Evang. idémque nunc in Bavarica bibliotheca extare dicitur. Quin etiam inter Latinos Boethius, principio libri 2. de interpretatione, ſe Porphyrii exemplo *Ariſtotelis Platoniſque ſententias in unam quodammodo revocaturum concordiam; & in his eos non ut plerique diſſentire in omnibus, ſed in pleriſque quæ ſunt in philoſophia maxima, conſentire demonſtraturum promiſit.* Optandúmque eſſet ut vel ipſe eam conciliationem abſolviſſet; vel ſi abſolverit, ut ad noſtram perveniſſet ætatem: ità faciliùs Porphyriani operis jacturam ferremus. Sed veterem inter hos philoſophos litem renovare voluit Georgius Gemiſtus Pletho Beſſarionis præceptor, & Trapezuntius Platonis calumniator: & nuper adeo Franciſcus Patricius. In quibus conciliandis veterum exemplo Picus, Foxius, Carpentarius, Mazzonius, Buratellus & alii laborârunt. Ad moralem Philoſophiam ſpectant laudati à Stobæo & Suida Περὶ τοῦ γνῶθι σαυτὸν, δ΄. *De ſui ipſius cognitione libri* 4. hanc enim ſui cognitionem Pythagoræ, ac Platonis ſchola, ut principium atque fundamentum totius Philoſophiæ ſtatuebat, ad purgandum à vitiis animum, & virtutibus ac veritatis cognitione excolendum. qua de re Plato in Alcibiade priore abundè tractat, & Proclus atq; Olympiodorus divinis illis commentariis, quibus eundem dialogum explicârunt. Hiſce rectè ſubjungitur ejuſdem argumenti liber, Περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, πρὸς Χρυσαόριον. *De eo quod eſt in noſtra poteſtate, ad Chryſaorium.* cujus partem non exiguam Stobæus nobis conſervavit lib. 2. ἐκλογῶν. Nam ubi homo ſeipſum rectè cognoverit, nimirum ſe animam eſſe rationalem, quæ corpore ut inſtrumento utitur; ſciet etiam quæ propria ſibi bona adſint, quæ nec alterius beneficio poſſidet, nec impediri ab alio queunt. Videlicet τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, τὰ ἔνδοθεν ἀπ' αὐτῆς κατὰ τὴν αὐτῆς κρίσιν καὶ αἵρεσιν γινόμενα, ut Simplicius ait. hoc eſt, *internos animi motus, qui*

libero ejus judicio propositoque fiunt. Quocirca is qui propriæ perfectioni ſtudet, animam ipſam & propria ejus bona excolat neceſſum eſt. Corpus autem ut animi inſtrumentum curet: cæteráque externa, quatenus ad inſtrumenti conſervationem faciunt: nè vel nimio neglectu uſui ſervitióque animæ ineptum reddatur: vel immodico cultu adverſus animæ imperium ſeſe extollat, atque inſtar luxuriantis equi rationis frænum excutiat. Quem in finem ſcripti fuère à Porphyrio, Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, πρὸς Φίρμον Καστρίκιον, βιβλία δ΄. *De abſtinentia ab eſu animalium, ad Firmum Caſtricium, libri* I V. Opus nunquam ſatìs laudatum, quod magnum Italiæ decus Petrus Victorius in lucem protulit, & Bernard. Fælicianus egregiè expreſſit Latino ſermone: quo neglecto, nuper in Galliis neſcio quis ineptiſſimâ verſione vel delirio potiùs perpetuo optimum opus peſſimè contaminavit: ut inter omnes malorum ſpecies, quibus iratum numen Porphyrianos manes noménq; hactenus preſſit, hanc facilè principem ducam; quòd in tam mali medici manus inciderit. Laudatur autem hoc opus ab Euſebio, lib. 9. de præparat. Evang. & à Theodoreto, Therapeut. ſerm. VII. & X. qui ea loca adducunt, quibus profana gentilium ſacrificia ſubvertuntur: cùm Porphyrius diſertim affirmet, eos nequaquam pro diis habendos, qui ſanguinis effuſione atque animantium cæde gaudent. Quæ ratiò cùm typica Hebræorum ſacrificia, quæ vero numini offerebantur, pariter impugnare videretur; reſpondit hac parte Porphyrio Diodorus Epiſc. Tarſenſis: cujus libri κατὰ Πορφυρίου, περὶ ζώων καὶ θυσιῶν, à Suida commemorantur.

Hiſce ob argumenti ſimilitudinem adjungendi ſunt libri aliquot *De regreſſu animæ.* quos D. Auguſtinus lib. X. de Civit. Dei cap. 29. laudat his verbis: *Hoc fortaſſe credere recuſatis, intuentes Porphyrium in his ipſis libris, ex quibus multa poſui, quos de regreſſu animæ ſcripſit, tam crebrò præcipere, omne corpus eſſe fugiendum, ut anima poſſit beata permanere cum Deo.* Capite autem 32. primum ejuſdem operis librum citat: *Dicit Porphyrius in primo juxta finem de regreſſu animæ libro, nondum receptam unam quandam ſectam, quæ univerſalem viam animæ contineat liberandæ.* Græcè fuerat titulus, περὶ ἀνόδου τῆς ψυχῆς. Platonici enim τὴν ἄνοδον, hoc eſt, aſcenſum ſive reverſionem animæ τῇ εἰς τὰ σώματα καθόδῳ opponunt. Ea autem quæ D. Auguſtinus ſe ex iis libris poſuiſſe ait, extant capp. 9. & 10. tum 24. 26. & 28. ejuſdem libri X. ubi Porphyrii ſententiam de purgatione animæ per artem theurgicam fuſè refert, & ut impiam meritò exagitat: quòd dæmones malos in cœlum elatos collocaret inter Deos, & ſydera ipſa hiſce opprobriis infamaret: atque ad falſas malignorum ſpirituum poteſtates & ſuperſtitioſas purgationes; hoc eſt, ut ipſe ait, in errorem certiſſimum ſuâ quoque autoritate homines mitteret. & haſce malæ curioſitatis præſtigias eum non à Platone, ſed Chaldæis magiſtris ſuis didiciſſe affirmat: ut immundiſſimorum dæmonum prædicatorem & angelum eum vocare non dubitet:

bitet: quamvis, teste eodem D. Augustino cap. 9. cunctanter & pudibunda quodammodo disputatione quandam quasi purgationem animæ per theurgiam Porphyrius promitteret; reversionem verò ad Deum hanc artem præstare cuiquam negaret. *Ut videas*, inquit, *cum inter vitium sacrilegæ curiositatis & Philosophiæ professionem sententiis alternantibus fluctuare: Nunc enim hanc artem tanquam fallacem & in ipsa actione periculosam, & legibus prohibitam cavendam monet: nunc autem velut ejus laudatoribus cedens, utilem dicit esse mundandæ parti animæ, non quidem intellectuali, quâ verum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum: sed spiritali, quâ corporalium rerum capiuntur imagines: hanc enim dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum & angelorum, ad videndum Deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animæ nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum suum, & perspicienda ea quæ verè sunt.* Unde idem Augustinus cap. 24. Porphyrium invidis dæmonum potestatibus subditum, de iisdem & erubuisse, & eas liberè redarguere formidâsse affirmat. & cap. 26. testatur ipsum theurgorum fallaces præstigias utcunq; habuisse perspectas; sed contra multorum Deorum cultum Deum verum non liberè defendisse. Omitto enim alia plurima, quæ iisdem libris Porphyrio nimis quàm verè impinguntur. Cæterùm quæ de duplici animæ purgatione Porphyrius hoc opere tractârat, rectiùs poterunt intelligi, si quis ea adhibeat quæ ab Hierocle ad postremam partem Pythagorici carminis περὶ καθαρμῶν καὶ λύσεως τῆς ψυχῆς disputantur. Ità enim Pythagoras ejúsque sectator Plato senserunt: animam humanam divinæ auræ particulam, dum relictâ cœlesti statione ex universo animarum choro ad mortalem vitam & terreni corporis commercium per ætheriam regionem descendit, ibidem quandam corporis speciem assumere, quo spiritualis ejus essentia tanquam vehiculo ad inferiora hæc deferatur: & elementorum regiones peragrantem varias insuper induere tunicas, ordine ex elementis conflatas; quibus circumamicta ità demum corpori se insinuet. De vehiculi illius natura variæ fuêre Platonicorum sententiæ, ut ex Proclo lib. v. in Timæum pag. 311. & 320. videre est: quorum alii universi naturam animæ currum esse voluerunt; alii astrum aliquod animæ congenitum: alii mixtum quid ex cœlestibus sphæris: alii concretum aliquid ex universo æthere. Sed cùm animam ad inferiora vergentem eo fine corpori immergi crederent, ut à terreno affectu purgata, ad Deum autorem & originem suam reverteretur, varias statuerunt purgationum species, quarum beneficio mortalitatis vinculis exsoluta, pura ac libera ad pristinam συζωίαν rediret. Et de iis quidem quæ terreni corporis molem leviorem reddunt, quas in sobria & moderata victûs ratione consistere existimabant, Porphyrius luculenter agit quatuor illis libris de abstinentia ab esu animalium: de reli-

reliquis autem duabus operæ precium est videre Hieroclem pag. 305. ubi animam rationalem mathematicis disciplinis purgari ait; de quibus in notis nonnulla dicenda erunt: solvi autem atque elevari τῇ διαλεκτικῇ τῶν ὄντων ἐποπτείᾳ, sive contemplatione eorum quæ verè sunt: quam λόγον ἀναγωγὸν appellat. Spiritalem verò animæ partem, ut D. Augustinus Porphyrii verbis vocat; sive τὸ πνευματικὸν καὶ λεπτὸν τῆς ψυχῆς ὄχημα, & ut iidem Platonici appellant, τὸ αὐγοειδὲς τῆς ψυχῆς σῶμα, sive τὸ ψυχικὸν σῶμα, suam quoque purgationem, suámque exsolutionem habere affirmant. & mathematicis quidem purgationibus respondere τὴν τελεστικὴν καθαρμὴν, contemplationi autem mentali τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγήν· *hæc enim*, ait, *propriè purgant perficiúntque animæ rationalis spiritale vehiculum: & separant illud à mortalitatis contagio, & ad mundorum spirituum congressus idoneum aptumque reddunt.* Sed operæ pretium erit utriusque Philosophi verba diligenter inter se contendere: cùm non solùm alter alteri facem alluceat, sed id quoque manifestè eorundem comparatione appareat, non unum Porphyrium eo seculo illud superstitiosæ impietatis genus probâsse; quod & antiquissimis quibúsq; ante natum Porphyrium, & post eum recentioribus Academicis omnibus in usu fuit: qui longè latéque terrarum orbem peragrabant, ut omnibus omnium Deorum sacris initiarentur: quòd animum tot lustrationibus à mortalium rerum contagione defæcatiorem reddi,& ad Dei rerúmque divinarum contemplationem magis aptum atque expeditum effici crederent. Addo etiam, Hierocli non minùs quàm Porphyrio perspectas fuisse Theurgicarum, sive, ut ipse vocat, sacrarum artium præstigias. Cùm ità demum id purgationum genus probet, si θεοπρεπῶς, hoc est, sacro ritu, non tralatitio agyrtarum more fiant. Id verò mirari subit, D. Augustinum, quo nemo veterum Platonis doctrinam aut rectiùs intellexit, aut æquiùs de ea judicavit, illud tanquam proprium ac suum Porphyrio objicere, quod *omne corpus fugiendum esse*, dicto opere pronunciâsset: cùm ea in re nihil à Platonis sententia diversum affirmârit: qui in Phædone, & in VII. libro de rep. prolixâ disputatione, & luculenta antri subterranei similitudine ostendit, animum corpori tanquam cœco carceri inclusum, mole atque passionibus ejus in veritatis contemplatione quàm maximè præpediri. idcirco abducendum eum à sensibus, & corporis, domestici hostis, familiaritatem sedulò ei cavendam ac fugiendam esse: & circa hanc fugam omne Philosopho studium operámque collocandam: quam & Plato dictis locis & Porphyrius mortem philosophicam, sive mortis meditationem, aut vitam secundum mentem, aut animæ abductionem conversionémq; vocant: ità tamen ut vinculum illud, quo natura corpus animamque colligavit, violenter abrumpendum negârint, nec animæ à mortalis vitæ statione absque supremi imperatoris jussu decedendum: quod Cleombrotum Ambraciotam non rectè intellecta Platonis disputatione fecisse aiunt;

quódq;

quódq; ſevera porticus probavit, quæ paſſim occinit, ἤνοικται ἡ θύρα. & ad laqueos & præcipitia homines mittit. Socrates enim in Phædone multis rationibus αὐτοχειρίαν diſſuadet: Cujus ſententiam Porphyrium quoque ſecutum videmus lib. 1. de abſtin. qui cùm duplicem diſceſſum animæ à corpore dixiſſet; unum quidem violentum, alterum verò qui fit πειθοῖ καὶ κατὰ λόγον, quam in Plotini vita εὔλογον ἐξαγωγὴν appellat: primum illum, cum universâ Platonis ſchola ut impium & animæ noxium his verbis damnat: Βίᾳ μὲν πάνυ ἑαυτὸν ὁ φιλοσοφῶν οὐκ ἐξάξει. βιαζόμενος γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐκεῖ μένει, ὅθεν ἀπελθεῖν βιάζεται· h. e. *Philoſophus nequaquam vi ſemetipſum è vita educet: nam qui nolens cogitur excedere, nihilominus ibi permanet, unde vi expellitur.* Sed illud aliquis objiciet, non eo nomine Porphyrium reprehendi, quòd fugam à corpore ſuaſerit, ſed quòd omne corpus fugiendum præceperit. Illo enim effato reſurrectionis myſterium tolli: cùm Sanctorum animas unitas corpori ad beatitudinis gloriam elevatum iri Catholica fide credamus: eodémque argumento lib. 22. c. 26. D. Auguſtinus Porphyrium urget. Cui id reſponderi poſſet, Platonici Philoſophi verba nequaquam præter Platonis mentem, ac rem ipſam de qua agitur, trahenda eſſe: cúmque Porphyrius, ut Platonicorum verbis utar, τὴν θνητὴν καὶ αἰσθητικὴν τοῦ θνητοειδοῦς σώματος ἐμπάθειαν fugiendam præceperit animo ad Dei rerúmque divinarum contemplationem contendenti, minùs commodè de cœleſtium ſyderum aut beatorum glorioſis corporibus ea explicari: quandoquidem illa nullis cum animo humano vinculis conjunguntur: hæc autem depoſitâ mortalitatis ſarcinâ ſpiritualia & incorruptibilia evaſêre, ut officere ampliùs nequeant. Veruntamen nè quid temerè à ſanctiſſimo pariter ac ſapientiſſimo viro reprehenſum credam, Eunapii autoritate moveor; qui neſcio quod corporis humanitatíſque odium Porphyrium inceſſiſſe tradit, cùm Plotini ſapientiam largiùs imbibiſſet, quàm animus atræ bilis vehementiâ æſtuans concoquere valeret. Verba ipſa cognoſcere operæ pretium eſt: Εἶτα, ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν λόγων νικώμενος, τό, τε ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησεν, καὶ διαπλεύσας εἰς Σικελίαν ἔκειτο στενάζων καὶ ἀποκαρτερῶν, τροφήν τε οὐ προσιέμενος, καὶ ἀνθρώπων ἀλεείνων πάτον. *Victus dein rationum magnitudine concepto corporeæ molis humanitatisque odio trajecit in Siciliam: ubi jacuit ſuſpiriis, animi deliquio & inediâ propè confectus: neque tamen cibum admittens, & hominum veſtigia vitans.* Tum verò inprimis me movet, quòd Origenes ſuum illum errorem ex Platonica philoſophia hauſerit, quo veram carnis reſurrectionem negans, neſcio quam ſpiritualis corporis ſpeciem reſurrecturam ſomniabat. Quem etiam confirmare ſtudebat verbis D. Pauli, negantis carnem & ſanguinem poſſe regnum Dei poſſidere, 1. Cor. 15. v. 50. in quem ſenſum & alterum Apoſtoli locum trahebat, 2. Cor. 5. v. 1. ubi aſſerit, nos *terreſtri domo noſtræ hujus habitationis diſſolutâ habituros ædificationem ex Deo, domum non manufactam*

æ ri-

æternam in cœlis, ut videre eſt ex S. Methodii libro de reſurrectione apud Photium: quo hunc Origenis errorem ſolidè confutat. Quocirca non eſt quòd miremur hominem gentilem ad illum ſcopulum impegiſſe, adquem Origenes ipſe jam antè fidei navem fregerat. Cæterùm quòd D. Auguſtinus libr. 10. cap. 29. aſſerit Porphyrium hoc libro dixiſſe, ad Deum per virtutem intelligentiæ pervenire, paucis eſſe conceſſum: ad eundem locum, ni fallor, reſpexit Tzetzes Chil. vii. hiſt. 143. dum ait:

Ὀλίγοις δὲ νῦ μέτεστιν, ὀλίγοις ἐξ ἀνθρώπων,
Ἰάμβλιχος, Πορφύριος, καὶ πᾶς σοφὸς ὡς λέγει.

ubi voce monſtroſè compoſitâ Ἰαμβλιχοπορφύριος nunc legitur. Commemoranda etiam hoc loco *Refutatio apologiæ Diophantis Rhetoris*, cujus ipſe in Plotini vita meminit. Rhetor enim ille Socraticus cinædus inſtituta Alcibiadis defenſione probare ſtuduerat, juvenem virtutis addiſcendæ gratiâ etiam corporis ſui turpem uſum docenti concedere debere. Quod perverſum dogma Porphyrius Plotini juſſu refutavit: ubi multa adverſus nefandum vitium de animi ſanctitate, atque integritate corporis, tanta vi argumentorum verborúmque diſſeruit, ut Plotinus præ magna lætitia recitanti ſæpius acclamaret Homericum illud:

Βάλλ᾽ οὕτως· αἴκέν τι φόως ἄνδρεσσι γένηαι,
Sic ferias, & lumen eris mortalibus olim.

Ad civilem ſapientiam referri debent libri x. quos Suidas recenſet, Περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων. *De fructu quem reges capere poſſint ex Homero.* Quibus perfecta boni regis inſtitutio ex Homero continebatur. Ità enim Alexander Macedo regum maximus apud Dionem, orat. 2. de regno, pronunciat: reliquorum omnium poetarum ſcripta aut convivialia, aut amatoria, vel ridicula, vel popularia eſſe: ſolam Homeri poeſin revera generoſam, magnificam, & regiam. Ἡ πρέπει τὸν νῦν προσέχειν τῶν ἀνδρῶν μάλιστα μὲν ἄρξειν μέλλοντα τῶν ὅπη ποτὲ ἀνθρώπων· Et quicunque animum ei adverterit, eum regem fore & feliciſſimum & optimum; cùm duas potiſſimùm virtutes maximè regias Homerus inculcet, fortitudinem & juſtitiam. Ideóque Homeri Iliadem τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον ubiq; ſecum circumgeſtâſſe, & noctu unà cum enſe pulvino ſuppoſuiſſe refert Plutarchus. Tum verò illud non obſcurè oſtendit quanto in pretio Homerum habuerit, quod νάρθηκα ſive ſcrinium inter Darii ſpolia pretio non poſtremum illius cuſtodiæ aſſignârit: ut pretioſiſſimum humani animi opus maximè diviti opere ſervaretur. Sed Porphyriani operis guſtum ex dicta Dionis oratione haurire licet, unde & ſcribendi ἀφορμὰς eum ſumpſiſſe arbitror.

CAP. IX.

Porphyrii scripta physica, theologica, & theurgica.

RE censebo nunc quæ *ad naturalem Philosophiæ partem* spectant, tum etiam quæ ad diviniorem illam pertinent, quam alii Metaphysicam, Platonici augustiore nomine Theologiam dixere: de qua & ipsa physiologia eorum multum adjunctum habet. quippe cùm maxima ejus pars in pervestigatione τῆς πρεσβυτάτης ἀρχῆς, δημιουργικῆς αἰτίας consistat. Unde, Proclo teste, τὰ φυσικὰ οὐ φυσικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεολογικῶς pertractant. Nam ex Pythagoreorum instituto τὸ ὑψηλόνουν, τὸ νοερὸν, τὸ ἔνθεον, τὸ ἀπὸ τῶν νοητῶν πάντα ἐξάπτειν, τὸ μυστικὸν τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον, τὸ ἀναγωγὸν ubiq; adhibent. Unde ob diviniorem philosophandi rationem cæteris non immeritò famâ atque gloriâ prælatos fuisse præter alios SS. Patres D. Augustinus testatur lib. 8 de civit. Dei: & Proclus principio theologiæ Platonicæ; & lib. 2. in Timæum pag. 105. Nam cùm cæteri animo in inferioribus defixo ad naturales & proximas causas omnia revocarent; illi mentis oculos supra omnia quæ corporis sensibus usurpantur extollere ausi fuerunt: & Deum infinito intervallo mentem ipsam exsuperantem, in rebus quidem creatis, ut creatorem patrémque omnium: in theologicis ut summum verúmq; ens, proprium intellectûs objectum & omnis veritatis lumen: in moralibus verò ut summum bonum, sive τὸ αὐτοαγαθὸν sedulâ inquisitione pervestigârunt. Quòd in uno illo naturæ principium causámque rerum omnium, tum intelligendi veritatem, & vitæ felicitatem omniúmque actionum finem consistere existimarent. Et in hac quidem classe principe loco ponendi Περὶ ἀρχῶν βιβλία β'. *De rerum principiis libri* ii. quos Suidas commemorat, laudátq; Proclus lib. 1. Theologiæ Platonicæ cap. xi. Πορφύριος δὲ αὖ μετ' ἐκεῖνον ἐν τῇ περὶ ἀρχῶν πραγματείᾳ τὸν νοῦν εἶναι μὲν αἰώνιον, ἐν πολλοῖς καὶ καλοῖς ἀποδείκνυσι λόγοις· ἔχειν δὲ ὅμως ἐν ἑαυτῷ καὶ προαιώνιον τι ὃ τῷ ἑνὶ συνάπτειν. *Porphyrius verò post hunc in tractatione de principiis, mentem quidem æternam esse, multis præclarisque rationibus demonstrat: habere tamen in se aliquid mente antiquius, quod cum ipso uno conjungatur.* Scripserat autem Porphyrius haud dubiè ad Origenis atque Longini præceptorum suorum imitationem: quòd utriusq; libros περὶ ἀρχῶν non satis probari videret. Et extat de iisdem passim in bibliothecis magnum opus Damascii Philosophi, plenum subtilissimis disputationibus. Referendi quoque ad hanc classem alii ejus libri ab uno, quod sciam, Suidâ commemorati. Quales sunt Περὶ ὕλης, ϛ'. *De materia prima libri* VI. Nisi fortassis hoc opus innuat Æneas Gazæus in Theophrasto suo; cujus verba paulò pòst producam. Item Περὶ ἀσωμάτων. *De incorporeis.* Tum etiam Περὶ ψυχῆς πρὸς Βοηθὸν, ε'. *De anima adversus Boetham Libri* v. Sed postremos hosce

præter

præter Suidam citat Eusebius non uno loco in libris de præparatione, & Theodoretus therapeut. serm. 1. propugnâsse Porphyrium hoc opere Platonis de anima sententiam adversus Boethum Sidonium Peripateticum, Andronici Rhodii discipulum, celebrem Augustæi seculi Philosophum, certius esse credo quàm ut probari egeat. Idque vel unius Eusebii autoritate manifestissimè liquet. Qui cùm lib. xi. præp. Evang. cap. 25. & lib. xv. cap. 9. simpliciter hos libros citet titulo τῶν πρὸς Βοηθὸν περὶ ψυχῆς· laudat eosdem lib. xiv. cap. 10. & lib. xv. cap. 13. nomine τῶν πρὸς Βοηθὸν ἀντιγεγραμμένων περὶ ψυχῆς. vel τῶν πρὸς Βοηθὸν διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λόγῳ, Diversum ab hisce opus fuisse existimo Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων. *De facultatibus animæ.* Unde Stobæus eclogarum physicarum libro 1. multa excerpsit: nec facilè aliter judicaverit quisquis prolixum illum locum rectè expenderit à Stobæo nobis conservatum. Refert præterea Suidas Porphyrium scripsisse Πρὸς Ἀριστοτέλην, περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν. *Adversus Aristotelem, qui animam entelechiam esse statuit.* Et pari modo hìc errant qui vertunt *ad Aristotelem:* reclamante aliquot seculorum intervallo: quod & F. Patricius in discussionibus Peripateticis jampridem monuit. Cæterùm Porphyrius Aristotelicam illam entelechiam etiam in libris de anima contra Boethum impugnârat, ut ex Eusebio videre est lib. xv. præpar. evang. cap. 9. ubi Porphyrii locum ea de re contra Aristotelem adducit. Hisce tandem addo Τὰ εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνήματα. *Commentaria in Timæum Platonis.* Laudatur à Macrobio lib. 11. cap. 3. in somn. Scip. *Hanc Platonicorum persuasionem Porphyrius libris suis inseruit, quibus Timæi obscuritatibus nonnihil lucis infudit.* Et à Joanne Grammatico contra Proclum de mundi æternitate, lib. vi. cap. x. Καὶ τούτῳ δὲ μάλιστα τῷ σημαινομένῳ τοῦ γενητοῦ καὶ ὁ Πορφύριος συγκατατίθεται. λέγει γοῦν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνημάτων ἐπὶ λέξεως ταῦτα, &c. Unde apparet id opus in plures libros divisum fuisse. Idémq; Grammaticus alia indè loca adducit dicti libri vi. cap. 15. Atq; ut Porphyrius Post Crantorem, Taurum, Numenium, Severum; tum verò in primis post præceptores suos Origenem & Longinum in hunc dialogum scripsit, ità post Porphyrium Iamblichus, & Syrianus: & post omnes Proclus sua in eundem librum commentaria edidit: in quibus sæpissime Porphyrii autoritate utitur. Atque id ex pluribus locis apparet. Porphyrium in hoc commentario Origenis & Longini dubitationibus potissimùm respondisse. Et licèt Proclus nonnunquam à Porphyrii expositione recedat; probat tamen sæpius, & propriam opinionem ejus autoritate confirmat.

In *Theologicis* primo loco constituo libellum Τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν. *Sententiarum quæ ad intelligibilia perducunt.* Vel ut Marsilius Ficinus vertit: *De occasionibus sive causis ad intelligibilia nos ducentibus.*

In

In Manusc. Loliniano inscribitur ἔφοδος εἰς τὰ νοητά. Hoc est, *aditus sive accessus ad intelligibilia.* Illum triplo nunc auctiorem habes ex Vaticana bibliotheca, ubi hactenus delituit. Sed nè sic quidem integrum esse, arguunt ea quæ Stobæus in eclogas suas indè retulit, & à me primæ parti suo quæque loco inseruntur. Quorum tamen pleraque in Lolini codice postea reperi. Est autem hic libellus στοιχείωσις θεολογική, seu prima quædam institutio Theologica, brevibus aliquot aphorismis animum ad pleniorem rerum divinarum contemplationem excitans. Et ut Arrianus ex prolixioribus Epicteti dissertationibus enchiridium suum composuit, χρειώτατα καὶ ἀναγκαιότατα vitæ præcepta continens: ità Porphyrius hasce sententias ex Plotini ferme libris excerpsit, quibus non malè, meâ quidem sententiâ, εἰσαγωγῆς loco præfigerentur. Nam quòd nuperrimus interpres Gallus hoc opusculum cum libris de abstinentia cohærere putavit, facilè ejus ἀκρισίᾳ ignosco, qui nihil minùs quàm hoc studiorum genus intellexit. Theologicus etiam fuit, quem Suidas primo loco recenset, Περὶ θείων ὀνομάτων, ά. *De divinis nominibus liber* 1. Item Ἡ πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιστολή. *Epistola ad Anebonem Ægyptium:* sive *Anebuntem* cum D. Augustino vocare malis: qui libro x. de Civ. Dei, cap. xi. hujus epistolæ argumentum prolixè recenset. Continebat enim varias quæstiones de dæmonum natura ac generibus: tum etiam de magicis sacris & divinationibus atq; oraculis eorundem. Quibus sub personato Abammonis nomine Iamblichus integro libro de mysteriis Ægyptiorum respondit. Cui Procli testimonium præfixum est, ubi epistolæ hujus meminit. Eadem quoque ab Eusebio laudatur lib. iii. præp. Evang. cap. 3. & lib. iv. cap. 10. tum lib. 5. cap. 7. Item à Theodoreto lib. 1. θεραπ. Cæterùm Eusebius libro xiv. prædicti operis Ægyptium illum Philosophum non Ἀνεβὼ, sed Νεκτανεβὼ vocat. Quo loco librariorum vitium irrepsisse puto, quibus Ægyptii regis nomen ex Platone notius erat, quàm obscuri sacerdotis.

Referendus ad eandem classem liber Περὶ ἀγαλμάτων. *De statuis sive imaginibus Deorum:* quem Stobæus in ipso principio eclogarum physicarum citat, ut quidem illæ nunc turbato ordine vulgò habentur. Primus enim ille locus capitis περὶ θεῶν· Ζεὺς ἦν ὁ πᾶς κόσμος, &c. qui in Canteriana editione ἀδέσποτος habetur, in Manusc. Vaticano citatur nomine Porphyrii ἐκ τοῦ περὶ ἀγαλμάτων. Atq; hujus loci indicio cognovi ejusdem libri principium esse, quod Eusebius adducit libro iii. præpar. cap. 7. ex quo totius operis institutum perspicere licet. Præmittebat enim *se divinæ sapientiæ sensus & consilia expositurum, quibus Deum, Deiq; potestates imaginibus sensui congruentibus indicârunt ii, qui res invisibiles visibilibus simulachris expresserunt, in eorum gratiam, qui ex statuis tanquam ex libris Deorum historias recensere didicerant.* Deinde cap. 9. eundem locum affert, quem apud Stobæum extare dixi. Et multa ex

hoc

hoc ipſo Porphyrii opere ſubjungens tandem addit: ταῦτά μοι ἐκ τῆ τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς χάριτος ἀπεσχεδιάσθω. ὡς ἂν μηδὲν ἡμᾶς λάθοι τῶν ἀπορρήτων τῆς Ἑλληνικῆς ὁμοῦ καὶ Αἰγυπτιακῆς θεολογίας. Simile Euemeri Meſſenii opus vidit antiquitas: titulo ἱερᾶς ἀναγραφῆς, quod Euſebius lib. iii. ex Diodoro Siculo, & Athenæus citant. In eo ex ſtatuis & ſacris inſcriptionibus de natura Deorum tractabat theologicè ſimul & hiſtoricè. Iamblichus etiam librum περὶ ἀγαλμάτων ſcripſerat, cujus refutationem à Joanne Philopono editam legit Photius, cod. ccxv. quem vidiſſe operæpretium erit, ut materiam & tractandi modum Porphyriani operis cognoſcas. Cùm certum ſit Iamblichum præceptoris veſtigia hac etiam in parte preſſiſſe.

Ejuſdem generis fuit ὁ πρὸς Νημέρτιον λόγος. *Liber ad Nemertium, De divina providentia*, ni quid fallor. Id enim manifeſtè teſtari videntur ea loca quæ apud Cyrillum libro iii. contra Julianum indè nobis ſuperſunt. Sed cùm multa etiam in iis de humanæ voluntatis libertate diſputentur, haud temere quidquam pronuncio. Ideóque niſi lectori id tædio futurum vererer, loca ſingula apponerem; præſertim cùm hactenus præſtantiſſimi illi libri Græcè necdum prodierint. Addo ea, quorum ipſe, & quidem ſolus, in Plotini vita meminit: & in primis poema in Platonis natali recitatum; cui titulus erat, Ὁ ἱερὸς γάμος. *Sacrum connubium.* In quo, ut ipſe teſtatur, multa myſticè cum enthuſiaſmo, & arcano modo ſcripta fuere. Eo carmine aiebat Plotinus Porphyrium oſtendiſſe, *ſe & poetam, & philoſophum, & ſacerdotem eſſe.* Verùm cùm Heſychius ἱερὸν γάμον Jovis & Junonis feſtum apud antiquos fuiſſe ſcribat, non malè fortaſſis quis exiſtimet, carminis ſacri materiem indè à Philoſopho deſumptam fuiſſe. Præſertim ſi cogitet, veteres Jovis nomine aerem, Junonis terram intellexiſſe, & ſub hujuſmodi fabularum involucris pertractâſſe abditiſſima naturæ arcana. Niſi quis tamen ex ipſo potiùs Platone argumentum eum hauſiſſe velit. Cùm enim ille lib. viii. polit. Philoſophum ſuæ reip. moderatorem ἐξ ἱερῶν γάμων, hoc eſt, ex ſacris nuptiis natum velit, quid rectiùs Philoſophi natali celebrando conveniat, quàm poetica ac philoſophica ſacri illius connubii explicatio? ubi multa μυστικῶς καὶ ἐνθουσιασμένως de mentis aſcenſu in Deum, atq; ejuſdem conjunctione cum Deo explicari potuerunt. Quæ cùm ardentiſſimi amoris vi concilietur, connubii & nuptiarum nomine non minùs à Platonicis, quàm noſtris Theologis expreſſa fuit. Cætera autem quorum ibidem meminit Porphyrius, vel ipſe ſuppreſſit, aut certè cum autore interiêre: videlicet liber adverſus Plotinum, Ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὸ νόημα. *Quod ea quæ intelliguntur extra intellectum conſiſtant.* Et ejuſdem *defenſio contra Amelium:* qui & prius illud ſcriptum oppugnârat, & Apologiæ deinde reſpondit, eo argumentorum pondere, ut Porphyrius *palinodiam* ediderit, perceptâ & probatâ tandem Plotini ſententiâ.

Quin

Quin & alterius operis mentio ibidem exstat, *De Ideis*, *adversus Longinum*. Quo Platonis ac Plotini sententiam adversus dictum philosophum defendendum suscepit. Cui & Longinus se respondisse testatur, & Porphyrium refutâsse, ὡς ἐκ τῶν παλινῳδήσαντα. Theologicis tandem addo *magica & theurgica*. Ità enim honorabiliore nomine, ut ait D. Augustinus, nefariæ curiositatis artes, sive ut Eusebius vocat, τὴν κακότεχνον γοητείαν fucare, ac vulgò venditare conabantur; quam eo seculo Platonici & Pythagorici ferme omnes exercuerunt, vel affectârunt: & in primis Plotini discipuli. Quorum aliquos magicarum artium curiositate depravatos fuisse D. Augustinus affirmat, epist. lvi. ad Dioscurum. Et testantur plerorúmque vitæ ab Eunapio scriptæ. Idémq; de Proclo Marinus refert in ejus vita: cujus pars posterior, quæ prolixè περὶ θεουργικῶν agit, hactenus non fuit edita. Et nè quid de Apuleio & Apollonio Tyaneo dicam, ipsum Pythagoram ab Ægyptiis vanas hasce artes didicisse, non solùm Porphyrius testatur: sed & præstigiis hujusmodi excelluisse, miracula ista arguunt, quæ ab ipso perpetrata præter nostrum autorem alii plurimi narrant. Quæ si vera sint, nemo eum à magiæ crimine facilè excusabit. Et quamvìs Porphyrius totum hoc nefandæ superstitionis genus improbâsse videatur locis superiùs ex D. Augustino prolatis: disertis tamen verbis hujus criminis accusatur ab Eusebio, lib. iv. præparat. cap. 6. *Inter Philosophos*, inquit, *nostri seculi hic potissimùm dæmonibus, quos ipse Deos vocat, familiarissimè usus videtur, & eorum causam defendendum suscepisse, atque arcana ipsorum præ cæteris majori studio pervestigâsse*. Et alio ejusdem libri loco ait illum, ὁ παρέργως ὁμιλήσας τῇ τοῦ πολλὰς λανθανούσῃ δεισιδαιμονίᾳ. & libro v. cap. 6. ipsum τὰ ἀπόῤῥητα τῶν ἀῤῥήτων perscrutatum fuisse dicit. Unde & dæmonum amicum & patronum illum appellat. Verùm hac in re non tantùm ethnicæ cæcitatis, sed vindictæ divinæ exemplum nimìs quàm manifestum in Porphyrio agnoscere videor. Qui cùm divinam veritatem repudiâsset, & sacras literas inexhaustum veræ sapientiæ fontem à veritatis spiritu promanantem turbare & conviciis fœdare frustrà studuisset, non solùm ex fabulis, quas humana libido sibi finxit, sed ex saxis aliisque vilioribus materiis numinis majestatem confirmare voluit. Quinimo quod multò detestabilius est, ancipites dæmonum voces, & perplexas oraculorum ambages anxiè conquisivit, ut ex spissis mendaciorum tenebris veritatis lucem eliceret. Fuit enim haud postremum inter ejus opera, Περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας. *De Philosophia ex oraculis*. Quod cùm alibi tum sæpissime ab Eusebio libro iv. de præpar. & Theodoreto serm. x. therap. citatur. Ubi uterq; dæmonum oracula impugnans Porphyrii potissimùm autoritate ad ea evertenda utitur. Sed cùm Eusebius lib. iii. demonst. cap. 6. tertium ejus operis librum citet, perspicuè apparet, idipsum in plures libros distin-

ctum fuisse. Interpres autem hoc loco hallucinatur, qui de Philosophia Selectorum vertit. Quem errorem & in Theodoreto passim commissum video. Quin etiam apud D. Augustinum lib. xix. de Civitate Dei cap. 23. Ejusdem operis titulus corruptus legitur. Verba ejus hæc sunt. *Postremò ipse est Deus, quem doctissimus Philosophorum, quamvis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per oracula quos Deos putat, Deum magnum Porphyrius confitetur. Nam in libris quos* θεολογίων φιλοσοφίας *appellat, in quibus exequitur, atque conscribit rerum ad Philosophiam pertinentium velut divina responsa, &c.* Ità in omnibus editis legitur, nisi quòd recentiores θεολογίαν φιλοσοφίας commodiori fortassis sensu scribere maluerunt. Sed in vetustis Manuscr. Vaticanis scriptum deprehendi, *eglogion philosophias:* quod in recentioribus aliquot in *elogion* detorqueri cœpit. Sed sine dubio ἐκ λογίων φιλοσοφίας reponendum. Quod cùm ex ipsis Augustini verbis appareat; tum verò multò maximè ex eo, quòd totus hic locus ex iii. libro Eusebii de demonstratione Evang. transscriptus est. Sed & apud Julium Firmicum de error. prof. rel. εὐλογίων alicubi editum observavi. Idem verò opus ab Eusebio lib. v. præpar. cap. x. & alibi vocatur ἡ τῶν λογίων συναγωγή. *Collectio oraculorum.* Utriusque inscriptionis rationem, ut & operis universi argumentum lib. iv. dicti operis cap. 6. Eusebius refert. Οὗτος γοῦν (ὁ Πορφύριος) ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, συναγωγὴν ἐποιήσατο χρησμῶν τοῦ τε Ἀπόλλωνος, καὶ τῶν λοιπῶν θεῶν τε καὶ ἀγαθῶν δαιμόνων. οὓς καὶ μάλιστα ἐκλεξάμενος αὐτῷ ἡγήσατο ἱκανοὺς εἶναι, εἴς τε ἀπόδειξιν τῆς τῶν θεολογουμένων ἀρετῆς, εἴς τε προτροπὴν τῆς, ὡς αὐτὸς φίλον ὀνομάζειν, θεοσοφίας. *Porphyrius,* inquit, *in iis quæ de Philosophia ex oraculis hausta conscripsit, pleraque tum Apollinis, tum cæterorum quoque Deorum ac bonorum dæmonum responsa collegit. Quæ potissimùm seligens sufficere sibi existimabat ad theologiæ virtutem probandam, & ad theosophiam, ut ipse vocare amat, sive divinæ sapientiæ studium promovendum.*

Nec temere dixerim eodémne an diverso opere complexus fuerit Τὰ τῶν Χαλδαίων λόγια, *Chaldæorum oracula.* Cujus Æneas Sophista Christianus in Theophrasto suo meminit. Inclinat tamen animus ut credam, cùm totum illud oraculorum opus diversis libris fuerit distinctum, unum aliquem seorsim Chaldæorum oracula continuisse. Æneæ verba hæc sunt: οὐ γὰρ ἀγέννητος οὐδὲ ἄναρχος ἡ ὕλη, τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι, καὶ ὁ Πορφύριος· ἐπιγράφει δὲ καθ' ὅλου τὸ βιβλίον δ εἰς μέσον προσάγει, τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται. Quo loco non possum assentiri interpreti, qui καθ' ὅλου libri titulum fuisse existimavit. Rectiùs puto sic verti: *neque materia generationis & principii expers, quod & Chaldæi & Porphyrius te docent. Ille enim integrum librum conscripsit, quo Chaldæorum oracula producit, quibus materiam genitam esse confirmatur.* Nisi quis credat

dat fuisse hunc librum unum è sex illis περὶ ὕλης, quos superiùs commemoravi. Quod & sequentia Æneæ verba videntur probare: dum Porphyrium Plotini hac de re librum explicâsse scribit. Et in hanc sententiam potiùs discedo. Hisce addenda *Refutatio libri, qui falsò Zoroastri inscribitur, adversus Gnosticos*: cujus ipse in Plotini vita meminit: *Ego vero Porphyrius*, inquit, *multis argumentis ostendi librum Zoroastris nomine inscriptum adulterinum & recentem esse, & ab istius hæresis autoribus confictum: ut dogmata quæ ipsi amplectuntur veteris illius Zoroastris esse crederentur.* Sed & aliorum antiquorum nominibus Gnosticos spurios suos fœtus suppošuisse Porphyrius dicto loco affirmat, & SS. Patres, qui scelestas illorum & nefandas opiniones refutârunt, passim testantur. Cæterùm duo hæc opera quæ recensui, theologicis fortè rectiùs annumerari potuissent. Cùm & Eusebius præfat. libri IV. præpar. fabulosam & fallacem oraculorum doctrinam ad tertium ethnicæ theologiæ genus referat, quod πολιτικὸν vocabatur. Sed ea haud dubiè merè magica fuêre quæ Suidas Porphyrium scripsisse affirmat: Εἰς τὴν τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου φιλοσόφου ἱστορίαν ἐν βιβλίοις δ'. *In Juliani Chaldæi Philosophi historiam libris* IV. De Juliano Chaldæo Suidas alio loco: Ἰουλιανὸς Χαλδαῖος, φιλόσοφος· πατὴρ τοῦ κληθέντος θεουργοῦ Ἰουλιανοῦ. Ἔγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δ'. ἀνθρώπων δέ ἐστι φυλακτήριον πρὸς ἕκαστον μόριον, ὁποῖα τὰ τελεστουργικὰ Χαλδαϊκά. *Julianus Chaldæus philosophus: pater Juliani illius, quem Theurgum vulgò vocant. Scripsit de dæmonibus libros 4. continet autem phylacteria sive amuleta pro singulis corporis humani membris: quales sunt operationes sive incantationes Chaldaicæ.* Nihil mihi hactenus lectum de hujus Juliani scriptis: ut dictu difficile sit, utrùm libri de dæmonibus iidem fuerint cum historia. Quamvis idem utrobique librorum numerus id potiùs suadeat, ut unum idémque opus fuisse credam. De præstigiis magicis Juliani Chaldæi extat Sozomeni testimonium histor. Eccles. lib. 1. cap. 7. ubi vi carminis magici lapidem manu divisisse dicitur. Et fortè hunc Chaldæum intelligit D. Augustinus, quem sacris precibus potentias adjurâsse ex Porphyrio refert lib. 10. de Civit. Dei cap. 9. Julianum juniorem sive theurgum sub M. Antonino Imp. vixisse testatur idem Suidas: eundémque versibus θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια, atque alia ejusdem artis secreta edidisse refert: & Romanis cæli siccitate laborantibus pluvias magicâ arte produxisse affirmat. Meminit ejusdem Proclus libro 4. in Timæum pag. 246. Ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ τῶν θεουργῶν ἀκρότατοι θεὸν καὶ τοῦτον, (τὸν νοῦν) ὑμνοῦσιν, ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν. Meminit etiam Juliani inter celebriores magos Arnobius lib. 1. *Age nunc veniat quis super igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres &c. & Dardanus, Velus, Julianus & Bæbulus, & si quis est alius, qui principatum & nomen fertur in talibus habuisse præstigiis.* Quo in loco nimium sibi indulget quorundam criticorum audacia.

CAP. X.

De Porphyrii libris contra Christianos.

TOt præstantis ingenii monumenta, & eruditissima in omni artium, ac scientiarum genere scripta uno infelicissimo opere proscripsit Porphyrius. Edidit enim Κατὰ Χριστιανῶν λόγους ιε. *Contra Christianos libros* 15. quos nemo antiquorum non citat & detestatur. In Sicilia eum fœtum hunc nefandum parturiisse suprà ostendi. Scriptionis causas facile est colligere ex Tertulliano, Arnobio, Lactantio, aliisque qui contra gentes eo sæculo scripserunt. Dolebant enim homines à vero Dei cultu aversi majorum suorum sacra ac religionem, quæ tot annis obtinuerat, invalescenti ubique Christianismo locum cedere: quem nullis jam legibus prohiberi, nullis suppliciorum exemplis extirpari posse videbant: sed pressum latiùs se diffundere, & civitates ac provincias omnes pervadere: jámque numinum suorum templa passim vel deseri, vel dirui, vel in ecclesias transmutari. Hinc Christianos publicos hostes sacra, profana omnia convellere, καὶ τὰ ἀκίνητα κινεῖν clamabant. His publicæ calamitates velut ab irato numine immissæ tribuebantur: quòd Christi adventus reliquam numinum turbam terris expulisset. Neque id solùm, sed omnem humanitatis cultum eorum doctrinâ extingui, & spissam quandam barbariem induci asserebant. Hinc ad sacræ Scripturæ autoritatem convellendam omni conatu sese accingentes, styli simplicitatem ridebant, elevabant oracula prophetarum, historias sacras in dubium vocabant, miracula, quæ fidei firmandæ edebantur, ut dæmonum præstigias eludebant: constantiam in oppetenda morte pro Christo, obduratam existimabant animi pertinaciam, vel ἀναισθησίαν. Hæc vulgi conviciis, hæc principum edictis nusquam non Christianis objiciebantur. Nec moderatiores fuere Philosophi, qui cùm sapientiam hujus mundi quærerent, ut Apostolus ait, *Stultitiâ prædicationis offensi, Deum per sapientiam non cognoverunt.* Hinc Celsi, Hieroclis, Juliani, & inprimis Porphyrii cæcus erga Christianam religionem furor & θεομαχία. Atque hujus quidem eò acrior & vehementior fuit impetus, quò majorem ingenii vim & eruditionis copiam ad infaustum hoc certamen attulit. Nam quod præclarè à Platone dictum est, αἱ μεγάλαι φύσεις μεγάλας ἐκφέρουσι καὶ τὰς κακίας. Præsertim animus odii & impietatis furiis exagitatus, violentos impetus, & ut Epicteti verbis utar, μανικοὺς τόνους exerit. De totius operis argumento difficile est distinctè quid & per partes pronunciare; cùm omnia S S. Patrum scripta, quæ calumniis hisce opposuerant, interierint. Ex pauculis tamen locis, quæ hinc indè ex sacro & horribili opere proferuntur ab Eusebio, Hieronymo & aliis, conjicere licet, præcipuum Porphyrii laborem in eo versatum fuisse, ut sacræ Scripturæ autoritatem, hoc est, fundamentum cui religio Christiana

Christiana innitebatur, subverteret. Id cùm ex cæteris locis mox producendis appareat, tum ex hisce Eusebii verbis lib. x. præp. cap. 9. *nunc quidem confirmandæ Moysis antiquitati unum hominis cùm Hebræis, tum etiam nobis longè inimicissimi atque infensissimi testimonium libet adjungere: Philosophum illum æqualem nostrum intelligo, qui eo in opere quod adversus nos ex odii vi & magnitudine vulgavit, non modò nos, sed Hebræos etiam, & ipsum Moysem, cæterósque post illum Prophetas iisdem contumeliis oneravit.*

Et *primo* quidem *libro* ipsum de contrarietate sacrarum literarum egisse apparet, atque id conatum fuisse probare, non à Deo sed ab hominibus eas profectas: quòd contradictiones & ἐναντιώσεις in iis occurrant, quæ scilicet à Deo summa & simplicissima veritate promanare non potuerint. Quem in finem maximè adducebat, quod Paulus ad Galatas cap. 2. scribit, se Petro in faciem restitisse: unde colligebat Apostolos, & quidem principes illorum, non publicè omnium saluti, sed suæ quemque gloriæ privatim studuisse. Id SS. Patres non uno loco testantur. D. Hieronymus in proœmio commentar. in dictam Epist. *Quod nequaquam intelligens Bataneotes & sceleratus ille Porphyrius in primo operis sui adversùm nos libro Petrum à Paulo objecit esse reprehensum, quòd non recto pede incederet ad evangelizandum: volens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis: & in commune ficti dogmatis accusare mendacium, dum inter se ecclesiarum principes dissident.* Similia ad ipsum locum capitis 2. repetit. Idem epistola 89. ad D. Augustinum: *hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromateon libro, ubi epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, & cæteri deinceps interpretes sunt secuti, illâ vel maximè causâ subintroducunt, ut Porphyrio respondeant blasphemanti: qui Pauli arguit procacitatem, quòd principem apostolorum Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione constringere, quòd malè fecerit: id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui alium arguit delinquentem.* Et ibidem paulò pôst: *Ego, imò alii ante me exposuerunt causam, ostendentes honestam dispensationem, ut & Apostolorum prudentiam demonstrarent, & blasphemantis Porphyrii impudentiam coercerent, qui Petrum & Paulum puerili dicit inter se pugnâsse certamine: imò exarsisse Paulum in invidiam virtutum Petri,* &c. similia sub finem libri 14. commentariorum in Esaiam apud eundem extant.

Libro tertio de Scripturæ interpretatione agebat: & cùm ipsas Sacras literas convellere non posset, damnabat exponendi modum: præsertim Origenis allegorias. Quod perspicuè apparet ex prolixo loco quem Eusebius hist. Eccl. libro 6. cap. 19. indè producit, & inprimis ex præmissis Eusebii verbis: ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος, συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐνστησάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰς θείας γραφὰς διαβάλλειν πεπειραμένος, τῶν τε εἰς αὐτὰς ἐξηγησαμένων μνημο-

νοήσας, μηδὲν μηδαμῶς φαῦλον ἔγκλημα τοῖς δόγμασιν ἐπενεγκεῖν δυνηθεὶς, ἀπορίᾳ λόγων ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν τρέπεται, καὶ τοὺς ἐξηγητὰς διαβάλλει. ὧν μάλιστα τὸν Ὠριγένην, ὃν κατὰ τὴν νέαν ἡλικίαν ἐγνωκέναι φήσας, διαβάλλειν πειρᾶται. *Porphyrius*, inquit, *nostrâ memoriâ in Sicilia libros adversus nos edens, quibus divinas scripturas calumniis insectari conatus est, cùm ad earum expositores venisset, nihilque in dogmatibus reprehendendum reperisset; sermonis inopiâ ad calumniandum & interpretes perstringendum convertitur. Origenem autem omnium maximè, quem in adolescentia se cognovisse ait, traducere conatur.* Ipsa Porphyrii verba adscribere nimis longum foret: quæ indicâsse sufficit. Ex eodem libro depromptum fuit testimonium illud de eruditione Origenis, quod Vincentius Lirinensis in commonitorio adducit, ut ex citato Eusebii loco videre est.

Librum quartum de historia Mosaica & Judæorum antiquitatibus tractâsse cognoscimus ex loco quem idem Eusebius libro 1. præp. cap. 9. adducit: ubi de Sanchuniatonis Phænicia historia agit: idemque libro 10. cap. 9. & à Theodoreto serm. 2. therap. repetitur. Ex cæteris deinde nihil nominatim citatum observavi. *Duodecimus* omnium celeberrimus est: quo Danielis Prophetiam fortiter oppugnavit. Hac de re operæpretium est D. Hieronymum loquentem audire in procemio commentariorum in eum Prophetam. *Contra Prophetam Danielem*, inquit, *duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cujus inscriptus est nomine, esse compositum, sed à quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Judæa, & non tam Danielem ventura dixisse, quàm illum narrâsse præterita, denique quicquid usque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere: si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. Cui solertissimè responderunt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus voluminibus, id est, octavodecimo & nonodecimo, & vicesimo. Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est, vicesimo sexto: & ante hos ex parte Methodius.* Multa deinde toto hoc commentario ex eodem libro affert, & refutat: cujus etiam in apologia adversus Rufinum, atque alibi meminit. Sed quàm variâ eruditione hic liber refertus fuerit haud obscurè innuit sub finem ejusdem procemii; dum ex variis & reconditis autoribus compositum fuisse testatur. *Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est; Sutorii videlicet Callicini, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii, Theonis, & Andronici cognomento Alypii: quos & Porphyrius esse secutum se dicit.*

Verùm & *decimus tertius* liber adversus eundem prophetam scriptus fuit, teste Hieronymo in XXIV. caput Matth. commentariorum lib. IV. *De hoc loco*, inquit, *id est de abominatione desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stante in loco sancto, multa Porphyrius tertiodecimo operis sui volumine contra nos blasphemavit. Cui Eusebius Cæsariensis Episcopus*

scopum tribus respondit voluminibus, &c. Nec magis à sacra Evangeliorum historia sibi temperavit. Nam & hanc falsitatis eum arguisse idem Hieronymus epistola c I. ad Pammachium testatur. Idémque libro II. adversus Pelagianos, cùm dixisset, Christum, postquam negârat se ad scenopegiam iturum, Joan. VII. postea tamen ascendisse, addit: *Latrat Porphyrius: inconstantiæ, ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda.* Et libro quæst. Hebraic. in Genesin: *frustrà*, inquit, *Porphyrius Evangelistas, ad faciendum ignorantibus miraculum, & quòd dominus super mare ambulaverit, pro lacu Genezareth mare appellâsse calumniatur.* Ad Apostolorum actus spectat illud in epist. ad Demetriadem de virginitate servanda: *denique & Apostolus Petrus nequaquam eis imprecatur mortem*, (Ananiæ scilicet & Sapphiræ) *ut stultus Porphyrius calumniatur: sed Dei judicium prophetico spiritu annunciat.* Ex eodem quoque opere haustum existimo, quod libro adversus Vigilantium ait, Porphyrium miracula ad SS. martyrum sepulturas edita dæmonum præstigias vocâsse: ut & tres illas quæstiones D. Augustino propositas ab amico pagano, quibus sanctissimus Pater epistola xlix. respondet; quam de sex quæstionibus paganorum vulgò vocant: secundam scilicet, tertiam & quartam. Quærebant enim, si Christus se salutis viam dicat, & gratiam, & veritatem, & in se solo ponat animis sibi credentibus reditum, quid egerint tot seculorum homines ante Christum? deinde, cur Christus veteris testamenti sacrificia repudiârit, cùm Deus illa instituerit? tum etiam, quæ proportio sit inter peccatum & æternum supplicium, cùm Christus dicat: *in quacunque mensurâ mensi fueritis metietur vobis.* Earundem libro II. retractat. cap. 31. meminit. Verùm cùm D. Augustinus disertim affirmet, hæc de Porphyrio contra Christianos tanquam validiora decerpta fuisse, satis apparet quo loco gentiles hosce Porphyrii libros habuerint: quippe quorum objectiones vix responsum admittere existimarent. Et sanè δεινότητα ac subtilitatem δυσκατάλυτον haud obscurè f[illegible]r D. Hieronymus hisce verbis præfatione in Danielem: *quæ autem ex hoc propheta, imò contra hunc librum Porphyrius objiciat, testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinaris, qui multis versuum millibus ejus vesaniæ respondentes nescio an curioso lectori satisfecerint.* Et in apologia ad Pammachium pro libris adversus Jovinianum. *Origenes*, inquit, *Methodius, Eusebius, Apollinaris multis versuum millibus scribunt adversus Celsum & Porphyrium. Considerate quibus argumentis, & quàm lubricis problematibus diaboli spiritu contexta subvertant. Et quia interdum coguntur loqui, non quod sentiant, sed quod necesse est; dicunt adversus ea quæ dicunt gentiles.* Atq; hinc factum existimo, ut cùm ipse acriori quodam veneno tela sua tinxerit, quibus Religionem Christianam impetebat, quàm reliqui manifesti Ecclesiæ hostes, Celsus, Hierocles, Julianus atque alii vehementius quoq; odium sibi paraverit. quod quidem satis superq; colligere

colligere est ex frequentissimis SS. Patrum convitiis & λοιδορίαις, quibus Dei & veritatis hostem passim proscindunt & justissimè exagitant. Adeò ut mihi bene longum centonem contexere liceret, præsertim ex Eusebio, Theodoreto, & Hieronymo: quibus religio fuisse videtur nomen Porphyrii absque execratione proponere. Ab illo enim lib. 1. de præp. cap. 9. & lib. 4. cap. 6. Ὁ τὴν καθ' ἡμῶν λαμπρυνόμενος δυσφημίαν καὶ ψευδηγορίαν· item ὁ τῶν δαιμόνων φίλος καὶ συνήγορος appellatur. Libro autem 10. cap. 9. ὁ πάντων δυσσεβέστατος καὶ πολεμιώτατος Ἑβραίων τε καὶ ἡμῶν. Nec minori elogiorum varietate à Theodoreto ornatur, serm. 1. ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσας. serm. 2. ὃς τῆς ἀσεβείας γενόμενος πρόμαχος κατὰ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν ἀκόλαστον ἐκίνησε γλῶτταν. serm. 3. ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος. serm. 10. ὁ ἄσπονδος ἡμῶν πολέμιος, τὴν προσηγορίαν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀναδεξάμενος μάχην. serm. 12. ὁ πάντων ἡμῖν ἔχθιστος. Ità etiam D. Hieronymus, *stultum, impium, blasphemum, vesanum, impudentem, sycophantam, calumniatorem Ecclesiæ, rabidum adversus Christum canem* passim vocat: ut cæteros taceam, apud quos nec pauciora, nec leviora reperias. Sed nè convitiis tantùm Christi & veritatis hostem quis oppugnatum existimet, prodierunt adversus ipsum in arenam præcipui aliquot Ecclesiæ doctores, & manu consertâ calumnias veritatis gladio jugulârunt. Nam ut Fl. Lucius Dexter in Chronicis ad annum Christi CCCX. prodidit; (si modò autor tot assumentis adulteratus ad testimonium citari debeat:) *Triginta circiter scriptores Catholici contra blasphemias Porphyrii philosophi scripserunt, & in his nonnulli Hispani* si interpolatoribus credendum. Istiusmodi enim affanias largâ manu adscripserunt, qui suæ nationis laudem sese aucturos hâc ratione sperabant. Trium tamen clarissimorum hominum opera potissimùm in hoc certamine eluxit, Methodii Patarensis, Eusebii Cæsariensis, & Apollinaris Laodiceni. Sed nullius opus ad nostram ætatem pervenit. Credo quod Porphyrianis libris extinctis, & recepto per universum orbem Christianismo istiusmodi scriptis Ecclesia Dei non ampliùs indigeret. Horum sæpenumero meminit D. Hieronymus: præfatione in Danielem, & sub finem cap. XII. in apologia ad Pammachium; tum potissimùm epistolâ LXXXIV. ad Magnum Oratorem Romanum. *Scripserunt*, inquit, *contra nos Celsus atq; Porphyrius. Priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius & Apollinaris fortissimè responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros: Methodius usque ad decem millia procedit versuum: Eusebius & Apollinaris vigintiquinque & triginta volumina condiderunt.* Methodius primus omnium ad veritatis defensionem signum sustulit, ante Diocletiani persecutionem, ut suprà ostendi. Hunc *nitidi compositique sermonis libros* adversus Porphyrium confecisse scribit Hieronymus in Catal. Ill. Script. & *disertissimum martyrem* vocat cap. 12. in Daniel. nescio tamen utrùm κατὰ πόδα singulis

responderit:

respondierit: cùm eum ex parte tantùm respondisse D. Hieronymus dicto loco, & alibi testetur. Sanè elegantiam copiámque dicendi præter Photii, hominis *κριτικωτάτου* testimonium, & eclogas prolixas ab eo conservatas, abundè probat opusculum de humani arbitrii libertate, cujus maxima pars publicè extat: tum etiam convivium decem virginum, *περὶ τῆς ἀγγελομιμήτου παρθενίας* liber, & homiliæ nonnullæ, quæ in Vaticana bibliotheca non sine publico damno latitant. Eusebii quoque opus contra Porphyrium Romæ adhuc servari nimis temere multi credunt. Hujus tres integros libros blasphemiis contra Danielem Prophetam oppositos fuisse paulò ante ex D. Hieronymo vidimus. De cæteris nihil distinctè licet affirmare. Apollinaris libros 30. contra Porphyrium idem Hieronymus epist. 65. *ad* Pamma. *fortissimos* appellat, *&* *egregia volumina:* & in Catal. Ill. Script. *inter cætera ejus opera vel maximè probari* ait. Extat de iisdem præclarum testimonium Vincentii Lirinensis: *Nam quid Apollinare præstantius acumine, exercitatione, doctrinâ? quàm multas ille hæreses multis voluminibus oppressit? quot inimicos fidei confutavit errores? indicio est opus illud 30. non minùs librorum, nobilissimum & maximum, quo insanas Porphyrii calumnias magna probationum mole confudit.* Hinc meritò tantum virum in hæresin prolapsum dolet.

De Imperatorum edictis, quibus impios hosce Porphyrii libros suppresserunt, jam superiùs egi. Quamvis concitatis vulgi animis promiscuè in omnia scripta sævitum, quæ infaustum Christianis nomen præferebant. Et hæc, nisi fallor, causa est, cur Philosophicæ historiæ Malchi nomen fuerit præfixum, non ab ipso quidem autore, verùm ab iis qui communi Porphyrianorum librorum cladi hoc opus subtractum cupiebant: ut quasi signis commutatis inquirentium oculos animúmque falleret. Sed ut nullum tam noxium venenum est, unde non salubris aliqua medicina arte extrahi possit: ità ex pessimis hisce libris veritatis propugnatores scorpiacum confecere, quo non ipsius solùm Porphyrii, sed & reliquorum omnium Ecclesiæ hostium ictus noxios, & virulentas calumnias persanarent. Quinimo nullus omnino τῶν ἔξω plura aut fortiora tela Doctoribus Ecclesiæ suppeditavit, quibus multiplicem gentilium errorem faciliùs fæliciúsque jugularent. Cujus quidem rei argumenta abundè peti possunt ex Eusebio, lib. 3. & 4. de præpar. Theodoreto therap. serm. 3, 7, & 10. D. Augustino de civ. Dei lib. 10. aliisque Sanctorum Patrum locis quàm plurimis. Ubi Porphyrii testimoniis perspicuè probatur, universam illam fabulosam & πολύθεον gentilium Theologiam μηδὲν ἱερὸν, καὶ μηδὲν θεοπρεπὲς continere. Dæmones, quibus divinitatis honorem cæca mortalitas tribuebat, infestos & malignos humani generis hostes esse: oracula ab iisdem edita meras esse imposturas, & credulæ hominum simplicitati lubricis & obscuris verborum ambagibus illusisse. Sacrificia & mactatione

tiones à vera pietate abhorrere: & crassos ac materiales dæmones esse, qui hostiarum vaporem fœtidúmque nidorem expetant: aliáque hujus generis plura, quibus ἑλληνικὴ θρησκεία à fundamentis evertitur. Unde verissimè de hoc philosopho Theodoretus serm. 3. græc. aff. dixit: *videtur hoc miraculum Samsonis ænigmati persimile: ex ore comedentis exivit cibus, & ex forti dulcedo. Hæc enim ad refellendum mendacium à mendacii patrono scripta sunt: & veritatis accusator præter animi sententiam veritatis defensor evasit. Deus enim qui linguam vatis Balaam imprecari paratam benedictionem proferre coegit, is & hujus linguam rabido furore adversùs veritatem concitatam, invitam contra mendacium convertit.* Neque id solum; sed nostræ quoque religioni luculentum non uno in loco testimonium perhibuit, & Christi divinitatem, quamvis inscius & invitus, comprobavit. Non secus ac dæmon ipse in Evangeliis Christum Dei filium confessus est. Tale enim illud est quod Euseb. lib. 5. præpar. cap. 1. ex opere adversùs Christianos, & Theodoretus in ipso fine Therapeuticon proferunt: Christi adventu dæmonum potestates atque operationes cessâsse. Tum quod libro 3. demonstr. ex libro 3. de philosophia ex oraculis ab eodem Eusebio, & D. August. lib. 19. cap. 23. adducitur. Ubi dæmones ipsos de Christi pietate, passione, & immortali gloria εὐφήμως respondisse testabatur, quem & ipse propterea nequaquam blasphemandum pronunciabat. Atque utinam vel dæmonum, magistrorum suorum modestiam homo effrænis linguæ & impotentis animi fuisset imitatus: nec blasphemiarum, conviciorum, calumniarum & mendaciorum plaustra in Christum effudisset: rectiùs sanè si non saluti, saltem famæ ac nomini suo consuluisset. Ut hîc potissimùm variam ac mutabilem animi inconstantiam, & dogmatum contrarietatem ipsi exprobare liceat: quam in reliquis scriptis jam olim animadvertit Eunapius, & Ill. annalium sacrorum autor ad palinodiam sub Constantino M. factam argutè magìs quàm verè pertrahit.

Cæterùm quæ de opere adversùs Christianos SS. Patrum testimoniis confirmata hactenus proposui, id quoque manifestè videntur evincere, quæ Lactantius lib. 5. de just. c. 2. de Philosopho Christianæ religionis oppugnatore scripsit nequaquam de Porphyrio intelligenda esse. Nam præter rationes superiùs à me adductas, diversi autoris opus fuisse apparet non solum ex diverso librorum numero, sed ex materia & apparatu diverso. Cùm enim Lactantius Hieroclis judicis accuratum & subtile sacræ Scripturæ examen miretur, quòd *ejus falsitatem arguere conatus, tanquam sibi esset tota contraria, adeò multa adeò intima enumerâsset, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse videretur*; fatetur haud obscurè, alterum Philosophiæ antistitem nihil simile ad Christianæ religionis oppugnationem attulisse. Quin etiam in persequendo instituto suo *ineptum, vanum, ridiculum, & pro inanitate sua contemptum*

temptum

temptum fuisse scribit. Adeò quidem ut Hieroclis φιλαλήθη argumentorum robore & vehementiâ, sive ut ipse ait, mordacitate ei præferre non dubitet. Quæ profectò de Porphyrii libris nullo modo accipere licet: nisi hominem dicendi peritissimum, & in disputando apprime exercitatum ἀκρισίας manifestæ convincere velis. Nemo enim non videt, quantopere hæc à reliquorum Patrum judicio discrepent. Cæteri enim omnes Hieroclem vel ignorârunt omnino, vel præ Porphyrio adeò contempserunt, ut nec nomen ejus nunc sciretur, nisi Eusebius operis particulam, quâ Apollonium Christo comparabat, refutâsset. Sed contemptum potiùs quàm ignotum fuisse, ex Eusebii libro apparet, qui cætera ejus Scriptoris tanti fuisse negat, ut iis refellendis operam impenderet: quippe quæ non illius propria, sed ex aliorum scriptis, non sententiis modò, verùm dictionibus quoque iisdem, ac totidem penè syllabis impudenter sublecta erant. Quibus verbis Hieroclem ea quæ de sacrarum literarum repugnantia scripserat, cùm ex aliis Christianismi oppugnatoribus, tum præcipuè ex Porphyrio suffuratum fuisse manifestè indicat. Et dum alibi iis responsum oppositum iri scribit, ad Porphyrii refutationem, quam animo jam moliebatur, haud dubiè lectorem rejicit. Hunc enim divina oracula assiduâ lectione trivisse, & in iisdem subvertendis vehementer exercuisse ingenium, præter superiora SS. Patrum loca, testatur Theodoretus therap. serm. 7. ubi de sacrificiis lege divina constitutis agit. Τούτοις ἀκριβῶς ἐντυχὼν ὁ Πορφύριος· μάλα γὰρ ἐνδιέτριψε τὴν καθ' ἡμῶν τυρεύων γραφήν· ἀλλότριον εὐσεβείας καὶ αὐτὸς ἀποφαίνει τὸ θύειν. *Hæc*, inquit, *cùm diligenter Porphyrius perlegisset, (plurimum namque temporis in iis contrivit, dum suum adversùs nos opus procuderet:) ipse etiam sacrificia è pietate aliena esse pronunciavit*. Sed ut Simiæ humanos gestus imitantur, naturam tamen suam cum humana non permutant; ità Porphyrium è sacris literis quædam pro libitu sublegentem veritatem imitando utcunque expressisse, ipsam verò minimè perdidicisse ait. Ἀλλὰ μεμιμημένος πίθηκος, μᾶλλον δὲ κολοιὸς ἀλλοτρίοις πτίλοις καλλωπιζόμενος.

Hæc de Porphyrii vita & scriptis ad antiquitatis illustrationem hactenus disseruisse sufficiat.

ΤΕ΄ΛΟΣ.

LUCÆ HOLSTENII OBSERVATIONES

Ad Vitam Pythagoræ à PORPHYRIO scriptam.

PAg. 180. v. 1. Συμφωνεῖται μὲν δὴ] Principium operis mutilum esse quis non videt, cùm Pythagoræ nomen nuspiam compareat? puto prooemium operis desiderari, ad cujus finem hæc verba referenda.

V. 9. Ἐκ Τύρου] Ità restitui pro Πύῤῥου & Πύῤῥαν vocibus nihili. Similis quoque error pag. seq. v. 8. & 21. ubi Πυῤῥινὸν pro Τυῤῥηνὸν antè legebatur. Et ecce tibi præter Diogenem Laert. Dionysium Halic. & Plutarchum, testes fide dignos, Clementem Alex. v. strom. Euseb. præpar. 10. c. 4. & Theodoret. 1. Therapeut. Τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυῤῥηνὸν εἶναί φασιν. ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον ὀνομάζει. Ubi ex Neanthe adduci vides, quæ noster ex Cleanthe citat: ità apud alios quoque utriusque nomen ἐναλλὰξ poni observo. Nam quod Aristophanis schol. ad equites ex Cleanthe refert de tribus civitatibus, quæ Themistocli frumentum, vinum, & obsonium præbuerunt, id Neanthis Cyziceni autoritate affirmat Plutarchus in Themistocle. Nihil tamen hic pronuntiare ausim: cùm & infrà noster Neanthis testimonio utatur; Cleanthis autem μυθικὸν Athenæus lib. 13. laudet.

V. 15. Εὐφυὴς] Ingenii præstantiam εὐφυΐαν Plato, cæterique propriè dixêre: eâq; præditum εὐφυῆ· ut ἀφυΐαν, & ἀφυῆ, qui eâdem destituitur. Plato præclarè utrumque explicat v. Polit. Ἆρα οὕτως ἔλεγες τὸν μὲν εὐφυῆ πρός τι εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι, ὁ δὲ χαλεπῶς· καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπὶ πολὺ εὑρητικὸς εἴη οὗ ἔμαθεν· ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ μελέτης, μηδ᾽ ἃ ἔμαθε σῴζοιτο, &c. Stoici definiebant εὐφυΐαν, ἕξιν ἐκ φύσεως ἢ ἐκ κατασκευῆς οἰκείαν πρὸς ἀρετήν, καθ᾽ ἣν εὐκατάληπτοι ἀρετῆς εἰσί τινες. hinc Plutarchus συμπ. L. ix. q. 14. animam δι᾽ εὐφυΐαν facilè ad rerum cœlestium recordationem & amorem concitari ait. Herodotus de Homero: ἑώρα τὸν παῖδα ὄντα συνετὸν καὶ κάρτα εὐφυέα. ibid. φύσιν ἀγαθὴν vocat; ut Zeno in epist. ad Antig: φύσιν εὐγενῆ. quem locum videre operæ pretium est. De Socrate Porphyrii verba sunt apud Theodoret. ser. 1. aff. gr. εἶναι αὐτὸν πρὸς οὐδὲν ἀφυᾶ. Sed de ἀφυΐα vide Epictet. c. 63. & Simplicium: & imprimis Arrianum lib. 3. c. 6. ubi δοκιμαστήριον τῶν εὐφυῶν καὶ ἀφυῶν

ἀεινῶν ex Rufo ponit. Gellius lib. 19. c. 9. Asiaticum adolescentem ait fuisse *ad rem musicam facili ingenio ac lubenti.* Apuleius in Florid. de Pythagora: *Vir ingenio ingenti, ac profectò supra captum hominis animi augustior.* & alibi de Platone: *pueri ejus acre in percipiendo ingenium.* Sed hæc potiùs ὀξύτης, pars εὐμαθείας· de qua infrà. hac enim Pythagoram & Platonem maximè valuisse Arnobius quoque testatur lib. 2. *Platonica licet aut Pythagorica progenies, aut horum alicujus, qui acuminis perhibentur fuisse divini.*

V. 21. Φερεκύδη τῷ Συρίῳ] Ex Syro maris Ægæi insula oriundus fuit, non ex Syria orientis provincia. hinc enim gentile Syrus, indè Syrius. Sexcenties hac in re peccatum video apud Clementem Alex. Euseb. de præp. Theodoretum, Diogenem Laertium, & alios: ubi interpretes Syrum semper reddunt. apud hunc serm. 1. gr. aff. malè legitur, ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης Σύρος ἦν ἐκ Ἀθηναῖος. apud Diogenem quoque Laertium vitiosè ἐν Συρίᾳ τῇ νήσῳ, pro Σύρῳ, ut & apud Suidam: v. Φερεκύδης. Σύρος δὲ νῆσος μία τῶν κυκλάδων ἡ Συρία πλησίον Δήλου. ubi leg. Σύρος. Hic error levis: principes tamen eruditorum in majorem induxit: qui omnem sapientiam ex Syria in Græciam delatam hoc argumento contendunt, quòd Pythagoras primus Philosophorum Syro præceptore fuerit usus.,

P. 181. v. 25. Ἀλλὰ καὶ Ἑρμοδ.] Particulam ἀλλὰ rectiùs tolles. cùm Hermodamantem jam antè commemorârit unà cum Pherecyde; quibus nunc Anaximandrum addit.

V. 32. Χαλκῶν ἀναθήματα] Artium & scientiarum inventa olim in columnis cippísque & tabulis æneis, ad posteritatis memoriam publicè descripta fuisse non uno loco veteres testantur. Plinius lib. 34. c. 9. *Usus æris ad perpetuitatem monumentorum jam pridem translatus est, tabulis æneis, in quibus publicæ constitutiones inciduntur.* idem lib. 13. c. 11. *Publica monumenta plumbeis voluminibus confici cœpta.* Vetustissimum hujus rei exemplum de Sethi filiis refert Josephus, antiq. Iud. lib. 1. qui astrorum scientiam duabus columnis, lateritiæ alteri, alteri saxeæ, inscripserunt: ut altera diluvio, altera incendio superesset. Apud Ægyptios testatur Proclus lib. 1. in Timæum, p. 31. omnia admiranda ingenii reperta & præclarè facta columnis incisa ad posteros fuisse transmissa. Αἰγυπτίοις καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν· ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας. αὕτη δὲ ἀπὸ τῶν στηλῶν, ἐν αἷς ἀνεγράφοντο τὰ παράδοξα, καὶ τὰ θαύματος ἄξια τῶν πραγμάτων, εἴ τι ἐν πράξεσιν, εἴτε ἐν εὑρέσεσιν. quin terræ marísque situm ambitúmque universum iisdem insculpsisse autor est Apollonius Rhodius lib. 4. v. 279.

Οἳ δή τοι γράπτυς πατέρων ἕθεν εἰρύονται,
Κύρβιας, οἷς ἔνι πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ' ἔασιν
Ὑγρῆς τε τραφερῆς τε πέριξ ἐπινισσομένοισιν.

ubi fortè rectiùs γράπτυς κύρβιας legeretur. nam quòd Scholiastes

hoc

hoc loco γράπτυς, τοὺς νόμους explicat, id autoris menti minimè convenire existimo. Commodiùs inscriptiones quascunque lapidibus incisas intelligas. Iamblichus quoque de mysteriis Ægypt. sec. 1. c. 2. omnia sapientiæ inventa antiquis Mercurii columnis inscripta fuisse refert, *Quas cùm Plato olim & Pythagoras legissent, philosophiam instituerunt.* Sed nemo meliùs quàm vetus & incognitus autor admirandi operis de divina sapientia secundùm Ægyptios, lib. 14. c. 14. *Sapientes Babylonii & Ægyptii mentis acumine ad illa supremi mundi abdita penetrantes, animorum conceptus, sicut ipsi oculati testes sumus, in lapidibus per figuras describebant. Idémque in omnibus artibus & scientiis faciebant. Deinde lapides in quibus illa erant descripta in templis collocabant, & quasi paginas perlegendas exhibebant, talésque librorum loco illis erant in usu.* De Babyloniis quoque Plinius lib. vii. c. 56. *Epigenes apud Babylonios DCCXX. annorum observationes syderum coctilibus laterculis inscriptas docet.* Idem quoque mos in Græciam transiit: ubi leges, edicta, proscriptiones, fœdera, & cætera publica acta columnis cippísque saxeis, h. e. στήλαις καὶ κύρβεσιν inscribebantur: qua de re Harpocration, Apollonii scholiastes, cæteríque Grammatici veteres consulendi. quin & æri incisa fuisse ex Platonis Minoe constat: ubi refert, Talum circumtulisse leges scriptas ἐν χαλκοῖς γραμματείοις. Artium quoque & ingenii monumenta à temporis injuria simili ràtione vindicâsse testatur vetustissima tabula chronologica Arundelliana, nuper magno bono publico à viris eruditissimis in lucem prolata: tum etiam Hippolyti Portuensis canon paschalis, qui ejusdem statuæ adscriptus in Vaticana biblioth. visitur. Hanno Carthaginiensis Libycæ circumnavigationis descriptionem in Saturni templo posteritati legendam proposuit: nec dubito quin ἀνάθημα illud ære vel mormore fuerit expressum. Romanos quoque fastos consulares, & calendaria diversa, tum urbis universæ ἰχνογραφίαν, cum regionibus, vicis, viis, atque ædificiis omnibus marmoreis tabulis cippisq; spectanda proposuisse, fragmenta à viris doctis collecta testantur. Nè quid de legibus xii. tabularum, & legis regiæ reliquiis dicam, quæ in Capitolio spectantur: ea enim legum scribendarum ratio non à Romanis aut Græcis, sed ab ipso Deo Opt. Max. originem ducit: qui legem digito proprio lapideis tabulis inscriptam Hebræis per Moysen promulgavit: & sanè optimè hunc scribendi modum exprimunt S. literæ. Iob. c. xix. v. 24. *Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei stylo ferreo, aut plumbi laminâ: vel certe sculpantur in silice.* De fœderibus quoque tabulis æreis perscriptis exempla habes 1. Macchab. cap. viii. v. 22. & cap. xv. ver. 13.

P. 182. v. 1. Σῖμον] Simum Posidoniatem Pythagoricum Iamblichus commemorat: nescio tamen an illi hoc tribuendum, ob reverentiam quâ præceptorem colebant Pythagorici.

V. 2. Τὸν καρένα] Musicum scilicet: quod & in versione explica-

tionis

tionis causâ addidi: nam Laertius testatur Pythagoram canonem unius chordæ invenisse. Meminit etiam Nicomachus lib. 1. enchirid. harm. p. 79. Τῦ Πυθαγορικῦ λεγομένυ κανόνος· cujus divisionem ibidem tradit. Ea autem regula sive norma est, omnium tonorum rationes & proportiones continens. quomodo autem à Pythagora inventa fuerit vide apud eundem Nicomachum pag. 69. & Iambl. l. 1. c. 26. hunc canonem tanquam κριτήριον in omni harmonica disquisitione adhibendum docet Ptolemæus lib. 1. harm. c. 2. Τὸ μὲν ὂν ὄργανον τῆς τοιαύτης ἐφόδυ καλεῖται κανὼν ἁρμονικὸς, ἀπὸ τῆς κοινῆς κατηγορίας, καὶ τῦ κανονίζειν τὰ τῇ αἰσθήσει ἐνδέοντα πρὸς τὴν ἀλήθειαν παραληφθέντος. ubi scholion Græcum, Κανών ἐστι μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις συμμετριῶν· ἢ μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις ἡρμοσμένων διαφορῶν, αἳ θεωρῦνται ἐν λόγοις ἀριθμῶν. Ità Ms. Codex græcorum musicorum, quem Illustrissimi Card. Barberini instructissima bibliotheca mihi suppeditavit: unde etiam τὰ μονόχορδα instrumenta musica, Panduras vulgò dictas, Pythagorici κανόνας appellabant : teste Nicomacho lib. 1. p. 67.

Vers. 4. Ἑπτὰ σοφίας] Σοφίαν Pythagoræ & Platonis schola propriè vocabat τὴν τῶν νοητῶν καὶ ὄντως ὄντων ἐπιστήμην, καὶ μόνην τὴν ἐν τύτοις κατάληψιν καὶ γνῶσιν τῆς ἀληθείας. Promiscuè tamen omnis ars & scientia ità dicitur: idque autore etiam Homero, quem τὴν τεκτονικὴν hoc nomine appellâsse Hesychius, Suidas, aliique observant. Quemadmodum etiam σοφιστὴς, quivis artifex. hic artes liberales hoc nomine intelligi ex adjuncto numero septenario apparet.

P. 182. v. 16. Ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων] Iamblichus idem refert lib. 1. c. 30. Γήμαντα δὲ τὴν γεννηθεῖσαν αὐτῷ θυγατέρα, μετὰ ταῦτα δὲ Μένωνι τῷ Κροτωνιάτῃ συνοικήσασαν, ἀγαγεῖν οὕτως, ὥστε παρθένον μὲν οὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν χορῶν, γυναῖκα δὲ γενομένην πρώτην προσιέναι τοῖς βωμοῖς. *Cùm autem uxorem duxisset, filiam ex ea susceptam, quæ Menoni Crotoniatæ postea nupsit, ità educâsse, ut virgo quidem duceret choros, nupta verò prima ad aras accederet.* Ità locus ille constituendus. Choros autem duxisse, qui honore & dignitate cæteros omnes præcederent tam notum est, ut & proverbio locum fecerit. Ità Diana apud Homerum in hymno,

> Μυσῶν καὶ χαρίτων καλὸν χορὸν ἀρτυνέυσα,
> Ἡγεῖται χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχυσα
> Ἐξάρχυσα χορύς.

Hinc χορηγὸς & χοροδίκτης.

V. 20. Λύκος] Ità hic legendum docuêre jampridem viri clarissimi, qui de Græcis historicis scripsêre. Ad quos lectorem remitto. Cæterùm quod ille de Philosophi nostri patria referebat, idem quoq; Fl. Josephus affirmat l. 2. c. Appi. Æquè difficile esse Pythagoræ patriam indicare atque Homeri.

Vers.

Verſ. 28. Φλιάσιον] Vide Pauſan. l. 2. Mneſarchi pater Euphron avus Hippaſus, qui occupata à Doribus Phliunte in Samum profugit. Diogenes aliâ & longiore ſerie recenſet.

Verſ. 34. Γεωμετρίας] Cauſam explicat Iambl. l. 1. c. 29. διὰ τοῦ Νείλου προσθέσεις καὶ ἀφαιρέσεις. Sic enim legendum. Unus inſtar omnium erit ad hunc locum illuſtrandum Proclus in Euclid. l. 2. c. 4. Cui addas Julianum ità de inventoribus artium differentem apud Cyrill. l. 5. Ἡ μὲν περὶ τὰ φαινόμενα θεωρία παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐτελειώθη, τῶν πρώτων τηρήσεων παρὰ τοῖς βαρβάροις γενομένων ἐν Βαβυλῶνι. ἡ δὲ περὶ τὴν γεωμετρίαν ἀπὸ τῆς γεωδαισίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα πρὸς τοσοῦτον μέγεθος ηὐξήθη· τὸ δὲ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῶν Φοινίκων ἐμπόρων ἀρξάμενον τέλος εἰς ἐπιστήμης παρὰ τοῖς Ἕλλησι κατέστη πρόσχημα. τὰ δὲ τρία μετὰ τῆς συναριθμοῦ μουσικῆς Ἕλληνες εἰς ἓν συνῆψαν, ἀστρονομίαν γεωμετρίᾳ προσυφαίναντες. ἀμφοῖν δὲ τοὺς ἀριθμοὺς προσαρμόσαντες, καὶ τὸ ἐν τούτοις ἐναρμόνιον καταστήσαντες, ἐντεῦθεν ἔθεντο τὴν παρὰ σφίσι μουσικήν· τοὺς ὅρους εὑρόντες τῶν ἁρμονικῶν λόγων πρὸς τὴν τῆς ἀκοῆς αἴσθησιν ἄπταιστον ὁμολογίαν, ἢ ὅτι μάλιστα τούτῳ ἐγγύς. De Chaldæorum aſtrologicis prædictionibus idem Cyrill. l. c. Julian. Ælian. de anim. l. 1. c. 22. Sextus Empir. lib. v. adv. Mathem. Diogen. Laert. in procemio. Τοὺς Χαλδαίους περὶ ἀστρονομίαν καὶ πρόῤῥησιν ἀσχολεῖσθαι· τοὺς δὲ Μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν, καὶ θυσίας, καὶ εὐχάς. Vide & ſequentia de alba veſte victûsq; ratione: quæ manifeſtè imitatus eſt Pythagoras. His adde & Theophraſti teſtimonium ex libro de ſignis, apud Proclum lib. iv. in Timæum p. 285.

Pag. 183. 5. v. 1. Ἐν ὑπομνήμασι] Illos fortè intelligit commentarios, quos à Pythagoreis relictos memorat infrà pag. 40. v. 24. & Iambl. l. 1. c. 29. Citantur etiam τὰ Πυθαγορεικὰ ὑπομνήματα à Diog. Laertio ex Alexandro de ſucceſſionibus Philoſophorum: quæ morientem Pythagoram apud filiam Damo depoſuiſſe Lyſidis teſtimonio affirmat.

Verſ. 12. Τὴν καρτερίαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ] Non ex maligno & ſubdolo ſacerdotum ingenio factum arbitror, quominùs homines exteri ad arcana ſacra Ægyptiorum admitterentur: ſed ex ſolenni initiationis ritu, & quòd myſteria illa aliter non conſtarent. Nam cùm in ipſo receſſu nihil ſacrum vel admirandum continerent, externo cæremoniarum apparatu religioſa quædam veneratio iis concilianda fuit. Nè ſi abſq; ſiparis cuivis paterent, jocus & ludus vulgò fierent. Cùm non ſolùm pulchra difficilia ſint, ſed & difficilia pulchra habeantur. Nihil ego de ſanctis & adorandis Eccleſiæ myſteriis dicam: à quorum non ſolùm participatione, ſed conſpectu etiam profani & ἀμύητοι ſedulò arcebantur. De gentium ſacris exemplo eſſe poteſt, quod de Mythræ initiis apud Suidam legitur, neminem illi Deo conſecrari potuiſſe

fuiſſe, niſi per aliquot ſuppliciorum gradus ſacrum & impaſſibilem ſeſe oſtenderet. Verba hæc ſunt. Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον, &c. οὐκ ἂν οὖν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διὰ τινῶν βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξῃ ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ. & Gregorius Nazianz. orat. 1. cont. Julian. & in SS. lumina, τὰς ἐν Μίθρου βασάνους καὶ καύσεις ἐνδίκους τὰς μυστικὰς commemorat. Quo loco Elias Cretenſis annotat, initiandos per XII. cruciatus duci ſolitos: nimirum per ignem, per frigus, per famem, per ſitim, per flagra, per itineris moleſtiam, aliáq; id genus. Nonnus autem in συναγωγῇ hiſtoriarum cap. 5. ſuppliciorum gradus lxxx fuiſſe ſcribit, partim remiſſiores, partim intentiores. *primùm enim*, inquit, *levioribus ſuppliciis, deinde atrocioribus afficiuntur: atque ità poſt decurſa omnia tormenta ipſius ſacris imbuuntur. Igni quippe & aquâ, atq; hujuſmodi ſuppliciorum generibus excruciantur.* Τὸ δυσπρόσδεκτον Ægyptiorum Pythagoras ipſe poſtea imitatus fuit, teſte Iamblicho l. 1. c. 17. qui poſtquam indolem, genus, moréſq; diſcipulorum diu multúmque exploraſſet, triennium integrum eos ſolebat rejicere, ut conſtantiam probaret: admiſſis tandem in contubernium quinquennii ſilentium ὡς χαλεπώτατον ἐγκράτευμα injungebat. Eámque conſuetudinem à myſteriis translatam fuiſſe expreſsè notat: quæ in reliquorum deinde Philoſophorum ac Sophiſtarum ſcholas, Athenis præſertim, recepta fuit. Ad hujuſmodi enim κακοπαθείας referendum, quod de balneo & pallio Sophiſtico Olympiodorus apud Photium cod. 80. & Gregorius Naz. orat. in Baſilium M. ſcribunt: qua de re videndus Vir Cl. Herib. Roſwedus ad lib. 6. de vitis Patrum. In quibuſdam Germaniæ Academiis ſimiles ritus cum ipſis literis, ni quid fallor, introducti pertinaciter retinentur, quam depoſitionem vulgò vocant: tum protervæ divexationes quibus anno integro recentiores literarum candidati à provectioribus exagitantur. Quin & mercatorum collegia nonnulla in Septentrionali Germania per ſimiles ſuppliciorum gradus, flagra inquam, ignem & aquam tyrones recipiunt. Sed ut ad Pythagoram redeamus, in hiſce probationum generibus circumciſionem quoque ab eo ſuſceptam autumo: quod Cl. Alexandr. 1. Strom. teſtatur. Cæterùm non ſolùm Philoſophi probationes haſce in ſuas ſcholas tranſtulerunt: ſed naſcentis Eccleſiæ temporibus in monachorum quoq; cœnobia per interiorem Ægyptum receptæ fuerunt. Cujus rei teſtem oculatum habes, Joann. Caſſianum l. IV. inſtit. c. 3 *Ambiens quis*, inquit, *in cœnobii recipi diſciplinam non ante prorſus admittitur, quàm diebus decem vel eò ampliùs pro foribus excubans indicium perſeverantiæ ac deſiderii ſui, pariterque humilitatis ac patientiæ dederit; injuriis quoque & exprobrationibus multis affectus experimentum dederit conſtantiæ ſuæ: qualiſq; futurus ſit in tentationibus opprobriorum tolerantiâ declaraverit.* dein cap. 7. ait hâc perſeverantiâ comprobatum non ſtatim congregationi fratrum

commisceri, sed deputari seniori, qui haud longè à vestibulo monasterii curam habet peregrinorum & advenientium. *Cúmque ibidem*, inquit, *integro anno deserviens absque ulla querela suum erga peregrinos exhibuerit famulatum, admiscendus ex hoc congregationi fratrum alii traditur seniori, qui decem junioribus praeest. Hic illi semper imperare curabit*, ut ait cap. 8. *quae senserit animo ejus esse contraria.* Quin plura etiam superflua, minúsq; necessaria, vel impossibilia frequentiùs injungebantur. Cujus rei, si vis, exempla vide cap. 24. 27. & 29. Causas deinde hujus difficultatis & refutationis exponit, cap. 33. & seqq. Similia instituta omnes ferme ascetici ordines ab Ægyptiis accepta servant, & tantò quidem magìs, quantò minùs à districto primitivæ conversationis rigore discedunt. Essæos quoq; Judæorum philosophos per similes probationum gradus olim in contubernium receptos fuisse ipse Porphyrius prolixè docet, lib. 4. de abst. ex Fl. Josepho. Qui & alia multa cum Pythagoreis communia habuere, silentium, bonorum communionem, vestem candidam, dogmatum suorum occultationem, abstinentiam ab animatorum esu, & similia. Quæ & ipsi haud dubiè ab Ægyptiis ut alia multa accepêre. Nec miretur quisquam quòd à Judæis & Gentilibus sacræ conversationis & perfectioris vitæ instituta in Ecclesiam derivata dixerim; cùm & ipsum φιλοσοφίας atq; ἀσκήσεως nomen religiosa vita indè traxerit. Nec minori jure Christiani saniora gentilium instituta in suos usus convertere potuerunt, quàm Hebræi Ægyptiorum spolia. Hoc enim argumento manifestè liquet, extitisse in singulis nationibus qui agnitâ naturæ humanæ corruptione, strictiori genere vivendi ad perfectiorem aliquem pietatis gradum supra vulgus eniterentur: unde Clementi Alexandrino hæc Gentilium & Judæorum instituta βαθμοὶ καὶ ὑποβάθραι τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας dicuntur; tantum abest ut hoc nomine religiosam vitam nostri seculi more condemnaret. Nec dubito si quis altiùs hæc vellet pervestigare, quin à Nazaræis & priscis Hebræorum patriarchis, hoc est, ex ipso veritatis fonte repeti possent. Sed hæc obiter & in excursu fieri nequeunt. Addo τὴν καρτερίαν, cujus hoc loco meminit, intelligi posse promiscuè de omnibus molestiis ac difficultatibus, quas sanè maximas sacerdotia Ægyptiorum adjunctas habebant. De his ipse Porphyrius lib. 4. de abst. Πολλὰ κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐνεδέχοντο βάρη, καὶ ὑπηρετήματα τῆς κοινῆς ἰσχύος μείζω. Et postquam vigilias ac meditationes continuas, statásq; preces recensuit, addit: ὁ μὲν δὴ πόνος ὁ ἄπαυστός τε καὶ διηνεκὴς καρτερίαν ἀπομαρτυρεῖ τοῖς ἀνδράσι.

Pag. 184. vers. 1. Διδασκαλεῖον] Ità pag. 36. v. 25. Nam Pythagoræ scholam propriè διδασκαλεῖον appellant, ut Platonis Academiam, Aristotelis Lycæum vel περίπατον, Epicuri hortos, Zenonis porticum. Hinc sectatores Pythagoræ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ διδασκαλείου. Nicomacho lib. 1. harm. & Iambl. lib. 1. c. 23. & 28. atque alibi. Sed

ut

ut à docendo *διδασκαλεῖον*, ità ab audiendo ſeu auſcultando *τὴν ἀκρόασιν τοῦ Πυθαγόρου* vocat, c. 29. & ſæpiùs *ὁμακοεῖον*. De quo infrà.

Verſ. 5. *Ἄντρον οἰκεῖον*] Hac quoque in re Magos imitatus videtur, qui ſacra ſua in antris & ſpelæis colebant. Credo ut ſecretum loci, & ſacer horror doctrinæ religionem aliquam conciliaret. Quam ob cauſam à Minoe & à Numa antra frequentata legimus. Aliter verò Diogenes ex Hermippo in ædicula ſubterranea eum habitâſſe aliquandiu refert, ut ab inferis ſe rediiſſe vulgo perſuaderet. Sed de his abunde libro de Nympharum antro ipſe Porphyrius agit.

Verſ. 11 *Πολυκράτους τυραννίδα*] Vide hanc ad rem luculentam narrationem Apuleii in Floridis, quæ totam Pythagoræ vitam mirum in modum illuſtrat.

Verſ. 17. *Διογένης ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην*] Hujus excerpta habemus apud Photium, cod. clxvi. quò lectorem remitto.

Verſ. 23. *Τυῤῥηνῶν*] De Tyrrhenorum erroribus per Ægæi maris inſulas, vide Cluverium Ital. antiq. l. 2. c. 1. Unde Pelargi ſive Pelaſgi dicti, quòd ciconiarum more hinc indè vagarentur. Sed ex Tyrrhenis Italis Pythagoram natum fuiſſe Lucius quidam Pythagoricus probare conatur, apud Plutarchum Sympoſ. l. 8. q. 7. rationibus ſanè haud magni momenti.

Pag. 185. v. 12. *Καὶ Ἑβραίους*] Apud Cyrillum lib. x. c. Julian. hæ duæ voces deſunt. Rectiùs tamen adeſſe exiſtimo: cùm Clem. Alex. Euſebius, D. Auguſtinus, aliiq; teſtentur Pythagoram cum Hebræis quoq; fuiſſe converſatum, & ab iis dogmata quædam accepiſſe. Quin etiam genus ex iiſdem duxiſſe pleriq; arbitrabantur, teſte D. Ambroſio l. 1. q. 6. De ſomniorum interpretationibus exempla non pauca ſacræ literæ ſuggerunt. Sed ex divina revelatione, non peculiari gentis ſcientia profectas eædem docent, quamvìs nullam non curioſam artem Judæos excoluiſſe conſtet. De Ægyptiorum & Chaldæorum ariolis & conjectoribus vide Geneſ. c. 41. & Daniel. c. 2. ad priorem locum ſic habet catena Græca interp. Lipomano. *Ægyptii ab antiquo divinationibus & ſuperſtitioſis artibus intenti fuerunt. Quas qui Abraham illos docuiſſe dicunt, gravi injuriâ afficiunt ſanctum, dum ſtulti illum laudare contendunt arrogantiâ Judaicâ.* Similia Nicolaus Damaſcenus de Abrahamo prodidit, ut videre eſt apud Fl. Joſephum. & Euſeb. Præp. lib. 9. c. 16, & 17. quamvìs nulla iſthic peculiaris mentio de Oneirocriticis.

Verſ. 14. *Τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ*] Idem teſtatur Laertius. Qui hoc divinandi genere utebantur apud veteres, dicebantur *Θυοσκόοι*. Homer. Iliad. *α'*. *Ἢ οἱ μάντιές εἰσι θυοσκόοι, ἢ ἱερῆες.*
Quo loco Euſtathius: *εἰσὶ δὲ θυοσκόοι μὲν κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἱ διὰ τῶν ἐπιθυμιωμένων μαντευόμενοι, οἱ καὶ ἐμπυροσκόποι καὶ λιβανομάντεις.* Similia apud Heſychium extant.

Verſ. 27. Ζάβρατον] Idem Clem. Alexand. Strom. 1. ex Alexandri libro de ſymbolis Pythagoricis prodidit, Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι τὸν Πυθαγόραν. Ubi primam ſyllabam ex præcedenti voce malè repetitam exiſtimo. Apud Cyril. lib. 4. c. Julian. qui ex Clemente ſua tranſcripſit, Zaran editum video. Ut non dubitem quin idem quoq; Plutarchi Ζαράτας ſit, lib. de generat. anim. in Timæo: quem Theodoretus Therap. IX. nomine Zaradam, gente Perſam vocat. Ab hoc Chaldæo Pythagoram didiciſſe exiſtimo τοὺς τελεστικοὺς καθαρμοὺς καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν τῆς ψυχῆς. De quibus Hierocles agit ad aureum carmen, pag. 305. & ſeq.

Verſ. 34. Ἐκ τῆς πλάνης ἐνεπορεύσατο] Haud aliter Euſebius lib. X. præp. c. 4. poſtquam Pythagoræ errores ad varias nationes recenſuit, addit: καὶ ἄλλα παρ' ἄλλων συλλεξάμενος μόνον παρὰ τῶν σοφῶν Ἑλλήνων ἔχειν οὐδὲν, πενίᾳ σοφίας καὶ ἀπορίᾳ συνοικούντων. ἔμπαλιν δ' οὖν τῶν ἔξωθεν αὐτῷ πεπορισμένων αἴτιος αὐτοῖς μαθήσεως κατέστη τοῖς Ἕλλησιν. ibidem quoq; Platonem fateri ait, ſeſe τὰ κάλλιστα ἐμπεπλῆσθαι εἰς φιλοσοφίαν παρὰ τῶν βαρβάρων. Quin adeò de omnibus Philoſophis affirmat illos hinc indè toto vitæ tempore oberrantes alienis plumis ſeſe exornâſſe: ὥστε αὐτοῖς ἤδη τὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐξ ἐράνου συστῆναι. De peregrinationibus autem Philoſophorum deinde cap. 8. ex 1. lib. bibl. Diodori prolixè tractat. Cæterùm ut hi collectas peregrinatione ſapientiæ opes ἐμπορίαν & ἔρανον vocant; ità Thales qui Pythagoræ peregrinandi conſilium dedit ἐφόδιον ſimili ratione dixit. Apud Iambl. l. 1. c. 2.

Pag. 186. v. 3. Φυσιογνωμονῆσαι] Vide infrà pag. 206. v. 5. & Iambl. l. 1. c. 17. & Max. Tyr. diſſ. 15. ubi de Zopyro & hujus conjecturalis ſcientiæ incertitudine præclarè tractat. De Socrate quoque idem prodidit Apuleius. Qui *ubi Platonem puerum adſpexit, ingenium intimum de exteriori conſpicatus eſt facie.*

Verſ. 7. Ζάμολξις] Extat hic locus apud Cyrillum lib. 6. c. Julian. De Zamolxi autem præter Herodotum & Diogenem Laert. vide Euſtathium ad Dionyſ. pag. 43. ut & Suidam & Etymologum, h. v. ubi Mnaſæ & Hellanici antiquiſſimorum autorum de eo teſtimonia habes. Meminit ejuſdem Æneas Gazæus in Theophr. ubi Σάλμοξις vitioſè ſcribitur. Locus enim ille ex Herodoti lib. 4. expreſſus eſt. Hi tamen omnes non pro Hercule, ſed Saturno cultum fuiſſe ſcribunt. Quod autem de fronte inuſta ſeu literata ſubjungit, ſervili genere natum fuiſſe oſtendit. Hinc eleganti joco Bion Boryſthenites patrem ſuum οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου habuiſſe dicebat, teſte Laertio.

Pag. 186. v. 28. Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεωφυλίῳ] Ità legendum ut p. 180. v 25. non Κρεωφύλῳ. Alii Κρεώφυλον & Κρεώφιλον ſcribunt. De quo præter Strab. lib. 14. vide Platonem X. Pol. Euſeb. præp. l. XII. c. 49. & Euſtath. ad 2. Iliad.

Verſ.

Verſ. 31. ὃς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ] alius hic Pythagoras à Philoſophο fuit: licèt multi malè confundant. De quo vide Iamblichum l. 1. cap. 5. prolixè narrantem. Et Plinius lib. 13. cap. 7. exercitatorem, non philoſophum vocat, qui primus athletas ad carnem tranſtulit. Quod & Diogenes Laertius confirmat. Nam Philoſophus non ſolum eſu, ſed & mactatione animantium ſuos abſtinere; & ut Hierocles ait, τὴν ἀθλητικὴν ἀγωγὴν καὶ πᾶσαν τὴν λεγομένην σωμασκίαν fugere jubebat.

P. 187. v. 3. Φθόνος φεύγειν] invidiam omnium maximè fugiendam non hoc ſolùm loco præcipit Pythagoras, ſed & infrà pag. 21. v. 21. item in aureo carmine v. 36.

Καὶ φύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.

Quæcunque invidiam pariunt, facere illa caveto.

Δεῖ γὰρ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἐπιφθόνων ἀπέχεσθαι τὸν τῆς ἡσυχίας ἐρῶντα, καὶ μὴ ἐρεθίζειν ὥσπερ τι θηρίον τὸν φθόνον, ἵνα ἀθορύβως ἐξῇ συγκόπτειν τοῖς καλοῖς. *Iis quæ invidiam pariunt, quantum fieri poteſt, tranquillitatis amatorem abſtinere oportet, neque illam inſtar feræ irritare: ut abſque ulla perturbatione in rebus honeſtis proficere liceat*; ait Hierocles. Unde & Comicus ſapienter ità vitam inſtituendam monet, *ut facillimè ſine invidia invenias laudem, & amicos pares*. Invidia enim & æmulatio ſive contendendi ſtudium ἔχθιστα γονιμώτατα πάθη, ut Plutarchi verbis utar. Sed contrà ſentiunt illi qui omnem virtutem & felicitatem ex invidia, tanquam corpus ex umbra metiuntur: queis invidiam meruiſſe felicitatis apex eſt. Quia ut veterum quidam dixit apud Stob. ſerm. 38.

Τοῖς οὐδὲν οὖσιν οὐδὲ εἷς ὅλως φθονεῖ.
Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον.

extant ibidem elegantiſſimi verſus Epicharmi: quorum primus fruſtrà à doctis viris tentatus, reſtitui debet in eandem ſententiam.

Τίς δὲ βούλοιτ' εἶναι τούτοις μὴ φθονουμένοις φίλος,
Δῆλον ὡς ἀνὴρ γὰρ οὐδείς ἐσθ' ὁ μὴ φθονούμενος.

Quis, inquit, *amicus eſſe cupiat iis quibus nemo invidet? certum enim eſt hominem nihili eſſe cui à nullo invidetur*. Simili argutiâ Plautinus adoleſcens optat, nè quis invidus ſuis invideat. Cæterùm ad præceptoris ſui mentem Xyſtus Pythagoricus quoque dixit cap. 44. *Satage magnus quidem eſſe apud Deum, apud homines verò invidiam fuge*.

Verſ. 8. ἐν σφίσιν] Cyrill. Ms. ἐν σφίσιν.

Verſ. 11. ὡς δὲ πλείων] Hunc locum ex Cyrillo Cl. P. Sirmondi & Ms. Vaticano ſupplevi. Unde Heſychii verba explicanda: Τείως, ὁ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐν Δελφοῖς τρίπους.

Verſ. 21. τοῖς Μόργοις μύσταις] repræſentavi lectionem Manuſc. Vaticani; quamvis mihi tam Morgi quàm Morgorum myſtæ æquè ignoti. Morgi tamen neſcio cujus meminit Stephanus v. γαλαεῖνα. Suidæ autem Μοργοὶ & Ἀμοργοὶ, quos & jam μολγοὺς & ἀμολγοὺς, ὡς

ἀμίλγοντας τὰ θυμώσια Hesychius & Aristophanis schol. appellant, nihil ad hunc locum faciunt.

Vers. 22. Ἰδαίων δακτύλων] De Idæis dactylis consulenda Strabonis digressio libro 10. de Curetibus, aliisque Jovis, Magnæ Deum matris, & Liberi patris ministris ac sacerdotibus. Ubi varias antiquorum sententias de ipsorum nomine, numero ac patria refert. Neque enim satis constat, utrum à Phrygiæ vel Cretæ monte sic dicti fuerint, teste Hesychio. Sed nemo rectiùs quàm Apollonius Rhodius lib. 1. v. 1129. & eruditissimus ejus scholiastes; ubi aliquot versus ex Phoronidis autore de iisdem adducit. His adde Lylium Gyraldum Syntagm. 1. de hist. Deor. qui omnia fermè veterum loca congessit.

Vers. 24. Τῇ Κεραυνίᾳ λίθῳ] Ceraunius lapis unà cum fulmine de cœlo decidere, vel potiùs trisulci teli cuspis esse creditur, quæ obstantia quæque magno impetu & vi prorsus admiranda diffindit, & comminuit. De quo Ansel. Boetius lib. 2. cap. 261. Cur autem in Jovis fulminatoris initiationibus Curetes illum adhibuerint vel ex ipso nomine colligi potest. Nec enim mirum lapidem à Jove ex nubibus demissum eisdem sacris adhibitum fuisse, propter symbola mysteriis illis apta. Unde etiam Poeta barbarus apud Boetium loco citato ad fulminis ictus avertendos gestari solitum refert. Ex hujusmodi enim sympathia Selenites, Heliotropius, Hephæstites, aliique lapides nomen invenêre. Multa autem similia vetustatis superstitiosa deliramenta legere est apud Plutarchum de fluminibus, præsertim de Cylindro, Cryphio, Sicyono, & aliis. Quæ autem sequuntur de lustrandi ritu per lavacrum marinum aut vivum flumen, nota sunt ex Cicerone de nat. Deor. Apuleio lib. 11. Milesior. & Virgilio 2. Æneid. idem quoque poeta non uno loco nigræ pecudis meminit, Georg. 4. & Æneid. 3. & lib. 5.

——ipse atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit.

tum etiam caput in sacris velari solitum ex eodem constat, Æneid. 3.

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Et paulò post.

Et capite ante aras Phrygio velamur amictu.

niger autem amictus in seriis convenit & funebribus, ac subterraneis sacris, qua de re viri docti ad citata poetæ loca: & ipse Porphyrius apud Euseb. præpar. Evang. lib. 4. cap. 9. oraculi versum adducit,

φαιδρὰ μὲν οὐρανίοις, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ.

hoc est μέλανα, ut Eusebius deinde explicat: τοιαύτη γὰρ ἡ γῆ φύσει σκοτεινή. Quod addit de ter novenis diebus, id quoque ad eadem sacra pertinet. Nam ut Eusebius statim subjungit, τὸ σωματικὸν καὶ γεῶδες τὰ τρία σύμβολα de novenario autem numero Proclus lib. 1. in Timæum

mæum pag. 45. καὶ τοῖς τεθνηκόσιν ἔννατα ποιοῦσι, καὶ τοῖς γεννωμένοις ὁμοίως τὰ ὀνόματα τιθέντες τινὲς ἐν τῇ ἐννάτῃ· *mortuis sacra novenario numero faciunt, & recèns natis nomina nono die nonnulli imponunt.* Sic Virgilius 4. Georg.

Post ubi nona suos Aurora induxerat ortus
Inferias Orphei mittit.

Verſ. 28. τὸ Ἰδαῖον ἄντρον] à Curetibus id antrum Jovi conſecratum fuiſſe teſtatur lib. de antro Nympharum, ſcilicet quòd Jupiter iſthic editus, & à Curetibus abſconditus, & ab Adraſtea Curetum ſorore & apiculis enutritus eſſet. Ut inter alios teſtatur Apollonius Rhodius lib. 2. v. 1237. & lib. 3. v. 134. poſteriori autem hoc loco dubitat Scholiaſtes utrùm à Cretæ an verò à Trojæ monte Idæ nomen habuerit, quia & Trojani, inquit, Jovis incunabula ſibi vendicant. Apollonius ſanè non dubitavit qui priori loco Κρηταῖον ἄντρον ſimpliciter appellat. Apiculis Jovis nutricibus hoc antrum conſecratum fuiſſe narrat Antoninus Liber. c. 19. qui de hujus antri natura conſulendus.

Verſ. 30. Τὰς νενομισμένας τριπλὰς] ità hunc locum ex Cyrillo reſtitui, quòd commodior ſenſus videretur. Ex quo etiam ſequentia ſupplevi, accedente inſuper Vaticano Ms.

Verſ. 33. ἐπίγραμμα] meminit ejuſdem inſcriptionis Chryſoſt. homil. 3. in Ep. ad Titum. οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τοῦ Διὸς ἐπιγεγράφοντα τοῦτο. ἐνταῦθα Ζὰν κεῖται, ὃν Δία κικλήσκουσι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιγραφὴν ὁ ποιητὴς ψεύστας τοὺς Κρῆτας κωμῳδῶν, &c. Aliter refert Callimachi ſcholiaſtes: ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τοῦ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο. ΜΙ'ΝΩΟΣ ΤΟΥ͂ ΔΙΟ'Σ ΤΑ'ΦΟΣ. τοῦ χρόνου δὲ τὸ τοῦ Μίνωος ἀπηλείφθη, ὥστε περιλειφθῆναι, Διὸς τάφος, ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. *In Creta Minois ſepulchro inſcriptum: MINOIS F. JOVIS SEPULCHRUM. extinctum autem fuit progreſſu temporis nomen Minois, ità ut remaneret JOVIS SEPULCHRUM. Hinc Cretenſes ſe Jovis ſepulchrum habere aiunt.*

Pag. 188. v. 21. Θεανοῦς] de hac nihil habeo quod poſt accuratam Ritterſhuſii diligentiam notem. Videndi tamen præter ipſum Plutarch. in præcep. conjug. Cl. Alexandr. Pædag. lib. 1. cap 10. Strom. lib. 4. Theon in progymnaſ. pag. 52. Anna Comnena lib. 8. p. 162. & Suidas apud Stobæum in eclogis phyſ. cap. 2. extat locus in Theanus libro περὶ εὐσεβείας de numeris Pythagoræ Doricè ſcriptus, ut cœtera fermè omnia veterum Pythagoreorum. Aliam fuiſſe duco poetriam Lyricam Locrenſem, cujus Suidas & Euſtathius ad Iliad. β'. p. 327. meminerunt. Subjungam 4. epiſtolas, quæ ſub Theanûs nomine in Ms. quodam Vaticano reperi. Antiquiſſimæ illi Pythagoreæ tribui non poſſe, ultima manifeſtè oſtendit. Niſi potiùs Sophiſtæ cujuſdam

jusdam μελέτῃ sint, ut pleræque Græcanicæ epistolæ, quæ veterum philosophorum nomen præferunt.

Ἐπιστολαὶ πρός τινας τῆς σοφωτάτης Θεανοῦς.

Εὐρυδίκῃ τῇ θαυμασίᾳ.

Τίς λύπη κατέχει τὴν ψυχήν; ἀθυμεῖς δὲ δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι ᾧ συνοικεῖς ἐπὶ ἑταίραν ἥκει, καὶ ταύτῃ τὴν ἡδονὴν λαμβάνει τοῦ σώματος. ἀλλ' οὐχ' οὕτω σε δεῖ ἔχειν ὦ θαυμασία τῶν γυναικῶν, ἤδη θαῦμα μᾶλλον καὶ μάλα. οὐχ ὁρᾷς γὰρ ὅτι καὶ ἀκοὴ ὅτε πλησθῇ ἡδονῆς ὀργάνου καὶ μουσικῆς μελῳδίας πληροῦται, ὅτε δὲ κόρος γένηται ταύτῃ, αὐλοῦ ἐρᾷ, καὶ δόνακος ἀκροᾶται ἡδέως· Καίτοι ποία κοινωνία αὐλῷ καὶ χορδαῖς μουσικαῖς, καὶ ἤχοι θαυμασίᾳ τῆς ὀργάνου μελιχροτάτης ποιότητος; οὕτω δὲ κἀπὶ σοῦ ἐστι κἀπὶ τῆς ἑταίρας ἣ συνοικεῖ ὁ σὸς ἀνήρ. σοῦ μὲν γὰρ, ἤθει, καὶ φύσει καὶ λόγῳ φροντιεῖ ὁ ἀνήρ. ὅτε δέποτε κόρον λήψεται κατὰ πάροδον τῇ ἑταίρᾳ συνοικήσει, ὅτι καὶ οἷς χυμὸς φθοροποιὸς ἐναπόκειται τῶν τροφῶν ἔρως ἐστί τις τῶν οὐκ ἀγαθῶν. ἐρρωμένως διαβιώης.

Τιμαιωνίδῃ.

Καὶ τίς ἐμοὶ κοινωνία καὶ σοί; διὰ τί δὲ ἡμᾶς διαβάλλεις ἀεί; ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι ἐπὶ πάντων ἡμεῖς ἐπαινοῦμέν σε, εἰ καὶ σὺ τοὐναντίον ποιεῖς; ἀλλὰ γίνωσκε πάλιν ὅτι, κἂν ἡμεῖς ἐπαινῶμεν, οὐδείς ἐστιν ὁ πιστεύων· κἂν σὺ διαβάλλῃς, οὐδείς ἐστιν ὁ ἀκούων. καὶ χαίρω διὰ τοῦτο, ὅτι, οὕτω θεὸς ὁρᾷ καὶ δικάζει μάλιστα ἡ ἀλήθεια.

Εὐκλείδῃ ἰατρῷ.

Τὸ σκέλος τις ἐθλίβετο χθὲς, καὶ ὁ καλέσων ἦλθε πρὸς σέ. παρῆν δὲ καὶ αὐτὴ, τῶν συνήθων γὰρ ἦν ὁ τρωθείς· ἅμα δὲ τάχει ἀπήντησε λέγων, ὡς καὶ ὁ ἰατρὸς πονήρως ἔχει, καὶ ἀλγεῖ τὸ σῶμα, καὶ τὴν λύπην ἐγὼ (ὄμνυμι τοὺς θεοὺς) ἀφεῖσα τοῦ συνήθους ἐκείνου, τὸν ἰατρὸν κατὰ νοῦν εἶχον, καὶ ἠντιβόλουν τὴν πανάκειαν, καὶ τὸν Κλυτότοξον Ἀπόλλωνα μή τι συμβαίη τῷ ἰατρῷ ἀνιαρόν. καὶ ὅμως ἀθυμοῦσα, πέμπω σοι συλλαβάς, μαθεῖν ἐθέλουσα ὅπως ἔχεις, εἰ μήτε κεκάκωταί σοι τὸ στόμιον τῆς γαστρὸς, εἰ μή που τὸ ἧπαρ τῆς θέρμης ἠλάττωται. εἰ μή ποτε ὀργανική σοι γέγονε βλάβη. ὦ ἐγὼ πολλῶν σκελῶν καταφρονήσασα τῶν συνήθων, ἀσπάζομαί σου τὴν φίλην ὑγίειαν, ὦ ἀγαθὲ ἰατρέ.

Ῥοδόπῃ φιλοσόφῳ.

Ἀθυμεῖς σύ; ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἀθυμῶ. δυσφορεῖς ὅτι μήπω σοι τὸ Πλάτωνος βιβλίον ὃ ἐπιγέγραπται, Ἰδέαι, ἢ Παρμενίδης. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ μάλιστα ἀνιῶμαι, ὅτι μήπω τις ἀπήντησε περὶ Κλέωνος ἡμῖν διαλεξόμενος. οὐ προήσομαι γάρ σοι ἀποστεῖλαί μοι τὸ βιβλίον, πρὶν ἂν ἀφίκηταί τις περὶ τοῦ τοιοῦδε συνετωτάτου ἀνδρὸς, ὡς λίαν γε ἐρῶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς, τοῦτο μὲν ὡς φιλοσόφου, τοῦτο δὲ ὡς σεβομένου τοὺς καταχθονίους θεοὺς, καὶ μὴ ἄλλως λόγον ὑποθῇς τὸ λεγόμενον. ἡμίθνητος γάρ εἰμι καὶ τὸ ἱεροπρεπὲς ἄστρον τοῦτο οὐ φέρω βλέπειν.

Theanûs Epistolæ quædam ad familiares.

Eurydicæ. sal.

Quis dolor animum tuum invasit? non enim alio discruciatur, quàm quòd is, in cujus contubernio vivis, ad meretriculam accedit, atq; eâ corporis voluptatem explet. Sed nequaquam ità te affectam esse decet, ô mulierum decus, aut veriùs miraculum. Nonne enim vides quod & auris, ubi musici instrumenti jucunditate impleta est, musico quoque concentu expletur: ubi autem satietas eam cepit, tibiam amat, & fistulam libenter audit. Et quid tibia commune habet cum fidibus musicis, & admirando suavissimi instrumenti sono? idem quoque de te existimes & de meretrice, quâ maritus tuus fruitur. Nam te & officii maritalis, & naturæ & rationis instinctu curabit vir tuus. Sed si quando satietas eum ceperit, tum ad meretricis contubernium divertet: nam queis ciborum gustus corruptus est, etiam pessima quædam appetere solent.

Timæonidi.

Et quid mihi tecum negotii est? quid me perpetuò calumniaris? an nescis nos ubique te laudare, etiamsi tu contrafacias? Sed & hoc scias, Licèt nos te laudemus, nemo tamen nobis credit: & licèt tu calumnieris, nemo tamen tibi aurem præbet. Ideóque gaudeo quòd & Deus ità nos intuetur, & veritas potissimùm dijudicat.

Euclidi medico.

Hesterna die cùm quis crus fregisset, te accersitum aliquis accessit, aderam enim & ipsa, quòd amicus mihi esset qui vulnus acceperat. Sed ille mox reversus ipsum quoque medicum malè habere, & corporis ægritudine infestari affirmavit. Ibi ego, Deos testor, amici illius dolore omisso, de medico sollicita esse cœpi: & Panaceum, pharetræq; celebrem Apollinem obtestabar, nè quid sequius medico eveniret: & nunc animo afflicta has ad te scribo, certior fieri desiderans ut valeas: numquid ventriculi orificium malè affectum sit, numquid hepatis calor imminutus, an aliqua pars corporis ministerio inserviens sit læsa. Ità ego multa amicorum crura negligens, tuam, ô optime medicorum, amicam sanitatem prætferam.

Rodopæ Philosopho.

Animo discruciaris? discrucior & ipsa. ægrè fers me nondum tibi misisse Platonis librum, qui de Ideis, sive Parmenides inscribitur; sed & ipsa ægerrimè fero neminem adhuc à Ceote venisse qui mecum colloqueretur: neq; enim librum ante ad te mittere possum, quàm venerit qui de illo viro indicium mihi faciat, amo enim efflictim ipsius animã, partim quidem ut viri sapientis, partim verò ut qui bene agere nunquam cessat, partim etiam quòd terrenos Deos metuam. Nec mera verba esse existimes id quod dico: nam semimortua sum, nec diurni hujus syderis aspectum fero.

V. 27. Σιωπῇ] De silentio Pythagorico Rittersh. satis multa hoc loco. & Cl. And. Schottus lib. 2. de bono silentii. Hinc etiam proverbium, καὶ σιωπηλότερος ἔσομαι τῶν Πυθαγόρᾳ τελεσθέντων, de hominibus admodum taciturnis apud Suidam. Quinquennale silentium ex Pythagoræ veteri instituto ab Apollonio Tyaneo servatum fuisse scribit Philostratus lib. 1. c. 5. & c. 9. cujus difficultatem hisce elegantissimis verbis testatur, Τοῦτον ἐπιπονώτατον αὐτῷ φησι γενέσθαι βίον, ὅλων πέντε ἐτῶν ἀσκηθέντα· πολλὰ μὲν εἰπεῖν ἔχοντα μὴ εἰπεῖν. πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκούσαντα μὴ ἀκοῦσαι. πολλοῖς δὲ ἐπιπλῆξαι προαχθέντα τέτλαθι δή τι καὶ γλῶτταν πρὸς ἑαυτὸν φάναι· λόξαν τε προσκρουσάντων αὐτῷ παρεῖναι τὰς ἐλέγξεις τότε. ubi & hoc refert, eum tempore ἐχεμυθίας per signa nutúsque capitis cum amicis versari & colloqui solitum. Xenocratem quoque Philosophum singulis diebus horam silentio & meditationi dedicâsse refert Laertius. Pythagoricum hoc institutum prædicat etiam D. Ambrosius in luculento commentario ad Psalm. cxix. 9.

V. 30. Ἀθάνατον τὴν ψυχὴν] Sic ipse Porphyrius apud Stobæum in Eclogis physicis cap. de statu animar. post exitum. Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς διαμονὴ καὶ ἀϊδιότης ἐν τοῖς μάλιστα τῶν Πυθαγορικῶν δογμάτων γνώριμόν ἐστι πᾶσιν καὶ περιβόητον. ὅν γε πρός τινα εἰπόντα, ἔδοξα κατὰ τοὺς ὕπνους ἰδεῖν τεθνεῶτα τὸν πατέρα, φασὶν εἰπεῖν, οὐκ ἔδοξας, ἀλλ' εἶδες. *Animam permanere & sempiternam esse inter præcipua Pythagoræ dogmata cuivis notum est. quem etiam cuidam dicenti patrem vitâ functum in somnis videre mihi videbar: respondisse ferunt: non videre visus es, sed vidisti.* De eodem Pythagoræ dogmate Diodorus Sic. princ. l. 18. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καὶ τινες ἕτεροι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἀπεφήναντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀθανάτους. &c. Cicero 1. Tusc. q. Pherecydem Syrum primum hoc apud Græcos affirmâsse ait. Sed à Magis, & Ægyptiis Pythagoram hoc quoque dogma cum sequentibus hausisse mox Herodoti autoritate ostendam.

V. 31. Μεταβάλλειν εἰς ἄλλα γένη ζώων] sic Ms. Vatic. quod magis probo quàm ἄλλα σώματα ἀνθρώπων. Neque enim aliis duntaxat humanis, sed & brutorum animantium corporibus animas insinuari credebat Pythagoras & Plato: quod præter alios ipse Porphyrius apud Stobæum loco citato etiam Homeri autoritate confirmat: ubi Ulyssis socios in sues mutatos refert. Cui etiam Macrobium addas lib. 1. in Somn. Sc. c. 9. Inter posteriores Pythagoricos & Platonicos diverticula fuêre sententiarum, de quibus Proclus lib. v. in Timæum. pag. 329. *Quæri,* inquit, *solet, quomodo animæ in bruta animantia descendere dicantur: & alii quidem hominum ad animantia similitudines quasdam esse putant, quas vitas ferinas appellant. Nam substantiam rationalem nequaquam fieri animalis animam fieri posse. Alii autem ipsis quoque brutis eam immitti concedunt: animas enim omnes unius ejusdémque generis esse: ut & lupi, & pardi, & ichneumones fiant. Vera autem ratio animam humanam brutis*

brutis quidem immitti asserit, ità tamen ut propriam suam vitam illa obtineant, & anima immissa eidem quasi superinvehatur, & affectûs propensione ac similitudine cum ea sit colligata. Et hoc multis rationibus à nobis probatum est in commentariis in Phædrum: quòd solus hic insinuationis modus sit. Si autem & illud monere oporteat, Platonis hanc sententiam esse, subjungendum, quod in Politia Thersitæ animam simiam induisse dicat, non autem corpus simiæ: & in Phædro, descendere in vitam ferinam, non autem in corpus ferinum: vita enim cum propria anima conjuncta est: & hoc loco ait mutari in ferinam naturam: nam ferina natura non est corpus ferinum, sed vita ferina. Sed hoc ut dixi, ex commentariis in Phædrum petendum est. Hæc Latinè ascripsi, quod admirandum illud opus à paucis legi, à paucioribus intelligi sciam. Hebræorum Rabbini eandem sententiam de animæ incorporatione, seu recidivatu tenent, quæ in libro Thalmudico Bava Meziha non uno loco asseritur: & ipse audivi mordicùs hanc opinionem tuentes historiâ Nabuchodonozoris, & verbis Psalmi 21.v.21. *& de manu canis unicam meam:* quibus verbis Prophetam id à Deo expetere affirmabant, nè anima corpore soluta in canem aliúdve brutum animal iterum demergeretur: dignum sanè istis nugatoribus commentum. Cæterùm Herodotus lib. 2. autor est, Ægyptios primos affirmâsse animam hominis esse immortalem, & subinde aliud atque aliud animal immigrare, atque ubi per omnia circuisset terrestria, marina, volucria,, rursus humanum corpus subire: atque hunc circuitum ab ea expleri intra annorum tria millia: ubi & hoc addit quosdam ex Græcis hasce opiniones ab Ægyptiis mutuatos pro suis venditâsse: animæ circuitum alii alio temporis spatio definiebant. Proclus ex Porphyrio decem millium annorum esse tradidit lib. 1. in Tim. p. 45. adde Macrob. lib. 1. in So. Sc. c. 9.

V. 33. κατὰ περιόδους] Hæc à Magis didicisse videtur Pythagoras, quibus Laertius id dogma tribuit, autore Theopompo. Sic enim ille in præfatione operis sui: Ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους· καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικυκλήσεσι διαμένειν. *qui etiam reviviscere homines ex Magorum sententia, & immortales futuros asserit: & res omnes suis revolutionibus permanere.* Ità hic locus legendus: nam ἐπικλήσεσι, quod in vulgaris codicibus extat, putidissimum est. Proclus lib. 1. in Timæum pag. 39. ὅτι δὲ τοῦ παντὸς τὸ αὐτὸ θεωρήσειας ἄν, ἐνθυμηθεὶς, ὅτι τὰ γινόμενα πάντα καὶ φθείρεται· καὶ τὰς περιόδους εἶναι ταῖς κοσμικαῖς, καὶ ταῖς ἀνακυκλήσεσι τῆς ὅλης ζωῆς· καὶ ὅτι συνάπτουσιν ἀλλήλαις αἱ περίοδοι, καὶ μίαν καὶ συνεχῆ ζωὴν ἀποτελοῦσι. Vide eundem pag. 9. Stoici quoque similes rerum periodos magni anni circuitu fieri statuerunt: de quibus præter alios Euseb. præp. lib. xv. c. 19. M. Antoninus Imp. lib. xi. τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων appellat.

Vers. 35. Τὰ ἔμψυχα ὁμογενῆ] Hoc fundamentum Pythagoricæ

goricæ ἐποχῆς, quâ Philosophos sectatores suos ad Justitiæ observationem, καὶ πᾶσαν τὴν τῆς συγγενείας τιμὴν adhortabatur, teste Iamblicho l. 2. quod argumentum latissimè pertractatur ab ipso Porphyrio, opere de abstinentia ab esu animalium: præsertim lib. 3. ubi probare conatur ex mente Pythagoræ, ut ait, omnem animam sensûs ac memoriæ participem, rationabilem esse: & animantium animas nostris ὁμοιοτρόπως non differre secundùm substantiam, sed tantùm secundùm quòd magis & minùs de ratione participant. Idémque argumentum Plutarchus libro de solertia animalium tractat. qui etiam lib. iv. de plac. Phil. cap. 7. inter Pythagoræ decreta refert, τὴν ψυχὴν ἐξιοῦσαν εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές.

P. 189. v. 5. Ὁμακόϊον] Ità propriè Pythagoreorum schola dicta. Clem. Alex. 1. Strom. de Pythagora: καὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν νῦν οὕτω καλουμένην τὸ παρ' αὐτῷ ὁμακόϊον αἰνίττεται. Hierocles sub finem commentar. Pythag. ait aureum carmen non unius cujusdam Pythagorei ἀπομνημόνευμα esse, ὅλου δὲ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου, καὶ ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, ὁμακοΐου παντὸς ἀπόφθεγμα κοινόν. Ità enim rectè interpres pro ὁμαΐου legit. & Proclus lib. 1. in Timæum: πῶς δὲ οὐ Πυθαγόρειον τὸ διάφορα μέτρα τῶν ἀκροάσεων ἀφορίζειν, καὶ γὰρ τῶν εἰς τὸ ὁμακόϊον φοιτώντων, οἱ μὲν βαθυτέρων, οἱ δὲ ἐπιπολαιοτέρων ἠκούοντο δογμάτων. *Nonne & hoc Pythagoricum est, diversos auscultationum gradus distinctos fuisse? nam qui Commune auditorium frequentabant, alii profundiora, alii leviora dogmata percipiebant.* Hinc ipsi auditores Pythagoræ communi nomine ὁμάκοοι dicti, teste Iambl. lib. 1. c. 17. οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάντες οἱ περὶ τὸν ἄνδρα. ità enim legendum ἐλαλοῦντο, quod sensum vitiat.

V. 11. Τὰς οὐσίας κοινὰς] Hoc quoq; institutum à Barbaris ad suam διαγωγὴν transtulit. Nam quotquot fermè perfectius aliquod vitæ genus supra vulgus hominum in quacunque natione affectàrunt privato bonorum usu sese abdicantes communia illa cum aliis fecerunt, cujus rei exempla ac rationes ex sacra & profana antiquitate suppetunt. Et quidem si à fabulis incipiendum, poetæ inter cætera aurei seculi commoda id quoque numerant, quòd communis usus omnium rerum fuit, neque is sub argenteo Jovis seculo planè sublatus. Unde etiam Jupiter princeps ac præses esse creditur τῆς πολιτικῆς ζωῆς κατὰ τὴν ἀρίστην πολιτείαν τὴν πάντα κοινὰ τιθεμένην, teste Proclo ad Hesiod. ἔργ. α'. Philosophi haud procul discedunt ab opinione Poetarum: nam Dicæarchus apud Porphyrium l. 4. abst. triplex vitæ genus eodem modo recenset. Quorum primum & ipse aureum vocat; alterum, τὸ νομαδικὸν, tertium verò τὸ γεωργικόν. sed licet in secundo genere habendi cupidinem publicas opes privatas fecisse affirmet: constat tamen multas Nomadicas gentes promiscuum rerum usum habuisse. De Scythis ultra Mæotin pulchri versus sunt Scymni Chii vetusti geographi, cum multis aliis hactenus non editi.

Τὸν

Τὸν Παντικάπην διαβάντι λιμναῖον ἔθνος,
Ἔπειτ' ἔτι πλείον', οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δ' ἐπικαλούμεν', εὐσεβῆ πάνυ.
Ὡς οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαί ποτ' ἄν·
Οἰκοφόρα δ', ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα
Γάλακτι ταῖς Σκυθικαῖς τε ἱππομολγίαις.
Ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες
Κοινὴν ἁπάντων τήν τε ὅλην οὐσίαν·
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
Φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρα εὐσεβεστάτων.

Quos ſic verti.

Vltraque Panticapen paludis accolæ,
Aliique plures nomine haud noti ſuos
Vulgus Nomadicos dicit, admodum pii,
Ut nec animantibus afferant injuriam:
Plauſtrisque ut aſſerit, vagas trahunt domos.
Rituque Scythico lacte equarum victitant:
Vitámque de communibus bonis agunt,
Opésq; cunctas publicas cunctis habent.
Ex his Nomadicis, gente quàm piiſſimâ,
Anacharſis ortus dicitur ſapiens homo.

De Eſſæis ipſe Porphyrius lib. 4. de abſt. ex Flavio Joſepho. *Divitias*, inquit, *contemnunt, & admiranda inter eos rerum omnium communio, nec ullum reperias qui cæteros opibus antecellat. Nam qui ſectam ingreditur ex lege bona ſua publicare jubetur. Unde fit ut nec paupertatis ſordes, nec divitiarum ſplendor in iis appareat. Cùm permixtis ſingulorum facultatibus una eadémq; omnibus tanquam fratribus ſit poſſeſſio.* Nec diſſimilia fuêre Samanæorum apud Indos & Ægyptiorum ſacerdotum inſtituta, de quibus noſter dicto loco aliíque conſulendi. Inter Græcos bonorum, ſi non communionem, ſaltem poſſeſſionem æqualem introduxit Lycurgus, uti etiam convictum publicum & communem, quæ *συσσίτια* & *φιδίτια* dicebantur; ὥστε δειπνεῖν μεθ' ἀλλήλων συνιόντας ἐπὶ κοινοῖς καὶ τεταγμένοις ὄψοις καὶ σιτίοις, inquit Porphyrius. *Φιδίτια* autem eodem teſte vocabantur, ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπάρχοντα αἴτια. Quòd ſingulis menſibus de ſuis bonis ſinguli æqualiter conferebant. Sed Plato, cùm Pythagoræ doctrinam & inſtituta in omnibus fermè ſibi imitanda propoſuiſſet, etiam bonorum communionem in ſuam remp. hoc eſt in hominum ſapientiæ ſtudiis deditorum ſocietatem, ad divinum exemplar, & totius univerſi ſimilitudinem inſtitutam recepit. Falluntur nim qui Platonem in quavis civitate communem uſum rerum omnium introducere voluiſſe exiſtimant. Falluntur inquam, cùm Platoni propoſitum fuerit exemplar vitæ, quàm feliciſſimæ & Deo ſimillimæ animi cogitationibus conceptum mortalibus proponere.

Ideóque

Ideóq; cùm Deum non solùm semetipso contentum, ac sibiipsi sufficientem, nec indigentem ullâ re externâ; hoc est, bonorum omnium fontem uberrimum esse didicisset; sed diffundere se ac bona sua & aliis, ut ipse in Timæo loquitur, absq; invidia communicare, ità hominem publicè ac privatim credebat fore beatissimum, si ad divinæ bonitatis exemplum conformaretur: & bona sua cum quamplurimis haberet communia: & hac communione ad divinæ unitatis similitudinem quàm proximè accedere existimabat. A qua tantò longiùs discedítur, quantò magìs unusquisque ad particulare ac proprium aliquod bonum fertur. Ità Proclus lib. 1.-- Tim. p. 14. Διὰ τί οὖν παρ' ἀνθρώποις μερισῶς ταῦτα σπουδάζεται; διότι ζωὴν ἔχουσιν ἔνυλον, καὶ πρὸς τὸ μερικὸν ἀποτείνονται τοῦ ὅλου ἀποστάντες. Διὰ γὰρ τοῦτο τὸ ἐμὸν καὶ οὐκ ἐμὸν πολὺ παρ' αὐτοῖς, ἕνωσις δὲ καὶ κοινωνία ζωῆς ἐκλέλοιπεν. *Cur, particularibus bonis acquirendis homines student? quia vitam obtinent rebus materialibus immersam, & ab universo deficientes ad particulare feruntur. Hac enim de causa frequens apud illos est, meum & non meum: unio autem & communio vitæ defecit.* Plura apud ipsum legi possunt, quibus Platonis mens luculenter explicatur. Et sanè si rem rectè expendamus, videbimus profectò omnem hominum societatem eò feliciorem esse ac tranquilliorem quantò major inter omnes bonorum æqualitas & communio viget; ubi non pauci aliquot opibus affluunt, cæteris egestate oppressis: quæ iniqui & tyrannici imperii nota certissima esse solet. De uxorum communione nihil dico. Operæpretium tamen erit videre quæ Bessarion Card. scripsit, lib. 4. cap. 3. nunquam satìs laudati operis contra Trapezuntium Πλατωνομάστιγα. Cæterùm inter Christianos haud dissimilis bonorum communio, non introducta postmodum, sed unà cum religione ipsa nata videtur, cùm certum sit Christum Servatorem nostrum cum discipulis suis externa vitæ subsidia communia habuisse. Atq; idem Primitivæ Ecclesiæ institutum, sacræ Literæ disertim testantur. Cujus Communionis usus, vel similitudo, remittente charitatis fervore inter solos Asceticos remansit: Nec dubitaverim affirmare communionem illam non minùs Religionis nostræ, quàm Pythagoricæ scholæ fundamentum esse; qui proximum eodem unionis affectu quo nosmetipsos prosequi jubemur: & bonorum tam possessores quàm dispensatores à Deo nos constitutos credimus, & piam erga alios liberalitatem professionis nostræ caput, ac virtutem præcipuam ponimus. Nec sanè aliam originem causamque tot piæ fundationes habent, & tot egregia Charitatis Christianæ monumenta, quibus religío nostra præ cæteris gloriatur. Sed hoc fortasse est ὑπὲρ βαθμῶν πόδα φέρειν, juxta Græcorum proverbium. Id profectò nemo inficias iverit, Pythagoreos quàm proximè ad Religionem nostram hàc bonorum communione accessisse, si quis ea legat quæ Iamblichus, lib. 1. cap. 33. retulit. Epicurum Pythagoricum hoc institutum impro-

probâsse testatur Laertius lib. 10. quòd non tam amicorum quàm diffidentium id esse videretur. Τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν, κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγοντα· ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τοιοῦτον. εἰ δ' ἀπίστων, οὐδὲ φίλων. Cujus argumenti vim non satis me perspicere fateor: conferebant enim sua in commune, ut omnibus promiscuè utendi facultas esset, non ut publicâ fide depositi instar servarentur: nam qui alteri diffidit, ut Comicus Euclio, domi sua premit, & draconis instar solus thesauris incubat.

V. 13. Μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν] Viros sapientiæ laude celebres pro diis habitos à rudiori vulgo vel disciplinæ suæ sectatoribus, Zamolxis, Abaris, Orphei, Lini, aliorúmque exempla testantur: & Lucretius lib. 5. potiori jure divinos honores sapientiæ inventoribus deberi ostendit, quàm Cereri, Baccho, vel Herculi, ac similibus. De Pythagora idem testatur Philostratus principio operis de vita Apoll. καὶ ὅ, τι ἀποφήναιτο Πυθαγόρας, νόμον τοῦτο οἱ ὁμιληταὶ ἡγοῦντο, καὶ ἐτίμων αὐτὸν ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα. Cæterùm de juramento Pythagoreorum per præceptorem sic scribit Hierocles in aureum car. p. 225. Ἔστι τὰ καὶ ὁ ὅρκος αὐτοῖς γίνεται δόγμα, ὅτι τὸν διδάσκαλον τῆς ἀληθείας οὕτω δέοι τιμᾶν ὡς καὶ ὀμνύναι αὐτὸν, εἴ τι δέοι περὶ βεβαιώσεως τῶν δογμάτων. καὶ μὴ μόνον τὸ, αὐτὸς ἔφα, περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχει Νὴ τὸν αὐτόν. *Porrò & jusjurandum ipsi pro dogmate habetur: nam veritati Magistro is honor tribuendus, ut per ipsum juretur: si quando ad dogmatum confirmationem opus sit: nec tantum ipse dixit, de eo usurpare: sed rem ità se habere per ipsum affirmare.* & pag. 230. ait Pythagoreos singulari religione coluisse juramenta per Deos immortales: peculiariter verò jurâsse per magistrum, qui quaternarium ipsis tradiderat: licèt neque ex Deorum, neque ex heroum numero esset, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοιώσει θεοῦ κοσμηθεὶς, καὶ περὶ τοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ θείαν ἀποσώζων εἰκόνα. Et hoc juramento, inquit, tacitè innui, in quanta veneratione apud auditores suos fuerit Pythagoras, quantúmque dignitatis sibi peperisset disciplinis quas tradidit. sed cùm Hierocles expressè dicat discipulos jurâsse κατὰ τοῦ παραδόντος αὐτοῖς τὴν τετρακτὺν διδασκάλου, quod & Iamblichus confirmat, lib. 1. 28. putabam versu 33. legendum δι' αὐτοῦ pro δι' αὐτῆς, quod sensus loci manifestè requirere videtur. Sed nè quid mutem facit, Plutarchi, Luciani, Macrobii, aliorúmque autóritas, qui per quaternarium, non autem per Pythagoram eos jurâsse affirmant, de quo dissidio veterum vide Marcilium comment. ad aureum carm. quod componere nititur Nicetas Gregorii Nazianz. scholiastes homil. 5. Pentecosten. & per utrumque jurâsse Theon Platonicus affirmat, libro de locis mathematicis in Tim. Plat. capite περὶ τετρακτύος καὶ δεκάδος, quem manuscriptum legi in Illustriss. Cardinalis Barberini bibliotheca. Postquam enim ostendit intra quaternarium omnes consonantias reperiri, addit, οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον πᾶσι τοῖς Πυθαγορικοῖς προτετίμηται,

του, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ δοκεῖ τὴν τῶν ὅλων φύσιν συνέχειν. διὸ καὶ ὅρκος ἦν αὐτοῖς. ὐ μὰ τὸν, &c. τὸν παραδόντα Πυθαγόραν λέγων· ἐπεὶ δοκεῖ τοῦτο εὕρημα ὁ περὶ αὐτῆς λόγος. De ipſo autem quaternario nihil mihi dicendum ſupereſt poſt curioſiſsimam ejuſdem Marcilii diligentiam, & Hieroclem Pythagorici carminis commentatorem, qui poſt longam de hujus numeri proprietatibus diſſertationem tandem pag. 229. hæc addit, καὶ ἁπλῶς, τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχείων ἀριθμὸν, ὡρῶν τοῦ ἔτους, ἡλικιῶν, συνοικισμῶν· hoc eſt, *Denique ut uno verbo dicam, quaternarius omnia quæ in rerum natura exiſtunt complectitur: numerum elementorum, tempeſtatum anni, ætatum, & contuberniorum ſive ſocietatum.* Ità enim locus partim corruptus, partim malè ab interpretibus intellectus reſtitui debet: quos autem συνοικισμοὺς intelligat ex eodem Theonis libro didici; cujus hæc verba ſunt: Ἑβδόμη δὲ τετρακτὺς ἡ τῶν κοινωνιῶν· ἀρχὴ μὲν καὶ οἷον μονὰς, ἄνθρωπος· δυὰς δὲ, οἶκος· τριὰς δὲ, κώμη· τετρὰς δὲ, πόλις· τὸ γὰρ ἔθνος ἐκ τούτων σύγκειται. *Septimus quaternarius eſt ſocietatum. principium quidem & quaſi unitas eſt homo: binarius eſt domus: ternarius, pagus: quaternarius, civitas: nam ex hiſce gens integra conſiſtit.* Ms. Vaticanus priorem verſum Pythagorici juramenti ſic legit: ὐ μὰ τὸν ἡμετέρᾳ ψυχᾷ, &c. pro ψυχᾷ.

Verſ. 37. Ταυρομενίῳ] Sic ex ejuſdem Ms. fide edidi : quâ inflexione in multis recentioribus notitiis hujus civitatis nomen ſcriptum reperi.

P. 190. v. 2. Σίμιχος ὁ Κεντορεπίνων τύραννος] Centorupini Siciliæ populi Plinio ſunt: oppidum ipſum Κεντόριπα· de quo vide Cluverium: in quatuor antiquis nummis Philippi Parutæ legitur ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ, atque ità fortè hoc quoque loco ſcribendum. Sequentia ex Vaticano Codice ſupplevi : quæ totidem verbis Iamblichus tranſſcripſit.

Pag. 191. v. 2. Βοϊστὶ λαλεῖν] Ipſe Porphyrius lib. 3. de abſtinen. κυνικῶς ἢ βοϊκῶς loqui dixit, pro eo quod vulgò dicimus canum vel boum vocem proferre. Ariſtophani βόεια ῥήματα, verba grandia. Malui *bovinari* quàm *boare* vertere, vel *boëre*, ut Varro loquitur.

Pag. 192. v. 18. Εὐμμελίην Εὔφορβον] Facere non poſſum quin oraculum Oenomao datum apud Euſeb. præp. Evang. lib. 5. cap. 23. quod interpres doctiſſimus pro deſperato & conclamato reliquit, hoc loco emendem. Legendum enim,

Ἔν τι τοῖσιν εὐμελέεσσιν ἤδ' Ἀχαιοῖς τὸ χέος
Θήσεται τὸ δ' ἐκπεκμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.

nam ἐυμελέεσσιν pro voce nihili εὐπηλέεσσιν ſubſtituendum ſenſus loci manifeſtè oſtendit: nam Oenomaus oraculum ut ineptum & ἄκαιρον ridet, quòd cùm ipſe quæſiiſſet quàm potiſsimùm gentem adiret ut lucrum mercimoniis faceret, Apollo reſpondiſſet, ἐν εὐμελέεσσιν Ἀχαιοῖς, hoc eſt, *inter concinno corpore Achivos:* nam ſi ſtatuarius, inquit, aut

pictor

pictor rogâsset de magistro ubi artem rectè addisceret non malè in ista verba respondisset: quippe cùm artifices istiusmodi corpora maximè concinna quærant quæ fingendo vel pingendo imitentur: quæ ad lucrum & mercaturam nihil faciunt. Sed quia semel Apollinis oracula explicare cœpi: addam & alterum ex præcedenti cap. 22. ejusdem libri, quod versibus trochaicis editum, ità constituendum puto.

Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴῃ κῆπος Ἡρακλήϊος.
Πάντ᾽ ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπτόμενος παντημαδὸν,
Οὐδ᾽ ὀλιζοῦται. βρίθει δ᾽ ὕδασι διηνεκές.

Addo & tertium lib. 6. cap. 7. ejusdem operis Alcmæoni Amphiaraî filio datum: qui Ἀμφιαρηΐδης patronymicâ voce appellatur, neque enim Alcmæon de Arcadia, quod loci nomen nusquam terrarum extat, quæsierat: ut eruditissimus interpres accepit: sed oraculorum ambagibus falli humanum est.

Candide Lector,

Cætera absolvere non licuit, dum longum iter in ultimam usque Sarmatiam proficisci cogor: si Deus vitam & sanitatem dederit, commodiori tempore reliqua pertexam. Vale.

FINIS.

Index Autorum qui à Porphyrio in lib. περὶ ἀποχ. & reliquis ejus opusculis laudantur.

Index

Index rerum & verborum memorabilium, quæ præcedentibus Porphyrii libris continentur.

 tus

tates

Lacedæ-

Prosep-

Συνεστιοι

Vita

FINIS.

